3a9

NOVVM TESTAMENTVM LATINVM, AD ANTIQVISSIMA

Græcorum exemplaria, quàm diligentiſſimè caſtigatum: inq; Latinam phraſim tranſfuſum, quicquid erat Idiotiſmi uel Græci uel Hebræi. Quin & ſcripturarum concordantijs, unà cum alluſionibus, quàm accuratiſſimè illuſtratum.

Præterea difficilima quæq; loca, ſunt paſſim aut explanata, aut certè eminus oſtenſa. Figuræ quoq; ueteris Teſtamenti, cum ſpiritu ac ueritate noui, penſiculantur.

Eſtq; præfixa præfatio, quæ præter alia ſacrarum literarum cognitu neceſſaria, argumenta quoq; totius noui Inſtrumenti ex ordine continet. Per B. Galterum Delœnum, Regiæ Maieſtatis Anglicanæ Biblioſcopum.

Tu pie lector, euolue, perpende, iudica.

Sobriè, iuſteq; & piè uiuamus in præſenti ſeculo: expectantes beatam illam ſpem, & adparitionē gloriæ magni Dei, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ad Titum. 2.

Excudebat Londini Ioannes Mayler.
Anno Dñi. 1540.

Caesaris De Missy Berolinensis, Londini:
A. D. 1749:

AD VERE CHRISTIANISSIMVM, INVICTIſſIMŪ'Q; REGĒ, HENRICŪ OCTAUŪ: REGĒ ANGLIÆ & FRANCIÆ, DOMINŪ HIBERNIÆ, FIDEI DEFENſORĒ, & POſT CHRIſTŪ ANGLICANĘ ECCLEſIĘ CAPUT ſUPREMŪ, PRÆFATIO GALTERI DELŒNI EIUS MAIEſT. IN CHRIſTO BIBLIOſCOPI.

QVoniamquidem tempus nunc poſtulat & res, ut tuæ Maieſtati, Sereniſſime rex, Epithalamium aliquod, pro noſtris, quod dicitur, opibus paremus, huc & ipſe neruos intendi meos. Sed quod, quæſo, concinnius? quod conſonantius? paremus meditemur'q;? quàm quod ſuæ ſponſæ ſponſus Chriſtus Ieſus, perpetuò canendū reliquit? Quod'q; omni creaturæ ubiq; terrarū uel tuba clangendum præcepit? Quod, inquam, utilius? iucūdius? imò quod magis neceſſarium? ſine quo nemo aut uiuere, aut ſeruari, poterit? Hoc ergo, ſi fideliter cecinerimus, iam uerè ter'q; quater'q; fœlices fuerimus. Hæc unica & ſacra nobis anchora eſt, qua deſtituti, ſemel perierimus uniuerſi: rurſum qua adiuti fulti'q;, prorſus ad unum omnes conſeruamur. Porrò ne tuam Maieſtatem diutius detineam, eſt hoc nouum Teſtamentum noſtrum, adeo'q; Dei, ſimul & noſtrū, nam ipſius omnia noſtra ſunt: cuius nouam nunc æditionem, nunc nouis nuptijs parare, & tuæ Maieſt. dedicare uolui. Neq; uerò me peccaturum arbitror, ſi huius theſauri maieſtatem, non dicā explicare, ſed ueluti per tranſennam oſtendere tentē: ſicq; obiter perſtringā quod diſcrimen, quæ differentia ſit inter uetus, & hoc nouum Teſtamentum. Vt ſcilicet, nobis pateat, ex quibus malis exempti, in quæ bona conſtituti, & uindicati ſimus. Quo igitur, potentiſſime rex, hoc nouū Teſtamentum, & ſi non bene penitus, ſaltem aliqua ex parte nos, tuæ Maieſtatis ſub Chriſto Eccleſia, intelligamus. Quod quidem cunctis Chriſti fidelibus, Chriſti ſpiritu renouatis atq; renatis, uerum Dei uerbum, uera uita, uerax'q; gaudium, & cœleſte regnū eſt, imprimis nos noſſe oportuit, uetus illud Teſtamentum, ueterē fuiſſe & mortuam literam, etiam cum uniuerſis ſuis ceremonijs, uniuerſis ſtatutis & ſacrificijs. Itaq; abſq; uita, abſq; ſolida lætitia, abſq; uerace regno: ediuerſo ijs omnibus, qui nondum renati, figuris incluſi fuerant, quiq; lucē diei nondū uiderant. Quin & ijs quoq;, de quibus Chriſtus ſuis loquutus eſt diſcipulis, dicens: Beati oculi qui

Nouæ æditionis in nouum Teſtamentū, quæ nam fuerit occaſio.

 uident,

uident, quæ uos uidetis: dico enim uobis, quòd multi prophetæ & reges uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt. Hæc autẽ quatenus ex luce nocturna lunæ pendebant, accipio. Docet nos igitur hoc nouũ Teſtamentum, quonam pacto noua facta ſint omnia, quæ olim fuerãt

2. Cor. 5.

uetera. Nam ut ſcribit Paulus, uetera præterierunt, ecce, noua facta ſunt omnia. Docet uerò, quomodo uniuerſa trãſlata ſint. Quippe ex umbra, in ueritatẽ, è carne, in ſpiritũ, è temporario, in æternum.

Argumentũ in quatuor Euãgeliſtas.

Et primi quidem quatuor ſacri hiſtoriographi, utpote Matthæus, Marcus, Lucas & Ioannes ſuis ſcriptis, Euangelij titulum indiderunt, eo, quòd iuxta etymologiam uocis Euangelij, bonum lætumq; nuncium proclamẽt, deſcribantq; de re humano generi, eidemq; perdito promiſſa, ac multũ ab omnibus ſalutis auidis expectata: quæ ſane ſtatim à condito mundo conſternatum Adamũ eſt conſolata, tametſi in finibus ſeculorum, inq; poſtremo mundi regno ſit primùm impleta. Scripſerunt itaq; hi quatuor Euangeliſtæ, quo pacto ea impleta ſit per Chriſtum Ieſum, uerum Dei filiũ: cuius natiuitatem, uitam, doctrinam, miracula, ſupplicium, mortẽ, ſepulturam, reſurrectionem, deniq; & aſcenſionem examuſſim expreſſerũt, ut ueri teſtes, auriti iuxta & oculati. Atq; hinc omnibus liquidò patuerit, quid propriè Euangelium dicatur, & quid Euãgeliſta.

Quid Euangeliſta, & quid Euangelium.

Nihil autem ſub nomenclaturam Euangelij uenit, niſi lætum ſit nunciũ, niſi enunciet rem auditu iucundam, hoc eſt, uictoriam, lætitiam, pacẽ, lucem & uitam. Niſi enunciet, inquã, ſpiritualem illum exitũ è ſpirituali Aegypto, ſpiritualem illam redemptionem è ſeruili domo Pharaonis. Redemptionẽ, uidelicet, à peccatis, Satana, inferno, ac omni deniq; mari omnium malorum. Ita, ut ſub oculos duntaxat collocet gratiam diuinam, eiuſq; miſericordiam, ſpiritus ſancti effuſionem: & à graui iugo, captiuitatiſq; uinculis liberationem. In ſumma, Euangelium annunciat diuina beneficia, omniſq; boni donaria. Imò Deum ipſum, quantũlibet alioqui magnum, & quicquid eſt eius, nobis propinat: ut hoc totum nobis uẽdicemus, utq; de illo, tanquàm de rebus noſtris, gloriemur. Quapropter ubicunq; Euangeliũ, quidnã ſit uerè ſentitur, ibidẽ & nihil prorſus, quàm gaudiũ per ſpiritum ſanctũ, recreat. Ibidẽ enim

pax

pax & ueritas ſeſe mutuò oſculantur. Sentiturq; certitudo conſcientiæ, & libertas mentis: atq; ita exultat ſpiritus hominis in Deo ſeruatore ſuo, certoq; perſuaſus eſt de uictoria, de proſtratis hoſtibus, de uicta morte, inferno, Satana & peccato: ut quæ ſimul noſtris pedibus ſint ſubiecta, noſq; iſtorũ uictores conſtituti, in libertatem ſpe adiuuante, & non pudefaciente, redierimus. Spe enim ſalui, & omnium creaturarum domini, euaſimus. De quibus planè & ſpiritus ſanctus nobis in ſcripturis ſuis teſtificatus eſt, nobiſq; pleniſſimè exponit, quid Euangelium, & quid nobis boni conciliârit Chriſtus. Eſaias enĩ cap. 61. Spiritus, inquit, Domini Dei ſuper me, &c. ad lęta nunciandum adflictis miſit me: ut alligem contritos corde, ut prædicem captiuis libertatem, & uinctis apertionem carceris: ut conſoler omnes lugentes, & lugẽtibus Sion proſpiciam gloriã, pro cinere, oleum gaudij, pro luctu, pallium laudis, pro ſpiritu anguſto. Ita hanc prophetiam Chriſtus Lucæ 4. de ſeipſo interpretatus eſt. Deq; hoc Euangelio diſſeruit Elizabet Lucæ 1: Ecce enim, ut facta eſt uox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit præ gaudio infans in utero meo. Cui quoque concinit Maria: Magnificat, inquiens, anima mea Dominũ: & exultauit ſpiritus meus in Deo ſeruatore meo. Vtriuſq; eadẽ cauſſa exultationis, nimirũ, ob lætum nunciũ. Sed & huius Euangelij uel plena eſt tota ſacra ſcriptura. Vocabimini, inquit Eſaias propheta, redẽpti Domini. Lętare Hieruſalẽ, & exulta filia Sion. Siquidem rex tuus, tuuſq; ſeruator uenit tibi. Huc quoq; ſpectat prophetia Zacharię cap. 9. Hic porrò, noſter eſt ſponſus, noſter ſeruator, quia nos eius ſpiritualis Hieruſalem. Neq; enim poſſunt filij ſeu ſponſi ſponſæ tum lugere, quũ illis adeſt ſponſus. Diſceſſerat quidẽ, ſed pauliſper, à ſua ſponſa. Vnde & Apoſtoli Chriſtiq; fideles oẽs mœſti fuêre, ſed rurſum (uti promiſerat) ad ſuos uenit, eoq; gauiſi fuerunt: atque hoc gaudij nemo tollet ab eis. Reuerſus enim ſe nunquam (quemadmodum antea) diſceſſurum promiſit, ſed cum eis omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſeculi, manſurum. Matthæi 28. Paſtores autem quum claritas Domini ipſos circumfulſiſſet, timuerũt quidem timore etiam magno, ſed mox angelus Domini animum eis reuocauit, eoſq; conſolatus

Scripturarum teſtimonia, de uirtute & fructu Euangelij.

eſt,

eſt,dicens :Ne timeatis. Ecce enim,annuncio uobis gaudium magnum. Quod,quæſo,gaudiũ? Quia natus eſt uobis, inquit,hodie ſeruator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid. Lucæ 2. Per quẽ ſane non ſpiritum ſeruilem accepimus, ceu in ueteri Teſtamento,quum nondum cœlum eſſet apertum,neque ſalus adparuiſſet.Imo potius, quum Deus adhuc,ut iudex ſeuerus,animaduerteret in populum illum ueterem. Haud multò aliter, atque herus in ſuos duræ ceruicis ſeruos Vt ſcilicet ſuis duris ſeu ſtatutis ſeu legibus,eos compelleret & coërceret. Vſq; adeò,ut præ timore fugerint à conſpectu Domini, eiusq; colloquium deprecati ſint.

De diſcrimine Chriſtianorum, & Phariſæorũ propter Chriſtum, eiusq; doctrinam.

Nos uero(gratia Deo)nõ ſerui,ſed filij ſumus, & quidẽ habentes ſpiritũ filiorũ,per quẽ imperterriti lætiq; clamamus: Abba pater. Quin & idem ſpiritus teſtificatur ſpiritui noſtro,quòd filij Dei ſimus,ob eandemq; cauſſam,cohæredes Chriſti. Teſtificatur autẽ, quòd quicquid ſit Deus, & quicquid ille poſſideat (qui poſſidet omnia)noſtrũ ſit. Qui homo ea de cauſſa factus eſt,ut nos uiciſſim nobis nomẽ Dei uendicaremus. O admirabile commerciũ. Cõtra. Phariſæorũ ingenium eſt,ut ſeruorũ more attoniti, ſeſe tetricos exhibeant & mœſtos: gaudentes incedere ſtolati, in longis latisq; phylacterijs. Multum ieiunantes, quo hominibus ſpirituales ſanctioresq; uideantur. Quum tamẽ interim Chriſti ſpiritus ſit lætabundus ſuapte natura, hypocriſim neſciens: ſit liber lætusq;, exhilarans populũ ſuum in Domino, quo facies ſuas lauẽt, capita oleo ſuauè redolente inungant : quorum probitas potiſſimum intrinſecus eſt, inq; cordibus abſcondita, hoc eſt, in ſpiritu & fide. Itaq; internum illud gaudium aliud eſt nihil, quàm conſcientia bona, coràm Deo. Hic iam Euangeliũ, merum eſt auxilium, eſt gratia, eſt conſolatio, & remiſſio peccatorum, &c. Qui igitur tandem poterimus dolere, aut triſtes eſſe? ubi nobis ſolida pax eſt? Vbi

Ioan. 8. lux, uita & gratia omnibus gratuitò offertur & donatur? Hunc procul dubio diem uidit Abraham, & gauiſus eſt. Huius etiam

Ioan. 3. ſponſi uoce oblectatus eſt Ioannes, quum diceret, gaudium ſuum iam impletum eſſe. Deniq; per hunc ſponſum habemus pacem in conſcientijs noſtris, & liberum certumq; acceſſum ad Deũ. Omne nanq; interſtitium, & omnem inimicitiam, ſeptumq; inter Deũ & homi-

& hominẽ ſemel diremit, chyrographum diſrupit, & è duobus fecit unum, adfixis cruci literis inimicitiæ: ita, ut non ſit amplius conſcientia peccati. Vt docet Apoſtolus Paulus. Adeò ſumus liberi, ab omni onere, omni peccato, ſtatuto, morte, inferno &c. Rurſum quotquot hoc Euangelium non capeſſunt, cuiuſmodi ſunt omnes impij, nulla fruuntur pace. Eſaiæ. 57. Et conſcientia bona deſtituuntur. Prouer. 12. & 18. Semper formidant, & extimeſcunt, etiã ubi nullus eſt timor, fugiuntq; nemine perſequente. Porrò ubi Chriſtus, eiuſq; Euangelium locum habet, aſſiduò perſonat hæc oratio: Ne quid timeatis, ego ſum. Quis ergo eſt? Eſt profectò Chriſtus. Qui oleo ſpiritus inunctus, ſuos quoque inungit. Eſt Ieſus, ſeruator mundi. Eſt lux. Eſt uita ac protector noſter, qui in ſe uniuerſum onus noſtrum transfert, & nos exonerat. Qui peccata tollit, eaq; in profundum maris præcipitat. Micheæ 7. Ipſe uia, ueritas & uita eſt. Agnus quidem in patientia & manſuetudine: leo uerò in uictoria & fortitudine. Quare etiam meritò quiſque noſtrûm in hanc uocem erumpat: Lætatum eſt cor meum. Et exultauit lingua mea &c. Indicaſti enim mihi uiam uitę, & oppleſti me lætitia à facie tua. Adeò, Deum immortalem, abſcondita eſt hæc lætitia, ut uel in morte ipſa, atque maximè formidabili cruce perſiſtat, & nihil tamen minus perſentiſcat mundus. Iuſtus enim, ut palma floret uel media hyeme. Hęc itaq; de Euangelio, deq; huius natura dicta ſint: in quibus quoque haud pauca de Chriſtianorum lætitia dicta ſunt. Neque uerò quicquàm his repugnant ea ſcripturæ loca, in quibus adflictiones tantùm & mœrores commemorantur, ceu Chriſtianis propria. Nam ut diuerſis inter ſe naturis homo compactus eſt, quippe carne & ſpiritu, corpore & anima: ita his quoque diuerſis, diuerſa eueniant oportet. Sic carni crucem, adflictionem, triſtitiam, mortem &c: Spiritui uerò, qui in ſolo Chriſto conquieſcit, nihil præter gaudium, conſolationem, iucunditatem, omninò uitam, diuina prouidentia addixit. Ita, ut ſpiritus quidem & anima gaudio affluant, caro autem cruce & mœrore præmatur. Non ea tamen, quæ ſibi quiſque deligat, quærat, excogitet, ſuiſq; humeris imponat, ſed ea quæ à Deo homini imponantur. Quemadmodum enim conſolatio, lætitia, ani-

Quis et quid nobis ſit Chriſtus Ieſus. Quidue nobis cõtulerit: et quid in nobis operetur.

De ſacræ ſcripturæ locis quæ inter ſeſe pugnare uidentur.

marum(ut ita dicam)ouatio a ſolo diuino ſpiritu promanant, ita quæq; crux ſalutaris,quodq; flagellũ hominis pij ab uno Chriſto, eodemq; crucifixo,immittuntur. Neque enim hoc nos ſcripturæ docent, quaſi carni perpetuo dolendum ſit, aut perpetuo mœrendum.Nam ut internus dolor aliquando erumpit ſeſeq; prodit,ita & interna cordis lætitia,quę carnem exhilaret,uitamq; prorogec pari modo,quo mœror eam abbreuiare creditur. Cõtingit certe hominem externo quodam geſtu,ſui cordis lætitiam prodere,uultumq; lætum oſtendere, omneſq; amore complecti, erumpente gaudio ſpiritus in uerba, in cantiones, in exultationes, luſuſq; quoſdam ſed decentes.Porro de hac prædicta repugnantia ſeu diſcrimine loquitur Paulus 2.Cor.6.Per gloriam (inquiens) & ignominiam: per conuitia & laudes: quaſi impoſtores & tamen ueraces: & quaſi ignoti, & tamen noti:quaſi morientes, & ecce, uiuimus: quaſi correpti, & non occiſi: quaſi dolentes, ſemper tamen gaudentes :quaſi pauperes,multos tamen ditantes: ut nihil habentes,& tamen omnia poſſidentes.Sed iam tandẽ ubi de Euangelio, quid ſit,quomodoq; nouũ Teſtamentũ à ueteri differat utcunq; perſtrinximus,idq; ex aduerſo literę legis, & ueteris Teſtamenti, nobis progrediendum,commonſtrandumq; non per noſtrã quidem ſapientiam, ſed diuinã,quomodo in nouo Teſtamento noua facta ſint omnia. Quomodo litera occidat, & ſpiritus uiuificet: quomodo Chriſtus ſit omnium figurarum ueteris Teſtamenti ueritas, finis atque plenitudo.Ita, ut in Chriſto renouata ſint quæcunque uel à mundi principio ſunt creata, quæcunq; patribus dicta ſunt de prophetijs,de populo Dei, eiuſq; cultu,de regno, hæreditate,requie & uita.Quicquid enim in Chriſto Ieſu eſt, hoc idẽ & nouũ eſt.In Chriſto eſt cœlum nouũ, & terra noua.De quibus Eſaias.6.in hæc uerba:Ecce enim,ego creo cœlos nouos, & terram nouã,& nõ memorabuntur priora.&c.In Chriſto.Ieſu noua hominis creatio,nouaq; generatio: nouus Adam,qui & idẽ Chriſtus Ieſus eſt:& noua Eua,quæ eius eſt ſponſa,nempe, Eccleſia.In Chriſto renouata eſt arca Noæ, quæ tempore diluuij & Noam, eiuſq; familiam præſeruabat: per quam etiamnum Dei populus ac Chriſti familia,præſeruatur à uentura ira.In Chriſto renouata

Quomodo noua facta ſint omnia. Quomodo litera occidat: & ſpiritus uiuificet.

eſt

eſt promiſſio, benedictio, & generatio Abrahæ, Iſaac, Iacob, cū duodecim patriarchis, totoq; Iſraële. Sed in ſpiritu & ueritate, nō autem carnaliter, neque iuxta umbram, que in ipſa litera eſt. Certè ad hunc modum Apoſtolus Rhomanorum 4. & 9 ſcitè interpretatus eſt. Item ad Hebræos 11. Siquidem ſpiritualis Abraham, eſt pater cœleſtis, cum Sarah, & Haghar ambabus uxoribus ſuis, hoc eſt, duobus Teſtamentis. Vti Paulus ad Galatas docet. Vnde una, quæ libera quęq; domina fuit, complures annos infœcunda remanſit: atque tantiſper non peperit, dum nouam acciperet promiſſionem de filio ex ſe naſcituro. Altera uerò, quæ ſerua, & non libera, interea temporis fœcunda fuit, & mater facta eſt. Itaq; hac nobis adumbratus eſt populus figurarum, cum ſuis Leuitis, ſuiſq; ſacerdotibus, qui cū Iſaac, poſt nato è libera domina, adeoq; & filio libero, ueroq; hęrede nulla portione iuris hæreditarij potiretur. Eſtq; Iſaac Chriſtus Ieſus, à cœleſti patre promiſſus, ac tandem natus & datus, cuius equidem cohæredes eſſe non poterunt, ſed cum ſua matre, nempe, Iudæorum ſynagoga extruduntur, quotquot eorum, exemplo Iſmaëlis Chriſtum, uerum hæredem derident, eiuſq; doctrinam contemptui habent. Hîc igitur mihi excæcationis Iudæorum cauſſā, quæſo, perpende, & Phariſæorum Scribarumq; ingenium conſidera, qui ſua doctrina turgidi, ſanam doctrinam Dei ſemper contemnunt. Atqui Iſaacum, filium promiſſionis, ſed ſuo ipſorum malo, fortiter contemnant derideantq;: nos autem cum Sarah longè præcipua cœleſtis Abrahæ coniuge ſemper noſtrū Iſaac, quippe Chriſtum Ieſum, tenerè amamus, colimus, ueneramur, illius pediſſequi ſumus, & illū anxiè obſeruamus. Contra, Iſmaëlem domo paterna abdicatum relinquimus, unà cū duodecim principibus, ex ipſius lūbis progenitis, ne & nos abdicemur, noſtraq; patria domo expellamur, cū ancilla Haghar. Atq; huc Chriſtus Ioannis octauo reſpexit, dum inquit: Seruus in domo perpetuò nō manet, ſed filius. Neq; enim nos de noſtra religione addubitamus, ut qui illā ſolā, Deo gratā nouimus, illam item ſolam à Deo eſſe inſtitutam: & cui planè omnes figuræ ueteris Teſtamenti reſpondent, & nulli alij. Vnde quicunq; ſcripturam ueteris Teſtamēti ueram atq; diuinam eſſe credit, is haud

De certitudine religionis Chriſtianæ, ex collatione figurarum teſtamenti ueteris, cum ueritate noui.

dubiè & de noſtra religione nihil addubitârit. Nam ex umbra uerum corpus agnoſcitur. Atq; hæc demum noſtra eſt gloria, hæc certitudo religionis noſtræ, per unctionẽ ſpiritus ſancti. Proinde ualeant omnes peregrinæ ſectæ, quæ incertæ ſunt, quæq; nullas figuras in ueteri Teſtamento ſibi correſpondentes habent. Valeant omnes hæretici, cum impoſtoribus & impoſturis ſuis, qui cum ſuo parente Iſmaële, ſylueſtres ſunt & uagabundi. Solus Iſaac ducit Rebeccam, hoc eſt, ſolus Chriſtus Ieſus ſuam eccleſiam ſibi deſponſat: ſed eam prius ab Ioanne Baptiſta (ut ueritas ſuæ figuræ reſponderet) magno ſtudio petitam. Illa igitur ab Iſaaco ducitur, quæ Iſraëlis, omniumq; filiorum, promiſſionis, uidelicet, & regni mater ſit, quæq; ſuo ſponſo pariat è uiuo ſemine, utpote, uerbo Dei: atq; ita per Iacob ſpiritum illum diuinum (cuius corporeus Iacob haud dubiè figura fuit) patriarchę duodecim progignũtur, ſed ſpirituales, ſed cœlitus renati: fuerũtq; hi, duodecim Apoſtoli. Qui deinde proſapiam ueri Iſraëlis multiplicabant: proſapiam, inquam, mundo, eiusq; principi Pharaoni cumprimis inuiſam.

2. Cor. 6. Caro enim nihil commune habet cum ſpiritu: nihil tenebræ cum luce: nulla concordia Chriſto cum Belial: non conuenit fideli cum infideli: templo, inquam, Dei cum ſimulachris. Itaq; populus ille Dei, ac Chriſti ſponſa, per tot diſcrimina rerum, totq; exantlatos labores perducitur in requiem, in terram patribus promiſſam.

Quis ſcriba doctus ad regnum cœlorum. Hactenus ergo, ſi placet, contulimus quaſdam figuras cum ſua ueritate: ſimulq; modum tradidimus, ad quem oportet omnem uerũ doctorem, omnẽq; ſcribam, ad regnum cœlorum doctum, eſſe ſimilem patriſfamiliâs, qui depromit è theſauro ſuo & noua & uetera p. Matth. 13. Quandoquidem neceſſarium eſt ſummopere, ut ſcripturam in uirtute, ac genuino ſenſu diuinæ ueritatis, interpretemur, conferamusq; figuras cum reipſa. Non eas quidem complanemus, ſecundum ſuum quiſq; ingenium, aut humanam ſapiẽtiam. Homo enim ſuo ingenio, ſuaq; prudentia non capit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei, aut quæ diuina ſunt, quæq; diuinitus docentur. Deinde quum Deus duntaxat illos reſpiciat, qui ſua uerba, cum timore excipiunt: illosq; qui ut pueri à lacte ablactati ſunt, ſuam doceat ſcientiam: hoc eſt, qui auulſi ſunt ab uberibus carnalis ſapientiæ,

tiæ, & puerilis ingenij. Eſaiæ.28. & 66. neceſſum eſt, ut ad illum unum conſtantem ſcripturarum interpretem, confugiamus. Nam quum nos ad illum conuertimus, aufertur uelamen Moſi: quod prorſus aliud non eſſe intelligo, quàm externam literam ſcripturæ, eam'que umbraticam & figuralem, hoc eſt, eã, quam ex uiua doctrina ſpiritus ſancti, non accipimus: in'que nobis ipſis, nõ ſentimus. Hoc autem uelamen Moſes ponebat in facie ſua: in quo etiamnũ carnales Iſraëlitæ gloriantur, & faciem tamen eius intueri nequeunt, neque intendere in finem eius. Vt ait Paulus 2.Cor.3. Cæterũ quicunque ad Dominum conuertitur, eidem & uelamen tollitur.

1.Cor.2. Quid uelamen Moſi, et quibus'que illud tollatur. Contra quibus ipſũ remaneat.

Si quis, (inquit Euangeliũ) uoluerit uoluntati eius obtemperare, cognoſcet doctrinam eius. Huc quoque ſpectat Pſalmus 118. in litera Mem. Quàm dilexi legem tuam? &c. At cæteris omnibus ſalutaris liber Dei, erit perpetuò obſignatus: & uiſio prophetarum erit illis, ut uerba obſignatæ epiſtolæ. Eſaiæ.29. Erit autem liber, ſeptem ſignaculis obſignatus: quem nemo legere aut intelligere, nemo aperire aut reſignare poteſt, niſi unus agnus. Apoc.5. Præterea & qui illius agni ſigno Thau notati ſunt. Ezec.9. & Apoca.7.

Ioan.7.

Proinde qui Chriſti ſpiritu præditus eſt, nouum Teſtamentum cum ueteri ſcitè conferre poteſt: intelliget'que nouum Teſtamentum aliud eſſe nihil, quàm explanationem quandam ueteris, quàm reſtitutionem rerum cunctarum, de quibus Deus etiam à condito mundo loquutus eſt. Id quod palàm Apoſtolorum atque prophetarum omnia ſcripta teſtificantur. Acto.1. De reſtitutione regni Iſraëlis, & Actor.3. De tẽporibus reſtitutionis omnium. Rurſum Acto.15. de redædificatione tabernaculi Dauid. Adhæc Apoc.11. 12.14.19.20.21.22. Quibus quoque concinit Hiere.30, ubi inquit, de reductione captiuitatis Iſraël & Iudæ. De redędificatione ciuitatis Hieruſalem eius'que Templi, ſuper prima fundamenta. Item Mich.4.7. De reſtituendo regno, quod antea fuit, ipſi filiæ Iſraël. Veniet, inquiens, dominium primum, regnum filiæ Hieruſalẽ. Sed horum locorũ, ſcriptura referta eſt, quare uel arenã numerare uiderer, ſi omnia congerere pergã, omitto itaque quod eſt apud Hiere. ca.31.33. Eze.34.37. Eſa.59. Oſe.2.3. Amos.9. Nah.2. Soph.3. Agg.2 Zach.1.2.8.&c. Hæc inquam, atque his ſimilia loca dilucidè uatici-

Quisnã nouũ teſtamentum cum ueteri ſcitè cõferre poſſit

nantur, imò atteſtantur inſtaurationem diuini operis, quæ fieret
in poſtremis diebus. Sed ut nulla prophetia à ſeipſa aut humano in-
tellectu eſt ꝑfecta, ita nulla quoq; interpretatio uera aut genuina
eſſe poterit, niſi à Deo fuerit accepta. Huius ꝑfectò rei & nos cõ-
ſcij, quicquid id eſt, quod ad cõmunem utilitatem conferimus, fa-
cimus in hoc, ut, quantum in nobis eſt, palam fiat, Chriſtum Dei
filium, & noſtrum regem, qui æternus eſt, eſſe ſpiritum & uerita-
tem omnium umbrarum, & omnium rerum typicarum, quæ præ-
terierunt, iamq; finem uiderunt. Atq; adeò illum eundem eſſe om-
nium figurarum ceremoniarumq; figuralium & finem, & comple
tionem, & deniq; abolitionem. Rurſum, cum ipſum ueritatis, ſpi-
ritus, & genuinæ rei abumbratæ germanam reparationem, inſti-
tutionem, confirmationem ac perfectionem, quæ nunq; abolebi-
tur aut antiquabitur. Recurrunt igitur in Chriſto, uti ſupra di-
ctum eſt, uniuerſa, quæ iam inde à condito mundo facta, tractata,
præfigurata, & prædicta ſunt. Siue creationem contempleris, ſiue
prophetias intuearis: ſiue populum colentem, ſiue diuinam reli-
gionem ſpectes: ſiue regnum deniq; & poſſeſſionem, unà cum alijs
omnibus rebus, aut potius rerum umbris, quarũ in ueteri Teſta-
mento uſus fuit. Rurſum quoq; in eundem Chriſtum competunt,
quæcunq; uſq; à reparato mundo, per Patrem conſtituta, incho-
ata, & perfecta ſunt. Hæc igitur uniuerſa, in Chriſto recurrunt,
immutantur, innouantur: ſuntq; per ipſum reſtituta pariter & re-
ſtaurata. E ſua nanq; ruina, ſuaq; corruptione, hoc eſt, è litera in
ipſam rem, è carne in ſpiritum: ex imagine & umbra in conſtan-
tem, æternamq; ueritatem, è ueteri in nouum, ex corruptibili in
incorruptibile æternumq;, quicquid eſt, transfertur. Hæc, nimirũ,
eſt illa mutatio dexteræ excelſi: de qua loquitur regius ille prophe
ta. Attamen non hæc recurrunt iuxta literam, non iuxta carnem,
ſeu imaginem. Non litera in literam, non caro in carnem. Imò li
tera in ueritatem, umbra in ipſum corpus, caro in ſpiritum. Caro
enim, quæ in ipſa litera eſt, non prodeſt quicq̃. Prodeſt autem? Imo
uerius, occidit, tantum abeſt ut uiuificet. Chriſtus eſt eiusq; ſpiri-
tus, quæ eſt ipſa illius literæ ueritas, quæ & uiuificat, & illumi-
nat: quæq; eſt illa tum uera, tum æterna lux, quæ umbram de-
pellens

Qui fieri debeat collatio, ut quæ ſunt ueteris Teſtamenti figuræ, ĩtelligãtur, unà cũ ueritate ac ſpiritu Inſtrumenti noui: habeaturq; diſcrimen, inter uerum Dei uerbum, & umbraticũ. Ne quãdo umbras pro re ipſa amplectentes, peccemus: & Deus nos, ceu nothos, atq; Idololatras deſerat

pellens, & figurã ignorans, perpetuò manet. Ceſſat igitur nunc iã & aboletur Moſes pariter cum ſuis inſtitutis, ſuis figuris, ſuoq́; diuino cultu: quatenus certè ipſe unius populi Iſraëlitici, ſecundũ carnem doctor fuit. Etenim dies, nocte iam præterita, exortus eſt, quare ſole coruſcante, umbris loci nihil reliquum factũ eſt. Moſes igitur in luce, hoc eſt, nouo Teſtamento, ubi iam duntaxat figurarum ipſa ueritas ſpectatur, nihil ſtatuit, nihil decernit, imperat nihil: ſolus Chriſtus præſcribit, iubet, ſuoq́; ſpiritu omnem ueritatẽ tradit docetq́;. Itaq; è ueteri litera nihil quicq; in nouo Teſtamẽto cõuincitur: niſi Moſen ſpiritualiter intelligamus in Chriſto, docente nos ſpiritu. Id quod ſi fiat, ſpiritumq́; magiſtrũ habeamus, iam planum fit, Moſen de uno Chriſto omnia ſcripſiſſe: ſimulq́; conuincemus, Moſi uerbum prorſus idem eſſe, cũ uerbo Chriſti: quantumuis alioqui in ſpeciem aut iuxta literam, diſſidere uideãtur. Porro autem ſi Moſes ſecundum literam, quæ occidit, non ceſſat, omnes naſcamur Iudæi oportet, ſed & quotquot noſtrûm mares naſcũtur, octiduani in præputio noſtro circuncidamur, neceſſe eſt. Poſtremò, toti legi Moſaicę ſeruandæ, & õnibus eius uel inſtitutis uel ceremonijs adimplendis, naſcimur, & quaſi Chriſtus fruſtra mortuus ſit, obnoxij ſumus. Verùm igitur ne hæc locum haberent, tranſlatus eſt Moſes, cum ſua religione cultuq́;, tranſlata lex Moſaica, tranſlatũ & regnum et ſacerdotiũ. Quæris per quẽ? Per Chriſtum Ieſum. Quæ ergo ex ueteri illo Teſtamẽto reliqua facta, uniuerſa ſpiritualiter accipienda ſunt. Sic Moſi uerbum, ſed ſpiritualiter manet, manet Sabbatum, ſed ſpirituale, manet circunciſio, ſed interna, ſed mẽtis, ſed ſpiritualis. Quiſq; igitur, Deo cooperante, Moſi uerba ad hunc modum interpretari nouit, is demũ facilè intelligit, nihil eſſe diſcriminis inter Chriſti & Moſi uerba: ſcietq́; hunc prorſus eadem præſcripſiſſe, quæ ille, ſiue docuit ſiue explanauit. Nam quod Moſes de figuris dicit, hoc qui Chriſtum ſapit, de figurarum ueritate intelliget. Principiò ſciet & cœlum, & terrã: demũ uniuerſam creationem à Deo factam, in Chriſto filio eſſe innouatam. Itaq; claritas ſolis, eſt nunc claritas ſolis ſpiritualis, qui eſt Chriſtus: ſplendor lunæ, fulgur fidei noſtræ, duodecim, eædemq́; magnę, & præcipuæ ſtellæ, duodecim Chriſti doctores uel

Apo-

Apoſtoli. Iam terra anne omninò noua, quæ ſpirituale uiuumq́; ſemen profert? Quid maria? quid flumina? Noua prorſus, ut quæ ſaliant in uitam æternã. ut quæ extinguant obruantq́; incendium peccatorum, ut quæ eluant omnia menda. Næ hæc eſt reſtitutio eius rei, cuius Moſes in principio ſui libri commeminit. Iam uerò hominis illam creationem, etiam innouatam uideas. Creatur nouus homo, non è maſſa terrea, ſed è uiuo ſemine, quod eſt, uerbũ Dei. Animatur nouus homo, ſed fide & ſpe, quæ ipſum etiam in æternum uiuere faciunt. Veſtitur, non folijs conſutis, ſed ueſte polymita, omniumq́; uirtutum gemmis uariegata & ornata. Quæritur ipſi adiutorium, non Eua, quæ eum ſeducat, ſed Sunamitis quæ illum calefaciat, quæ ipſum foueat, quæ ipſum conſoletur, & moderetur. Ponitur in hortum, imò in campum omnium electorum & fructuum, & floſculorum, & arborum, ſumma, omnium deliciarum fertiliſſimum. Huc dubio procul D. Iacobus alludit, dũ ſe ſuiq́; ſimiles, diuinarũ creaturarũ primitias adpellat. Progenuit, inquiens, nos ſermone ueritatis: ut eſſemus primitiæ quędam ſuarũ creaturarũ. Adhæc, quemadmodum apud Moſen populus ille diſcors eſſe cœpit, irrepſitq́; odium fraternum, inuidiaq́;, ut frater fratrem occiderit, germanus germanum uendiderit &c. Itidem & hac tempeſtate, Cainum ſemen diuinum perſequitur: Iudainum ſemen non fratrem ſolum, ſed ſuum ipſius Dominum uendit, Eſainum ſemen, quicquid poteſt quo iure quaq́; iniuria, fratri ſuo detrahit aufertq́;. Quid plura? Quotcunque ſecundum carnem ſunt, & igni & ferro exitium machinantur omnibus, qui ſecundum ſpiritum denuò naſcuntur. Neque ſemper ſucceſſu deſtituuntur. Nam filij huius mundi, ferè prudẽtiores in negotijs ſuis uidentur filijs lucis. Et ſinit Deus interim ſuos adfligi. Verùm illud ſemen, utpote adulterinum, & aliud nihil quã zizania, eradicationem, contritionem, imò ignem ſentiet: alterum uerò in morem palmæ ſuccreſcet, radicabitur, florebit germinabitq́;. Sed pergendum. Vt igitur tum temporis iniquitas ad ſummum progreſſa, uniuerſalem internitionem flagitabat, ſenſitq́;, ſic & olim Diuina iuſtitia uindictam electorum factura eſt. Sed Noah homo iuſtus coràm Deo, cæteris omnibus extinctis, cum admodũ

Iaco. 1.

paucis

paucis ſeruandus iuſſu diuino præſcripto'que ædificans arcam, in qua cum ipſe tum ſui ab inundatione ſeruarentur, quid? an non typus fuerit Ieſu Chriſti? Certe' Petrus in priori epiſtola huc figuram refert. 1. Pet. 3 Siquidem quemadmodum ille alter diluuiū mundo annuncians, ſibi ſuiſque de ſalute proſpiciebat, ſic nouus hic atque ſpiritualis Noah, quo iuſtior alter nunquā uel fuit uel erit, ſanctū ſemen e' diuino ſuo uerbo generat educat'que, cui eidem ſeruando arcam non e' perituris lignis, ſed e' uiuis lapidibus adparat, commonefacto prius mūdo de uenturo iudicio, de futura ira atque condemnatione. In qua arca, Eccleſiam dico, ipſius ſemen famliaque, qui Apoſtoli ſunt, una' cum uxoribus ipſorum, quæ ſunt turbæ, eorū doctrinis morem gerentes: præterea omnes beſtiæ, uolucreſque id eſt, omnes gentes ac linguæ uariæ, pro ſua quæque & ſpecie & natura, ut a' uentura ira liberentur, recipiuntur, deperditis interim per ſpirituale diluuium, adflictionem, iram & abominationē AntiChriſti, omnibus, quotquot ab hac arca arcentur & excluduntur miſeri. Huic pōtigradę arcæ erecta loco & mali & antennę cruce, nauclerus Chriſtus præeſt: curſum'que flectit ad montes Ararat regionis Armeniæ, ubi ſuos in ſpirituale dominium conſtitutos ſuper terram iubet ſpiritualiter creſcere & ſeſe multiplicare.

Quanquam ne hîc quidem uniuerſum maledictum ſemen extirpatum manet, ſed quaſi materia probandæ patientiæ electorum, emergit. Et fere' mala citius pullulant, quàm bona: uerùm non perinde firmas agunt radices. Vt inquit liber Sapientię. Hoc ergo ſpurium & adulterinum ſemen, nō dubitat patrem ſuum irridere, & ſuis fratribus irridendum propinare. Pergit'que alios adfligere, torquere & martyrio adficere. Eſt autem iſtud, peruerſum ſtemma Cham, quod & ſi in Aegypto ſe continere debebat, tamē ubique gentiū in pios omnes graſſatur. Et ne plura. Quicquid apud Moſen de promiſſionibus, de benedictionibus, de'que generationibus Abrahæ, Iſaac, & Iacob, adeo'que duodecim Patriarcharum, totius'que ſtirpis Iſraëliticæ, legitur, in hoc ſpirituali uero'que Noa Ieſu Chriſto impletum atque reſtitutum eſt, ſed in ſpiritu & ueritate. Age uero' quandoquidem non iniucundum forte' fuerit, neque inutile, alias figuras cū ſuis rebus conferre, contemplemur ſacrificiū

Abrahami,& oblationē Iſaaci. Etenī quēadmodū ille offerēdus & mactādus, arietē uepribus implicitū in locū ſuū, Deo ita uolēte, cōſtituit, ſicq́ incolumis euaſit, altari cū strue relicto, ita quoq́ Chriſtus peracto ſacrificio, de ara crucis depoſitus, deinde per reſurrectionem patri ſuo redditus, ſuoq́ regno reſtitutus, omniū hæres ac dominus conſtitutus, parens factus eſt, per ſuam generationem ſpiritualem, ſemenq́ ſpirituale omniū, qui ipſum patrē agnoſcūt, tam inter Iudæos, quam inter Gentes, tam inter Græcos, quàm inter Barbaros. Non enim diſcernit inter gentē aut gentē, ſed diues eſt in oēs, qui inuocant nomē ipſius. Iā circuncisionē corporis, ad mentē tranſtulimus. Requiritur nūc cor ab omnibus uitijs defecatum purgatumq́. Inquit nanq́ ad Philippenſes 3. Apoſtolus: Nos enim ſumus circuncisio, qui ritu Deum colimus, & gloriamur in Chriſto Ieſu, & non confidimus in carne. &c. Item poſtulationem illam ſerui Abrahami, qua ambit ſponſam Iſaaco, an non perfecta eſt primum per Ioannem Baptiſtam, ſponſi Chriſti paranymphum, mox per Apoſtolos: Ioannis 3. 2. Cor. 11. Nouum autē illud fœdus cum genere humano initum referunt omnes, qui depulſa conſcientia mala, ſpei confeſſionem non uacillantem tenent. Hebræorum 10. Tenent uerò per nouā præſentemq́ generationem, quæ eſt fidei. Porrò ſpiritualem, ac nouā promiſſionem, noui illius & glorioſi regni, item hæreditatis & requiei, terræ, inquam Canaan, eiuſdemque incompræhenſibilis iuxta & incorruptibilis, inuenies apud Deum patrem in cœlis: quò, ſcilicet, Chriſtus peragrata uaſta ſolitudine eſſe proficiſcendum nobis ſuo exemplo præmonſtrauit, dum illuc omnibus ſuperatis, nobis pręparaturus locū aſcendit, illucq́ nos ſecum ſubducturus, ut cū eo perpetuo ſimus, denuò deſcendet. Quare nihil eſt, quur huius mundi regnum ex-

Heb. 8. pectemus, neue tabernaculū huius ſtructurę, ſed pręſtantius quiddam, quod Deus ab æterno abſconditum ſeruat, neue aliam expectemus reſtitutionem regis Melchiſedec, eiuſq́ æterni ſacerdotij, quàm ſpiritualem & cœleſtem. Itidem quoq́ ſcripturam, quæ loquitur de reductione Sodomitarum, denuò impletam interpretemur licet, omnium peccatorum remiſſionem, per cœleſtem Abrahamum factam. Iam probum Pharaonem, pium illum Ioſephum,

qui in terra Aegypti prudentẽ œconimũ egit, proq́ ſua prudẽtia cuncta moder tus eſt, hîc in ſacris literis renoua ũ comperimus. Data eſt, inquit noſter Ioſephus, mihi oĩs poteſtas in cœlo pariter & in terra. Matth. 28. Deploramus quoq́, nõ ſolum uidemus ipſiſſimam terram tenebrarum, ubi etiam hodie, ut olim populus ei adfligitur, & opprimitur captiuitate iniuſtitiæ, peccatorũ, mortis & diaboli, ſub ſpirituali Pharaone, Satana, ſed unde redemptio facta eſt, per ſpiritualem Moſen, ſpiritualem Aharonem & Ioſuã hoc eſt, per ſanctã triadẽ. Et quidẽ in morte Ieſu Chriſti, ubi, nũc nos à ſeruitute redempti, & mare rubrũ ingreſſi, noſtra peccata abluimus, euaſimus'q́ cum hominum tum dæmonum terrores, perducti in deſertum ſpirituale, ubi nobis lucta eſt aduerſus fallaces, atque inuiſibiles hoſtes, ſpiritus nequitiarum, inter quos & igniti ſerpẽtes ſunt: uerùm ita, ut diuino auſpicio ſupra omne peccatum, ſupra omnem nequitiam poſiti, cunctam poteſtatem deſiderium'q́ diaboli inimici intelligamus, expugnemus & deſtruamus, habentes interim aduerſus iacula impræuiſa æneum ſerpentem erectum, quo per fidẽ uiſo, mox ab omni malo liberamur. Poſtremò reges quoq́ & potentatus, qui nos aut per inſidias adoriũtur, aut nobiſcum aperto Marte congrediuntur, progreſſus'q́ in uia iuſtitiæ inhibere conantur, ualida manu magnoq́ animo, ingreſſuri terram Canaan ſuperamus, noſtrum'q́ regnum & requiem, etiam aduerſarijs inuitis, obtinemus. Hîc quidem in ſpiritu, & uirtute perfectæ renaſcentiæ abundantes rebus ſpiritualibus: in futuro autem ſeculo, in cœleſti æternaq́ poſſeſſione: in ipſa deniq́ claritate ac ſplendore incorruptibili. Neque enim hîc quicquam dici poterit, de imagine & figura, attingente ad regnum Iſraelis, in ſua terra: de Ieſſe, Dauide, Solomone, & regio officio: aut de ædificatione templi aut perfectione, aut de mutatione adminiſtrationis regalis: rurſum de pugna, uictoria, dominio in populo Iſraëlitico, quin hæc omnia & in Chriſto, eius'q́ regia adminiſtratione reſtituenda fuerint. Quia uerò nos in Chriſto, nouæ ſumus creaturæ, atq́ ſpiritualiter nati, conuenit, ut nobis ſimile quippiam contingat: ſpiritualibus, hæreditas, regnum & dominium ſpirituale: immortalibus, immortale imperium. Interim uerò non inuidemus Ioan. 3.

cæcitati Iudæorum, quæ quum non ſit æternorum capax, temporale neſcio quid hodieq́ ſomniat. Quid? quod & hic noſter Chriſtus, filius eſt Dauid. Lucæ. 1. Radix Ieſſe, Dauid germen iuſtum, ut atteſtatur Hieremias. 23. De fructu, inquam, lumbi Dauidis, quantum quidem ad carnem. Vt concionatur in Actis ca. 2. D. Petrus. Nam ſi imagine relicta, in ſpiritum: umbra poſtergata, in ueritatē tranſcendere poſſumus, iam nobis Chriſtus uerus ueri Dauidis filius, planta, radix & fructus fuerit. Dauid autem & Solomon, in terra Canaan corporaliter regnantes, Chriſti huiusq́ patris tantum imagines aut litera fuêre: itaq́ ternio corporalis, ternioni ſpirituali reſpondet, nempe, Ieſſe, patri cœleſti: Dauid, ſpiritui ſancto: & Solomon, Chriſto. Atq́ uerus hic Dauid, ſpiritus ſanctus à Deo proceſſit, præparaturus uero Solomoni Chriſto uiam, eidemq́ ſuppeditaturus ligna, lapides, aurum argentum &c. in adminiſtrationem regni, & ædificationem templi: idq́ dum uerus Solomon, Ieſus Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam ex mortuis ſuper ſpiritualem montem Sion, hoc eſt, cœleſtem Hieruſalē, omnium & dominus & rex conſtituatur. Vt tum ſibi extruat uel templum uel tabernaculum in Sion, è uiuis lapidibus, auro, argento, omniq́; ære, id eſt, multifariis ſpiritus ſancti donis uariè atque ſplendidè ornatum. Sicut in Apoſtolica Eccleſia fuiſſe legimus. Atqui in apoſtolis id conſpicuè declaratū uideas Act. 2. Iacobi. 1. Neque eſt quòd quiſquam dubitet, quin promiſſio ſeminis Dauidis, itē regni Solomonis fuerit de reſurgente Chriſto, deinde omnium Apoſtolorum doctrina. Porrò templi, regni, populi & ciuitatis Hieruſalem, plena ſunt omnia, dummodo commutationē literæ in ſpiritum, perpendamus. Si autem requiris duodecim illos principes, ecce tibi apud Lucam 22. duodecim Chriſti apoſtoli, quorum imperium ſonusq́ in omnem terram exiuit, quibusq́ ueluti iudicibus ſuper alias tribus Chriſtus regnum diſpoſuit, quiq́ menſæ regalis apud Chriſtū participes fuerunt. Id quod & in regeneratione, quū ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, palam fiet. Hîc igitur uel luce meridiana clarius fuerit, quicquid prophetæ prædixerunt de externa Hieruſalem, de corporali regno Iſraëlis, quod quidem in æternum duraret, item de eius rege Da

ui de:

uide: præterea quicquid de perpetuo fœdere circuncißionis, de Sabbato & rebus ſimilibus, quas uel Moſes uel cæteri prophetę in æternum duraturas prædixerunt, id uniuerſum non in litera, ſed in ſpiritu eſſe accipiendnm: ſimulq́ transferendū ad omnes, quotquot per Chriſtum eiusq́ ſpiritum renati, illud ipſum nō quidem iā corporaliter ut litera de externis ſonat, uerū ſpiritualiter quomodo ſpiritus docet, de internis æternisq́ interpretari didicerūt. Quamobrem illud non de corporalibus rebus, quæ ætatem non ferentes, tandē aliquando ex uſu abeunt, ſed de ſpiritualibus, quæ æternæ ſunt, accipiunt. Ita intelligunt per ſpiritū, ſpiritualem illā & cœleſtem Hieruſalem, quā Ioannes in ſua Apocalypſi, ut nouā admiratur: ſpirituale illud regnū Iſraëlis in ueritate, fidelium congregationem, qui ab exordio mundi fuère, quorum rex æternus, Chriſtus qui & perpetuò uicturus eſt, de tribu Iuda, filius Dauid ſemen Abrahæ, &c. Atq; hac ratione adſequūtur, quomodo omnes promßiones diuinæ ueraces ſint: intelliguntq́ circuncißionem illam ſpiritus unà cum ipſis mundi fidelibus, adoleuiſſe, neq; finem habiturā, dum hic mundus ſtabit. Hac circuncißione circūcidebantur laudati illi & Abel, & Noë, & Sem. &c. Præterit enim figura huius mundi, ut teſtatur Paulus. 1. Cor. 7. Porrò quæcunq; externa, temporaria & uiſibilia ſunt, ut exordium aliquando habuère, ita quoq; tandem aliquando finem accipiant, oportet. Contra uerò quæ non uidentur, ea Paulo æterna ſunt. Quandoquidē ergo, ut teſtis eſt Ioannes, Chriſti uerba ipſa re ſunt ſpiritus atq; uita, cuius quoq; generis ſunt & Apoſtolorum, tum ſcripta tum dicta, ideo etiam ſi uel ipſum cœlum ipſáue terra pereat, in perpetuum duratura ſunt. Nam omnia, inquit, Paulus, ueſtra ſunt. Siue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue uita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura. Omnia, inquam, ueſtra ſunt, uos autem Chriſti, Chriſtus uerò Dei. Quemadmodū igitur Chriſti uerbum æternum eſt, ſic quoq; eius Apoſtolorū. Hi enim non loquuntur, ſed ſpiritus ille patris. Quanquam non hîc negauero, ea quæ illic fieri aut præcipiuntur aut prohibentur: quin & quæ iſtic de promißionibus & huiuſmodi dicta ſunt, etiam ſecundum literam & figuram uera eſſe, ſed hîc etiam atq; etiam cauendum, ne in ſterili

Apo. 21.

2. Cor. 4.
Ioan. 6.

1. Cor. 3.

litera aut figura cõquieſcamus, quaſi prætera nihil à nobis Deus requirere uelit. Iudæis autem omnia in figuris contigerunt, quorũ ueritas, qui eſt genuinus & Chriſtianus ſenſus, in ſpiritu ſitus eſt, & proinde ꝑpetuo durat. Atqui hæc ſcriptura, quã interpretatur ſpiritus ſanctus, eſt uerbum Dei: quod tum ab æterno fuit, tum in æternũ manet. Quicquid autem mobile eſt, hoc ipſum moueri primum, mox labefactari, tandem totum immutari poterit. Adhuc, dicit Dñs per prophetam, ſemel concutio non modo terram, uerũ etiam cœlum. Audi uerò horum uerborum interpretem Paulum. Porrò, inquit, illud quod dicit: Adhuc ſemel, ſignificat eorum quę concutiuntur, trãſlationem, utpote quæ facta ſint, ut maneant ea, quæ non concutiuntur. In ſumma, ubicũq; aut Iſraëlis, eius'ue regni, aut ſacerdotij Sabbati'ue, aut legis, aut circuncifionis, deniq; aut fœderis, & ſimilium rerum fit mentio, ut æternitatem ſui præ ſe ferant, mox ad ſpiritum, non ad literam recurri debet, non ad umbram, ſed ad ueritatem omnia referenda. Hic uerò quæcunq; res illa ſit, manet etiã & Amen, perinde atq; Dei uerbum. E diuerſo, ubi ſcriptura loquitur de internetione Iſraëlis, de deſtructione templi Iſraëlitici, item legis, Sabbati, circuncifionis, fœderis, & his ſimiliũ, oculus ad figuras, ad externum habitum flectendus eſt. Quia finem habent & pereunt, & perinde ut imago ipſi rei, & umbra ipſi corpori, & radius ipſi ſoli, ipſi ueritati ad extremum cedere debẽt. Neq; enim omnes, qui ſunt ex Iſraël, ſunt Iſraël: neq; quia ſunt ſemen Abrahæ, ſtatim omnes filij. Quo igitur rem in pauca conferã. Nã uideo aura aſpirante longius me prouectũ, quicquid eſt expoſitum uiſui, figura eſt, & ideo non Dei uerbum, quod perpetuò duret. Eſt autem par, ut figura ſimulatq; egerit ſuum officium, aut ubi iam pro re ipſa cœperit haberi, funditus aboleatur ac tollatur, tanquàm quam Deus, (qui zelotypus non patitur, ut umbram pro re ipſa amplexemur, imaginem pro re uiua, honore proſequamur, illiq; gloriam demus, quæ ſolum ſpiritum decet) abominatur atq; deteſtatur. Atq; hactenus dictum ſit, in quo & uetus & nouum Teſtamentum aut conſentiãt aut diſſideant, tum quid per utrum adſequuti ſimus, quæ natura uel huius uel illius, item de utriusq; ſcriptoribus hoc eſt, Moſe & Euangeliſtis, iam progrediendum

Aggei. 6. Heb. 16.

Rho. 9.

endũ nobis eſt,ad eũ librũ,qui ſiue acta ſiue geſta Apoſtolorũ cõtinẽs,ab Euangeliographo Luca nobis conſcriptus eſt,mox pergendum ad Apoſtolorum ſcripta,id eſt,epiſtolas. Verum quãdo forte in his longiores eſſe coacti ſumus, illic quantũ ipſa res feret, breuiores futuri. Nam & ſi nuda naſcẽtis Eccleſiæ hiſtoria contexi uideatur,tamen quotquot Apoſtoli,hoc eſt, diuini uerbi precones à Deo eliguntur,diſcunt quis euentus doctrinam ſubſequuturus ſit,quẽ animum,quos mores,in quibus rebus , & apud quos præſtare debeant.Quomodo,in quem finem concilia forent cogẽda & tranſigenda,quibus telis uel repugnantes debellandi,uel cõſentientes ueritati armandi. Nimirum ut Deo cooperante , ſubſidio uerbi diuini,aut ignorantes doceantur,aut rebelles confutentur.Sic Apoſtoli congregantur cum ſenioribus Hieroſolymis,definituri ex uerbo Diuino: Num circunciſio etiam tum neceſſaria foret:quod quidam apud ſimplices contendebant. Vide ca.15. Poſtremo ubi mortis contemptio , ubi rurſum eiuſdem fuga locũ habebit.Hîc adflicti Apoſtoli,aliò confugiunt,hîc iniquo iudice grauati,ad alium adpellant:interim tamen ſemper memores Chriſtianæ fortitudinis,patientiæ pariter & prudentiæ. Vides itaq; quã uigilanter atq; ſtrenuè in officio ipſis delegato ſudauerint , quam præſenti animo adflictiones,perſequutiones , cruciatus, carceres deniq; & mortes ob Euangelium illata, contempſerint , neglexerint,pertulerint, imò ut abierint gaudẽtes à cõſpectu cõcilij,quod digni habiti eſſent,ut pro nomine eius contumelia adficerentur.

Argumentũ in Acta Apoſtolorum.

Iam quid docuerint. Neminem ſcilicet , ſuis ex meritis quippiam poſſe boni aut agere,aut loqui, aut promereri,ſed uniuerſum quo ſeruamur,eſſe acceptũ ferendũ uni Ieſu, cui hinc nomẽ quoq; cõtigit.Imò in illo nos eſſe,uiuere,ſpirare,& moueri. Propterea quicqd in nobis eſt,nihil eſſe niſi quatenus Deus ſit. Proinde uanũ nulliuſq; momẽti eſſe,quicquid ipſe in nobis non agat,loquatur,promereatur,noſcat,amet,retribuat,coronetq; ſe ipſum in nobis , per ſpiritum ſuum. Hac de re ſentit ſcriptura,quum baptizatos , beatos prædicat,quum nos Chriſtum,ut ita loquar , incorporare dicit. Demum huc referendæ ſunt uniuerſæ beatitudines, quæ paſſim in ſcripturis referuntur. Hac lege beatus eſt , quiſquis paupe-

Prouer.14.

rum

rum miſeretur. Beatus eſt, qui nullo uerbo labitur, & cuius nõ celſpitat lingua. Beatus, qui patrẽ & matrẽ honorat. Beata gẽs, cuius Dñs, Deus eius. Beati qui Sabbatum ſanctificant. Hę ergo, & his affines, ne nimius ſim, etiam ſexcentæ in ſcripturis, uerę compe riuntur tantiſper, dum eas in ſpiritu & ueritate concipimus ac intelligimus. Scriptura nanque Deum ubique, & ſpiritum, atque ueritatem reſpectat. Contra, ſi de habitu ſiue figura tantum eas intellexerimus; iam nullo modo conſtiterint. Neque enim omnes circuncisi, mox Iſraelitæ: quantumuis etiam ſeſe pro Iſraelitis, aut circũciſis, aut baptizatis uenditent. Si igitur, ut oportet, ſcripturã ſacram expendamus, & ad ſpiritũ reſpiciamus, mirũ quàm omnia cum ipſa ueritate congruant. Nam in confeſſo eſt, neminem uel minimũ quiddam non dicam facere, ſed cogitare poſſe, niſi in fide, quod quidem Deo probetur. Probatur autem Deo, quicquid fidem parentẽ habet. Quoniam igitur Deus fidem hominis, hoc eſt, animum fidelem aſpiciat, factum non item, ipſi placebunt aut diſplicebunt opera cuiuſque, prout originem habent. Ita Deo placebit, ſi ex fide, uel hauſtum frigidæ alicui præbeas, uel orationẽ Dominicam ſemel dixeris, uel ex animo dicas: Deus propitius ſis mihi peccatori, ſeu ſimile quippiam, quod per ſe neq; bonum neq; malum eſt, facias: rurſum diſplicebit, ſi uel ieiunes bis in Sabbato, uel decimas omnium facultatum pendas, uel diſſimilis ſis cæteris hominibus, niſi fides õnia incipiat ac moderetur. Quare quiſquis per fidem in Chriſto eſt, quæ eſt ſola beatitudo, is demum, ut dictum eſt, beatus ſit: ſiue uiuat, ſiue moriatur: ſiue ambulet, ſiue quieſcat: ſiue operetur, ſiue ferietur: ſiue dormiat, ſiue uigilet: ſiue foris, ſiue domi: ſiue in patria, ſiue peregre: ſiue militię, ſiue in pace. Omnia ſiquidẽ in uno Chriſto per fidẽ, tibi ſunt, ipſe poſſides, & gubernas: diceriſq; omnium Dominus, etiam ſi non habeas uel ueſtigium pedis peculiariter: ac habeberis coràm Deo non inſipiens, licet quoque totus mundus inſaniæ te inſimulet. Omnium ſapientiſſimus deliranti mundo inſanus æſtimabatur: omnium ditiſſimus cæcutienti mundo hactenus pauper uidebatur, ut crux ipſi tantum pro ceruicali fuerit. Verùm, ut unde digreſſus ſum, redeam, hanc tantum certam in Deum fidem, quæ omnium rerũ

instar

inſtar fidelibus foret, Chriſtus uenerat in terrã docturus: hanc fidelibus inculcandam hinc diſcedens ſuis apoſtolis præſcripſit. Verum quoniam laborioſum & tedioſum erat, ea quæ iã animos hominum occupauerãt, ad uiuum reſecare, & alia in locum ſubſtituere, factum eſt, ut multa indigna pati Apoſtoli coacti ſint. Hi adferebant uinum nouum, iſti nauſeabant, imò uerius non ferebant, neq; admittebant. Hi uolebant libertatem, illi recuſabant. Hi ſpiritum, illi figuram inclamabant. Hinc illa lis & controuerſia. Et ut uerbi cauſſa, aliquanto apertius fiat quod ſentio, Apoſtoli uolebant uniuerſas figuras Moſaicas iam tum ceſſaſſe, Phariſæi contra eas mordicus retinere contendebant. Illi baptiſmũ, hi circunciſionem præſcribebant. Illi mentis circunciſionem flagitabant, hi præputij urgebant, dum tandem apoſtoli per uerbum diuinum præputij circunciſionem penitus damnârint, ut quæ non ſalutifera, ſed exitialis eſſet, quotquot illam admitterent. Et erat neceſſaria tam conſtans eius rei reiectio. Quoniamquidẽ huc res redierat, ut hoc ipſum iam figuræ adſcriberent, quod uni Chriſto attribuendum erat. Huic ergo errori uiua uoce & literis ſcriptis Chriſti apoſtoli reſtiterunt: id quod quum hæc hiſtoria, tum quoq; eorundẽ epiſtolæ ſatis arguunt. Quid autem Deus per iſtam corporis circunciſionem uoluerit, ſupra declarauimus, quũ diceremus eã eſſe trãſlatam à corpore ad animum. Illudq; nunc requiri, non ut præputij pellicula diſrupta, denudetur, ſed ut cor ab omnibus inquinamẽtis & uitijs purgetur, & liberũ cuſtodiatur, totusq; homo, quãtus quãtus eſt, intus & in cute, ut uulgò dicunt, generatione ſpirituali renouetur, & renaſcatur. Quod autem dixi de circunciſione, idem quoq; intelligendum, de cæteris ceremonijs. Nouæ itaq; legis inducendæ, & ueteris abolendæ rationem, hic liber tradit. Cęterùm quia charitas ex fide nata, uno modo profuiſſe contenta nõ eſt, incœperunt quoq; hi Apoſtoli abſentes per epiſtolas eadẽ docere, quæ ore & uita præ ſe ferebant. Et factis quidem, miraculis & concionibus illam demum ætatẽ docuerunt: ſcriptis uerò uſq; ad finem mundi omnem ætatem docent. Illis itaq; incœperunt, his conſummauerũt. Spiritu uerò calamũ moderante ſcribunt literas, partim ad certas eccleſias, partim ad certos fratres, partim demũ

Argumẽtũ I oẽs epiſtolas Apoſtolicas pariter & Canonicas.

d.1. pro-

promiſcue ad omnes Chriſtianos: in quibus literis certæ quædam diſputationes, quibus uel pſeudoapoſtoli conuincantur, uel ueritatis candidati perſuadeantur. Præcipue tamen hiſce de rebus diſputant, quæ aut erant ſemel tollendæ, quamuis ætate firmatæ, aut in præſentius tempus tolerandæ, aut deniq; prorſus nouæ inuehẽdæ & ſtatuendæ. Quare hac de cauſſa, paſſim tã multæ ac ſedulæ paręneſes, amicæ obſecrationes, & acres obiurgationes: & eæ omnes ex uno eodemq; ſpiritu profectæ. Porro nos exempli cauſſa, ex omnibus illis, quatuor duntaxat attingemus, idq; paucis. Quis enim omnia, quæ per Apoſtolos copioſe & fœliciter tractantur, non dicam diiudicare, ſed intelligere poterit? Primo igitur attentabimus quæſtionem illam de iuſtificatione, mox de libero & captiuo ſeu ſeruo hominis arbitrio, deinde de prædeſtinatione & prouidentia Dei, poſtremo de coniugio. Interim tamen pium lectorem ſcire uelim, me hîc aliorum iudicio nihil præſcripturum, neq; cũ aliquo alio ſenſurum aut diſſenſurum, quã cum ipſa ſcriptura & ueritate. Quod igitur hiſce de rebus ipſi ueritati magis conſentaneum, non autem quod meæ opinioni congruentius uidebitur, candidus aliis communicaturus in medium adferam, iudicium uel uniuerſum penes alios relinquens. Quum ubiq;, tum hoc in primo

De iuſtificatione. articulo medium iter tenebimus: neue in dexterã, neue in ſiniſtrã partem deflectamus. Quorum alterum eſt, propriam iuſtitiã ſtatuere conantium, alterum Dei iuſtitiam, ſemel agnitam non ſectãtium. Vtriq; autem Deo exoſi. Porro cum primis uidendum, ne in ſiniſtram deuiemus, quod Iſraëlitis accidiſſe legimus. Hi enim dum

Rho. 10. ignorant Dei iuſtitiam, propriam iuſtitiam conſtituere quęrunt, quare iuſtitiæ Dei ſubiici grauantur & recuſant. In hanc præterea partem ſiniſtram, tanq; in ſcopulum impingunt, quotquot ſeipſos ex operibus legis iuſtificare uolũt: quaſi noſtrarum ſit uirium noſipſos a mortuis ſuſcitare, noſipſos, inquam, a morte prima, quæ eſt peccatorum, in uitam reuocare, hoc eſt, in internã mentis iuſtitiam reponere, aut in reſurrectionem primam. At qui hoc fieri non poteſt. Nam quãdo mortui ſumus per ruinã & præuaricationẽ Adæ hinc mancipia Diaboli, toti cum pilis & pelle, ut uulgo aiunt, redimur, Satanæ eiuſq; imperio tradimur, deſtituti omni ſpe, omni

ſolatio

ſolatio ſpiritus & mentis. In hoc, heu miſeros, ſtatu fuerunt Adam & eius uxor Eua, mox ubi peccauerunt: nudati, ſpoliati, & omni bono orbati. Sed quò confugerunt? Vnde ſolamen petebant? Certè tum animo deſperabundo & mortuo erant, nec ex ſe ſuiſq; uiribus, tum poterant ſeſe ad Dñm erigere aut conuertere: quandoquidem certam mortem, à Domino prædictam Gene. 2. prę oculis habebant. Rurſum, neq; ipſis domi erat, quod ſolatium adferret. Quid igitur? Deſperabũdi intra medias arbores, à facie Dñi ſeſe abdũt. Haud aliter, quã uel puer aut ſeruus, qui neglecto aut contẽpto imperio patris ſeu Dñi, nihil aliud quã dura uerba aut uerbera expectat. Perierat ergo uterq; in eo ſtatu uel deſperatiõe. Et niſi Dñs eorum animos iam deploratos & mortuos reexcitaſſet, & ab inferis reuocaſſet, perpetuò de eis actum fuiſſet. Dominus ergo pro ſua bonitate in certam ſpem ſalutis eos erigit, promittens fore, ut ſemen muliẽris, caput mortiferi ſerpentis contereret, ſicq; ſalutem repararet. Proinde, ut initio dicebam, non eſt, quur expectes, ut mortui per ſuas uires, quæ nullæ ſunt, à morte in uitam tranſcendant. Iam alia ſcriptura & ſi typica, nos tamen docet, uniuerſam iuſtificationem uni competere Deo, omnem ſalutem expectandam ab uno Deo. Itaq; populus ille Iſraëliticus, in Aegypto duriſſima tyrãnide uexatus, & oppreſſus ſub Pharaone illo, non uidet uiam uel euadendi uel expugnandi poteſtatem illius: ſed uniuerſa ſpes excutiendi iſtius iugi ab uno Domino pendebat. Vnde & præter merita ipſorum, aut alicuius ſubſidium, Dominus pro ſua benignitate illis ſuppetias ueniens, illos redemit. Quanquã iam hoc ipſum etiam, expectare dico, redemptionem è ſupernis, Deo adſcribendum eſt. Emandatur uerò Moſes à Deo, ut Iſraẽlẽ non ſua aut illorum ope educat, ſed diuina. Proinde iubet Dominus eos, nihil aliud quàm conſiſtere, & in ipſo conquieſcere. Sic enim Moſes tanq; dux apud eos concionatur: Nihil timueritis, ſed tantum conſiſtite, & uidete ſalutem Domini, quam faciet uobis hodie: nam quos hodie uidiſtis Aegyptios, non eſtis amplius uiſuri. Dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis. Hactenus ille. Ea autem uerba dicta ſunt populo Iſraëlitico, ante tranſitum maris rubri: qui fuit figura noſtri baptiſmi. Et ante datã legẽ. Quippe Exo. 14.

lex poſt tranſitũ maris rubri, in deſerto Sinai, menſe tertio ab exitu terræ Aegypti, data legitur. Exod. 19. Porrò tertius ille menſis, eſt apud nos Maius, quem illi Siuan סיון, adpellant. Et hoc quidẽ menſe uenerunt in deſertum Sinai סיני. Tempore enim Paſchæ, & mẽſe Martio egreſſi ſunt Aegypto, mẽſe uerò Maio acceperũt legem. Sed hoc parergon. Ex nuda igitur & ſola miſericordia, & diuina cõmiſeratione, facta eſt, ut primis parẽtibus, ita hîc quoq;, Iſraëlitarum iuſtificatio, reconciliatio, eorundemq; deſponſatio. Lex nondum lata, lex necdũ data: ne quis huic uel huius operibus, quod Diuinæ bonitatis eſt, adſignet. Impetrauit hoc promiſſio illa incircunciſo Abrahæ, à Deo facta. Atq; hæc omnia ſunt, ut ſupra diximus, typica. Siquidem populo illi omnia in figuris, & in rebus externis corporalibus'ue contingebant. Sed conſcripta ſunt propter nos, ac noſtri iuſtificationem ſpiritualẽ: ut ne quid de noſtra iuſtificatione differentes, erremus: néue, differentes de prima iuſtitia, aliquid noſtris meritis adſcribamus. Hæc enim iuſtitia ſeu iuſtificatio noſtri, parta eſt per fidem in Chriſtum Ieſum, citra noſtra merita, uel opera. Oportet ergo, ut hanc acceptam feramus obedientiæ & morti Chriſti. Nam quemadmodũ omnes per Adã, eiuſq; inobedientiam, in mortẽ incidimus, etiam abſq; debito aut culpa noſtra, ita ediuerſo per Chriſtum, & illius unius obedientiam à prima illa morte, liberamur, redimimur, uiuificamur, & iuſtificamur. Id quod cuiuis facilè liquet, tum ex capite quinto ad Rhomanos, tum ex capite decimo quinto, prioris ad Corinthios Epiſtolæ. Manumittimur autem & eripimur à ſpirituali Pharaone, quippe Satana, qui mortis imperium habet, perducimurq; ex huius obedientia, in obedientiam Dei. Quis autem iam hîc non perſpiciat, & confiteatur, uniuerſam gloriationem noſtrorum operum eſſe excluſam, relinquendamq; uni Deo, qui omnia pro ſua omnipotẽtia in omnibus operatur? Ac hucuſq; de illis, qui errabũdi in ſiniſtrã, unà cum Iudæis deflectũt, reſtat iã ut nõnihil quoq; dicamus de iſtis, qui in dexterã declinãt. Vtriq; uiã docẽdi, quoniã utrobiq; ęqualis erroris pœna. Poſteriores ergo ſunt, qui quidẽ gratis per Deũ iuſtificati, iuſtitię diuinę obedire renuũt. De quibus ſic loquitur Apoſtolus ſub calcẽ epiſtolę ſuę ad

Obſecro uos fratres, ut cōſideretis eos, qui diſſidia & offendicula gignunt, contra doctrinam, quam uos didiciſtis: quiq; Domino Ieſu non ſeruiunt, ſed ſuo uentri, & per blandiloquentiā & aſſentationem decipiunt corda ſimplicium. Hi ſunt, qui iuſtificati, & Deo reconciliati, absq; ullis præcedentibus operibus, qui perducuntur ſub obedientiam ad ſpirituale deſertum Sinai: ſed hîc legem acceptam tranſgredientes, & obedientiam fidei non amplectentes, Diuinæ iuſtitiæ reſiſtunt. Nam & ſi gratis iuſtificati, & ſpe ſeruati ſunt, iuſtiq; redditi, iuſtitiam exercere recuſant. Opus Dei, iam in ipſis incœptum perficere grauantur: quare etiam recta ad terrā promiſſam proficiſci nequeunt, ſed per ambages circumducti, hæreditate petita non potiuntur. Dum autem recuſant legitime decertare, coronam non adſequuntur. Et hîc quidem operum gloriatio non omnino reijcienda, ſed ad Chriſtum deriuanda. Huius enī cooperatores & milites aliquo modo efficimur, dum per obedientiam eius iuſſa capeſſimus. Sic Paulus gloriatur ubi epinicia, ut ita dicam, meditans, inquit: Certamen bonum decertaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Quod ſupereſt, repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in die illo, qui eſt iuſtus iudex. His quoq; cōſonat, quod eſt in prima Epiſtola Ioannis ca. 3. Qui iuſtitiam exercet, iuſtus eſt. Iam uero quēadmodum ex ſanguinibus & uoluntate carnis naſcimur, citra noſtram operam: ita renaſcimur quoque e ſpiritu, & uoluntate Dei, absq; ullo noſtrarum uirium præcedente merito. Sed ſpiritualiter renatos, ſecundum ſpiritum ambulare oportet, & non ſecundum carnem. Ita, ut membra quę ex carnali generatione, fuère arma iniuſtitiæ peccato, nunc in renatis ſpiritualiter, ſint arma iuſtitiæ Deo. Non ſatis eſt, gloriari tantū de iuſtificante fide, ſed uel ideo, quia iuſtificati ſumus, ad obedientiam & perfectionem cōtendere & ferri debemus. Et reuera nō uocauit nos Deus in immūditiā, ſed quod Chriſtianos decet, ut iuſtam uitā agamus, utq; legitime certemus, quo coronemur: modo detur tempus & opportunitas. Quicunque ergo in hanc partem dexteram aberrant, gloriantur quidem, imò mentiūtur, ſe eſſe arbores iuſtas & bonas, ſed interim nullos fructus proferunt. Non obediunt Chriſto, cuius eſſe ſpon-

2. Tim. 4.

ſam ſe iactant: uentri ſuo, contempto Deo, inſeruiunt, abutentes libertate ſpiritus, in libertatem, aut potius licentiã carnis. Faciunt præterea ex uia Domini, quæ alioqui ex ſe arcta & anguſta eſt, uiam latam iuxta & ſpatioſam. Sunt autem iſti, doctorculi illi, qui captato populari plauſu, corda ſimplicium ſeducunt, & rerum imprudentes ſecum in foueam trahunt: perduntq́, proh dolor, iam non in Aegypto, ſed in deſerto, quos Deus per ſuum filium, uerũ illum Moſen, ex ſeruitute Aegyptiaca exemptos, ſeruari uoluit. Huiuſmodi uerò imperitorum ductores, aut uerius ſeductores D. Iacobus adpellat, homines inanes, Iudas autem Thadæns, Petrum Apoſtolum ſequutus, nubes aquã non habentes, item arbores autumno marceſcentes, arbores infrugiferas, bis mortuas & eradicatas. Denique hos notari ab eo, planè uidebit, quiſquis ea uerba legerit. Dominus aũt, poſteaq́ populum ex Aegypto ſaluum eduxerat: ruſus eos qui Dei gratiam transferebant ad laſciuiam, & in fide non perſeuerabant, perdidit. Sic ille. Proptérea nos, qui per Chriſtũ Ieſum redempti, è manibus ſpiritualis Pharaonis ſumus, & in ſpirituale deſertum perducti, non ſecus ac Iſraëlitæ, qui redempti ab Aegypto, in corporale deſertum deducti fuerunt, ne Deo rebellemus, ſed obediamus. Alioqui exemplo Iſraëlitarum uſque murmurantium, nunquam in ueram terram Canaan ingrediemur: terram, uidelicet illã uiuentium, & ueram requiem, quæ eſt uita æterna. Sed iam ad ſecundum articulum, quod eſt liberum & captiuum ſeu ſeruum hominis arbitrium, tranſeundum. Nam & hîc non minus uariè, quàm illic, opiniones naſcuntur. Verùm & hic quoq́ libet figuras ueteris Teſtamenti expendere, ipſamq́ ueritatem ac figurarum ſpiritum, ſecundum ſuam uirtutem ponderare.

De libero, & captiuo ſeu ſeruo, hominis arbitrio.

Et primò quidem occurrit ex primo libro Moſi, reuelatio illa Abrahamo de ipſius ſemine diuinitus facta. Tuum ſemen, inquit, erit in terra, non ſua, nempe, terra Aegypti: ubi quadringentos annos uarĳs expoſitum miſerĳs, ceu in fornace ignea adfligetur. Et ubi non ſui quidem iuris, ſed alterius, nimirum, Pharaonis, erit, cui mancipatũ, & ceu captiuum in miſerrimam ſeruitutem redactum erit. Vnde nec ſua uirtute, ſuóue conſilio & præſidio liberari poterit. Sub cœlo autem nullum erit ipſi

Gene. 15.

patro-

patrocinium, neque de aliquo liberationem ſui expectare poterit. Tota eius ſpes ex uno Deo pendebit. Neque enim, ut colligit Paulus, erit aut uolentis, aut currentis, ſed Dei miſerentis. Hinc uero nunc mihi metire, quæſo, ſeruitutem, quæ fuit ſub ſpirituali Pharaone, Satana. Porro in hanc captiuitatem & ſeruitutem nos coniecit Adam, quando a Deo deficiens, diuinum mandatum tranſgreſſus eſt: omneq; ſuum ſemen ſeruum fecit peccati, mortis, tenebrarum, ſubiectum omnis mali capiti, Satanæ. Sed quod peius fuit, unde nulla ope humana uindicari potuit, undeq; elabi nemini unquam hominum in manu fuit. Iſto igitur rerum ſtatu dum ſumus miſeri, liberi non ſumus, ſed uincti, liberum arbitrium ad inſeruiendum Deo non habentes, ſed quantumuis inuiti, ſequentes tamen arbitrium nos trahentis, more brutorum, Satanæ. Hic nos ueluti concathenatos, pro ſua libidine, quocunq; uult, tranſuerſos rapit. De hac uero impotenti & tyrannica ſeruitute loquitur Hieremias in hæc uerba: Noui Domine, quod non eſt hominis, uia eius. Neque enim eius eſt, ut præparet greſſum ſuum. Rurſus idē alibi: Conuerte me, & conuertar, quia tu Dominus Deus meus. Cui quoque concinit Ioannes: Nemo, dicens, uenit ad me, niſi pater qui me miſit, traxerit eum. Vides ubique non nobis, ſed Deo in manu eſſe, ut nos greſſum noſtrum præparemus, ut conuertamur, ut ad Deum ueniamus. Deus parat greſſus, Deus conuertit, Deus trahit. Trahit autem ſuo uerbo, quo uniuerſa facta ſunt, quæq; lux eſt hominum, qua illuminati, immutatis interim cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, auertimur a regno Satanæ, & conuertimur ad regnum Chriſti cœleſte, ubi iam uere liberi ſumus. Nam hoc eſt, quod Ioannes in ſuo euangelio atteſtatur: Si uos filius liberos reddiderit, iam uere liberi eſtis. Neque hinc ſane abludit, quod Iſraël ſtatim poſt eſum agni Paſchalis, qui Chriſtū præfigurabat, ex Aegyptia ſeruitute liberati leguntur. Neque uero quiſquam illis reſiſtere potuit, poſteaquam cœlitus acceperant poteſtatem, in requiem Domini, in terram illā patribus promiſſam, proficiſcēdi. Quod autem tam pauci eo peruenerunt, quū tam frequens turba Aegyptum duce Domino egreſſa ſit. Ipſi ſibi impedimento fuerunt, non Deus ipſis. Illorū murmurationes

Rhom. 9.

Hiere. 10.

Hiere. 31.

Ioan. 6.

Ioan. 8.

& re-

& rebellio fecerunt, ut in deſerto mortui, terram Canaan uidere non potuerint. Quare tum nemo illorum cum Deo expoſtulare potuit, quaſi non eam poteſtatem aut libertatem accepiſſet. Sua culpa ipſorum perierunt, non Dei, qui omnes ex æquo illuc perducturus erat, ſi pactis ſtetiſſent. Porrò ſicuti illis corporalis libertas contigit, ſed quæ tantum umbratica fuit, ad eundem quoq; modum nobis, qui ſumus filij noui Teſtamenti, datur noua, ſolida & uera libertas, id'q; in uirtute ſpiritus, ad proficiſcẽdum in ueram requiem, in terram Canaan ſpiritualem quidem illam, apud Deũ in cœlis, quo Chriſtus aſcendens, nobis itineris uiam commonſtrauit. Cæterùm poſt factum præconium de ſponſo Chriſto, inuitus deſponſatur nemo. Nemo obluctans, per uim ad Chriſti regnum à Deo patre pertrahitur, poſtquam ſemel datum eſt noſſe, & intelligere Euangelium: ſed erit populus Chriſti ſpontaneus.
Pſal. 110. Legis enim apud Pſalmiſtam: Populus tuus ſponte ueniet, in die fortitudinis tuæ. Huius nimirum, rei figura fuit Rebecca, quæ, ut legitur Gene. ca. 24. uolens ſuo'q; conſenſu, non coacta, proficiſcitur cũ famulo ab Abrahamo miſſo, nuptura Iſaacò eius filio. Hic autem typus fuit noſtri ſponſi Chriſti Ieſu. Porrò noſter famulus à cœleſti Abrahamo miſſus, quum alij omnes, quotquot per diuinum uerbum ad nuptias illius agni inuitantur, tum inter primos fuit Ioannes Baptiſta, & apoſtoli omnes. Poſtremò uerò ubi iam liberi ſumus, cum'q; Iſraëlitis terram ſeruitutis egrediendi, & terram libertatis ingrediendi, poteſtatem accepimus, erit nobis iter carpendum non pro noſtro arbitratu, ſed pro arbitrio nos ducentis. Vti enim illi ſequuntur ducem Moſen, & uelut pædagogũ legem, ſic nos quoque noſtrum anteſignanum Chriſtum, eius ſtratagemata & conſilia, doctrinam dico, ſequi oportet. Cæci ſumus, imbelles ſumus, tum uiarum tum locorum ignari ſumus, & occurrunt uariæ uiarum ambages, præſertim in terra tenebrarum, adhoc uiæ ubique obſeſſæ prædonibus, latronibus, ſicarijs, omninò ipſa morte, eſt ideo conſultum, aut potius neceſſarium ad manum habere eum, quem ut ducem, ut uiæ peritum, fortem'q; pariter & prudentem uexilliferum, tutò ſequamur. Porrò, Iſraëlitæ non mox in terra Canaan fuere, atq; Aegyptum egreſſi ſunt. Spe

illam

illam procul ſalutârunt, eamq́; per certam & infallibilem promiſſionem Dei tantùm poſſiderunt. Neque nos aliter qui in Chriſto credimus, quàm per ſpem ſeruamur. Etenim quicquid diuina promiſſio nobis de glorioſa terra illa Canaan addixit, accipiendum in futura uita, hîc dum meditamur, firma in Deum fide & ſpe etiam nunc poſſidemus. Cæterùm ut illis, ita & nobis hæc facta & data eſt poteſtas? Proclamat enim Euangelium: Dedit eis poteſtatem filij Dei ut fierent. Si autem filios eſſe datur, quid ni & hæredes ſimus? Porrò hæredes terræ Canaan, & regni ęterni. Liber itaq; eſt, quiſquis à Dei filio libertate donatus eſt, aut uerius, in libertatẽ poſtliminio uindicatus eſt. Nam & ſi primò liberi eramus, ob præuaricationem tamen in ſeruitutem Satanæ decidimus. Hinc autem nos exemit diuina clementia, fecitq́; ut hactenus nũc liberi eſſemus, ut interim ipſi ſeruiremus. Sed ſpontanei, non coacti. Eſt ergo liberi arbitrij, quicunque Dei ſeruus eſt: rurſum ſerui, quiſquis proprio arbitrio & uoluntate fertur. In huiuſmodi autẽ homine libero, qui à peccatis per Deũ iuſtificatus eſt, uiuit & Chriſtus, & ſpiritus eius. Contra, in eo qui neglecto ductu ſpiritus, audit habenas ſuæ ipſius uoluntatis, adhuc tyrannidẽ exercet Satan. Huc ſpectat Paulus, dum ſcribit: Cum timore ac tremore ueſtrã ipſorum ſalutem operemini. Nam Deus eſt is, qui agit in uobis, & ut uelitis, & ut efficiatis, pro bono animi propoſito. Vides hîc cauſſam primam, ſecundarum actionum cauſſam non excludere. Verùm ut ſummatim dicam, uera libertas hominis, ex ſpiritu eſt. Nam, ſi Paulo credimus, ibi demũ libertas, ubi ſpiritus Domini. Quare filij Dei nõ poſſunt non eſſe liberi: utpote qui ſub gratia, non autem ſub ſeruitutis lege ſint. Neque amplius uel ſub pædagogis uel tutoribus ſuſtinẽt eſſe. Et nouus quidẽ homo, qui ſpiritu Chriſti renatus eſt, de libertate gloriari poterit, uetus uerò homo ſub lege, id eſt, ſeruitute manet. Conſtare aũt nũc ex his, opinor, nullam nobis eſſe libertatem, niſi quam Chriſtus adfert. Omnesq́; nos eſſe captos ſimul & mente & oculis & auribus, niſi Deus hãc mentẽ illuminet, hos oculos aperiat, & has aures per filiũ ſuũ patefaciat. Aurem audientem, & oculum uidentem, utrumque Dominus facit, ut ait Solomon. Hoc autem fit, per ſacroſanctum ſuum

Ioãnis.1.

Philip.2.

2 Cor.3.

Prouer.20

uerbum, quæ uera eſt lux, ut quæ ſemel exorta, diſpulſis tenebris, omnia ſuis radijs implet. Docet rudes, inſtruit ſimplices, animat timidulos, temerarios reuocat, cæcos uiſu, ſurdos auditu, dementatos mente donat. Atque extra hanc nulla prorſus eſt hominum libertas. Porrò autem quoniam iam in confeſſo eſt, ſolam Dei omnipotentiam eſſe, quæ iuſtificet, quæ libertatem donet, quæq; omnia in omnibus agat, queri poterit, quare nullius rei reſpectum (ut uidetur) habens, in alio aliter operetur, omni cauſſa (noſtro quidem iudicio) excluſa, tantum quia ita ipſi Deo uiſum eſt. Quam rem ſiue prædeſtinationem ſiue prouidentiã Dei adpellant. Qua de re quoniam polliciti ſumus nos aliquid dicturos, age perpendamus non tam curioſè quam piè, quid id ſit, quòd alij ſeruari, alij perire, indicta cauſſa uideãtur ignorantibus. Subſit aliquid oportet, uerùm eò deriuare, ubi cauſſa nulla eſt, abominandum. Deus autem nemini cauſſa exitij eſſe poteſt. Perimus, noſtra culpa perimus; ſeruamur, Dei beneficio ſeruamur. Id quod ueluti exprobrans admonet nos Deus per prophetam, dicens: Perditio tua ex te, Iſraël: ex me uerò ſalus tua, & quicquid eſt auxilij tui. Atq; uerè Deus Opti. maxi. quæ ipſius eſt genuina bonitas, neminem neque ad condemnationem, neque ad mortem creauit, ſed ad ſalutem, ſed ad uitam ex æquo nos omnes. Deinde non ſolum nos huc creauit, ſed poſt lapſum rurſũ inuitauit. Pro mortuis enĩ ipſe immortalis, moriens, quomodo rurſum à morte reuocatos, ad mortem dabit? Verùm audiamus ſuper hac re ſententiam ipſius Pauli, imò ipſius Dei, qui per ſuum Paulum loquitur. Ad Timotheum ergo epiſto. 1. ca. 2, in hunc modum ſcribit: Hoc bonum & acceptum eſt coràm ſeruatore noſtro Deo, qui cunctos homines uult ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Age demus alterum teſtem, priorem nihilo minus ueracem. Petrus ergo 2. ca. 3. Pauli uerba confirmans, Haud tardat, inquit, Dominus, qui promiſit, quemadmodum non nulli tarditatem exiſtimant, uerùm patiens eſt erga nos, dum non uult ullos perire, ſed ad pœnitentiam recipere omnes. Vult itaq; Deus, ut eſt infinitæ miſericordiæ, mortalium neminem perdere, ſed omnes iuxta ad ſalutem, ad agnitionem ueritatis, & pœnitentiam uenire. Vide uerò interim, quæſo, quid hi duo, & quidem nõ

De prædeſtinatione & prouidẽtia Dei.

Oſe ca. 13.

temerè

temerè,niſi fallor,hîc coniungunt,ſed ordine inuerſo. Primum eſt enim,ut ad ueritatis,quæ quid ſimus oſtendat, agnitionem uocemur,alterũ,ut dũ nobis ipſi incipimus diſplicere,ad pœnitẽtiã inuitemur. Tertiũ,ut ex his duobus,iã remediũ & ſalutẽ, quærere feſtinemus. Hæc aũt tria,unũ Dei uerbũ nobis ſuppeditat. Nõ enĩ uult Deus aut poteſt à quocꝫ cognoſci,niſi per ſuũ uerbũ, & ſpiritũ. Sed necꝫ eligit uel hũc uel hũc,ſed oẽs cuiuſcũcꝫ ſint uel nationis,uel cõditionis,uel ſexus,uel ſtatus,uel ętatis,ex æquo uult oẽs ſaluos fieri. Apud Deum nulla perſonarum ratio habetur. Omnes iuxta chari ipſi ſumus,omnes æquali precio,hoc eſt, ſuo ſanguine & morte redemit. Quàm autem ſit noſtræ ſalutis auidus , uel hoc arguat,quòd noſtra cauſſa etiã mortẽ ſubire grauatus nõ ſit,quò, ſcilicet,peccato ablato,morte triumphata,hoſte deuicto,ad uitam ac ſalutem,cui ab initio creati fueramus , ſed quam noſtra inobedientia perdideramus, reuocaremur , æternamcꝫ ſic ſalutẽ conſequeremur. Neque uerò poteſt , qui omnium bonorum caput eſt, eſſe cauſſa mali,hoc eſt, originalis cauſſa condemnationis noſtri. Imo uerò ne peccati quidem,cuius ſtipendium mors eſt. Sed,ut teſtificatur liber Sapientiæ,inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Dicet aliquis : At Scriptura commemorat certa exitia certorum hominum,quæ neutiquam ipſis effugere licuit, ſed quia ita prædicta fuerant, non potuerunt non illos manere & perdere. Veluti de Eſau, de Pharaone, de Iuda &c. peruerſo ſydere natis. Bona uerba. In huiuſmodi malum deuenerunt , non quia ita diuinitus prædictum fuerat, ſed quia hoc ſibi ex corrupta natura ipſi conciliaturi eſſent,ideo à Deo qui omnia longè præuidet, prædicitur. Tam eſt hîc diuina bonitas extra culpam,quàm cometæ,qui cladem, uel ſimile quippiam malũ mortalibus portendunt. Nam mala quæ ſubſequuntur,nõ trahit poſt ſe triſtis cometes, ſed mala uentura illum quaſi nuncium,pręmittunt. Sunt hæc cauſſa illius, non ille cauſſa iſtorum. Pari modo & illic fit. Nam pędicit Deus, quia ita futura ſunt,nõ autem fiũt,quia prædicta ſunt. Porrò huiuſmodi, quam ſimpliciſſimè accipiamus : ne inſcrutabilis Maieſtatis diuinæ(quæ ſupra nos eſt)curioſi inueſtigatores audiamus. Et licet Deus impios quoque ab æterno ad condemnationem or-

Sap. 2

dinârit,neminem tamen creat aut creauit impium,neminẽ creauit
condemnandum. Sed ubi ex propria concupiſcentia quis impius
eſſe perrexerit,addendo peccata peccatis, Deus eo ueluti abuti co-
gitur,eundemq́; ad ſuam ipſius pernitiem ob æquiſſimum iudiciũ
ſuum proferre. Nam Deus ut eſt omniũ optimus , atq; adeò ſolus
bonus,non poteſt creare malum culpæ. Abutitur uerò interim
Satana,ut triſti atque ſeuero inſtrumento,ad examinandos quoſ-
cunque uelit. Satanas tamẽ,non eſt à Deo creatus,ut Satanas,hoc,
Deo hominibusque aduerſarius, ex proprio uitio degenerauit in
Satanam. Ioan.8.& 2.Pet.2. Sed quid diximus abuti? Num Deus
re ulla à ſe creata,ullo unquam tempore abuti poterit? abſit. Hoc
duntaxat dicere uolumus quòd impij quatenus ſunt impij,eos nõ
eſſe creaturas Dei,atque ita Deũ illis non uti in ipſorum ſalutem
ad quam omnes homines creauerat. Iam aliud eſt præordinaſſe,
aliud creaſſe: niſi certè creare pro proferre aut parare accipiamus.
Deus enim ex ſua præſcientia, ſuaq́; prouidentia ordinauit ab
Eccl.39. æterno uniuerſa. Neq; uel minimum temerè fieri opinandum eſt.
Reſpicit,inquit Eccleſiaſticus,à ſeculo in ſeculum, & nihil eſt mi-
Eſai.48. rabile in conſpectu eius. Sed planius id quod ſentimus, exprimit
Dominus apud Eſaiam,dicens: Noui quòd præuaricando præ-
uaricareris,propterea te præuaricatorem uocaui ab utero matris
Luc.1. tuæ. Rurſum,dicit Euangelium: Et replebitur ſpiritu ſancto iam
inde ab utero matris ſuæ. Vides hîc contraria in homine agi,idq;
ab utero matris ſuę. Alter præuaricator audit,alter ſpiritu ſancto
repletur. Neque tamen ſine cauſſa fit. Sed utrobiq; uides cauſſam,
quapropter fiat, & quare ille malè,hic bene audiat. Noui,inquit,
quòd pręuaricãdo pręuaricareris, quare &c. Rurſum de altero:
Multos filiorũ Iſraël conuertet ad Dominũ Deũ ipſorũ &c. Huc
autẽ & illud Hieremię ſpectat: Priuſq; te formarẽ in utero,noui
te: & necdum uulua materna,te egreſſum ſanctificaui, dediq́; te
Hier.1. prophetam gentibus. Ex huiuſmodi præſcientia Dei, quiſq; ſuum
officiũ,& delegatũ munus habet. Et hæc eſt illa ꝓuidentia diuina,
qua alteri in libro uitæ ſcribũtur , alteri in mortuorũ numerũ re-
Rhom.8. feruntur. Scribit Paulus: Quos præcognouit,illos præfiniuit,pę-
ordinauitq; comformes imaginis filij ſui, ut ipſe ſit primogenitus
in-

inter multos fratres. Neq; ſatis eſt inexhauſtæ illius bonitati, uel præcognouiſſe uel præfiniſſe, ſed uocat quoq;. Sed neq; hîc quieſcit. At iuſtificat, inſuper & glorificat, quos uocauit. Hæc aũt apertò docẽt Paulina uerba. Et hæc eadẽ uides cõfirmata nõ ſolũ repetita à Luca Euãgeliſta in actis Apoſtolicis ca. ni fallor, 13. ubi legis: Audientes gentes, gauiſæ ſunt, & glorificabant ſermonem Domini: & crediderunt, quotquot erant ordinati ad uitã æternã. Quid uerò eſt: Ordinatos ad uitam, credere, niſi credentes, quicunq; illi ſunt ad uitam promoueri? Ita uerò accipi debet, unumquemque dirigi ac recipi in ſuum ordinem, quo Deus in pijs quidem operetur ipſorum ſalutem, in impijs autem malum pœnæ, hoc eſt, mortem & condemnationem. Proinde & Iudas ad ſuum gradum aſcenderat, unde futurum erat, ut decideret, & pœnas ſua perfidia, ſuaq; ingratitudine dignas daret. Porrò per Deum omne bonum creari, per Satanam uerò quicquid malum eſt initium ducere, referente Matthæo Euãgelica ueritas adpoſita & eleganti ſimilitudine nos docet. Vbi ſeminatur bonum ſemen, cui poſtea zizania internaſcuntur. Seminatur uerò optimum puriſſimumq; ſemen, à patre luminum, unde omnia bona promanant, per ipſius filium Ieſũ Chriſtum, in agro huius mundi. Porrò zizania, qui ſũt filij iniquitatis, ſeminantur à parente omnium malorum, Satana: quem quidem ibidem paterfamiliâs inimicum hominem nominat. Præterea, quanq; Deus præcognoſcit & præuidet uniuerſa, priuſquàm fiant, nõ eſt tamen eius uoluntas, ut peccemus: quemadmodum modo dictum eſt. Neq; enim illa diuina præſcientia aliquem cogit ad peccandũ, quaſi ipſa ſit homini occaſio peccandi: ſed ipſe homo peccaturus, occaſionem ſubminiſtrat prouidentiæ diuinæ, prædicendi quod futurum eſt. Hîc autem illam inſcrutabilẽ maieſtatẽ diuinam, eiuſq; prouidentiam nudam & abſolutam nihil attingimus, ſed eam duntaxat uoluntatem & prouidentiam Dei, de qua ſcriptura anthropopathicè loquuta eſt, & quæ (quia per ſcripturam ueluti definitur) ordinata fortaſſis nõ ineptè uocari poteſt. Poſtremò, æterna ſalus, per Ieſum Chriſtũ quoq; reuelata & nobis propoſita eſt, quã ſi uolemus adniti, per fidem & obedientiam, Deo duce, adſequemur. Verùm & ſi diuina uoluntas in hoc tota ſit, ut omnes ſal-

Matth. 13.
Hîc nemo inficias ibit, quin deus ſit cauſſa (quã uocant) ſine qua non nõ eniduo principia rerum ponimus.

ui ſiamus,pereat nemo,tamẽ neminem cogit, urget neminem : ſed
uocat,ſed inuitat uniuerſos.Spontanei ueniamus oportet, non co-
acti:quorũ illud filiorum,poſterius ſeruorum eſt.Ipſe noſtræ ſalu-
tis ſitiẽs, ad nos incredulos extendit manũ ſuam totũ diem,ſi forte
reſpicientes,in rectam uiam reuerti uelimus, noſtrũ eſt reſpicere,
& ducẽ ſequi. Verùm quemadmodum populũ illũ Hebræum, ex
ſua ſola cõmiſeratione & bonitate,ex miſeria illa redemit,rurſum
ex illis neminẽ perdidit,niſi qui modis omnibus commeruiſſet, ita
& nos,qui ipſi adhuc eramus inimici,tantũ abeſt,ut id meriti, pro
ſua clementia à peccatis noſtris gratuitò iuſtificauit, atq; adeo ſer-
uauit:& contra,nullum perdit, niſi qui Dei longanimitate ſpreta
ſeipſum it perditum. Interim uerò uide infinitam Dei bonitatem.
Rex autem uel iudex aliquis ſi uel dimittat ſaltem,non etiam bene-
ficio alio adficiat,maleficũ, qui in ipſum peccauit,& mortẽ cõme-
ruit,non iniquus uocabitur, quin & potius miſericors cenſebitur.
Si uerò idem innocentem,nihilq; mali commeritũ damnet & per-
dat,mox non ferendus tyrãnus & audiet,& erit quoq;:æquus au-
tem & Dei miniſter optimo iure habendus,ſi ſontes puniat,& in-
ſontes defendat. Attamen iſtius uel clementia, uel iuſta ſeueritas,
nihil ad Diuinam uel bonitatem uel iuſtitiam fuerit. Horrendum
eſt,ut cõminatur nobis ſcriptura, incidere in manus Dei uiuen-
tis. E diuerſo eadem nos conſolante, miſerationes eius ſuper om-
Hebr.10. nia opera ipſius. Vniuerſam huius mundi machinam fabricatus
Pſal 144. eſt ipſius omnipotentia,diruit iuſta ſeueritas,ſed miſericordia de-
mum eſt,quæ uniuerſa reſtituit,& etiamnum conſeruat.Ratioci-
Rhom.5. natur Paulus,pro iuſto uix aliquem mori uelle, pro iniuſto uerò
neminem. Chriſtus autem non pro iuſtis,quorũ rara ſeges eſt, nõ
pro benè meritis,ſed pro iniquis,ſed pro iniuſtis,ſed pro malè meri
tis,deniq; pro inimicis mortuus eſt. Verùm,ut dicebam, huic im-
menſæ philanthropiæ,immenſæ quoq; iuſtæ ſeueritatis amor con
iunctus eſt. Proinde quiſquis es,tantũ ne tibi de bonitate pollicea-
ris,ut interea iuſtitiæ obliuiſcaris:rurſus tantum quoq; ne hæc te
terreat,quin illa etiam conſoletur. Quorum ut neutrum proban-
dum eſt,ita prorſus reprobandum , omnibus ſubſidijs neglectis,
quibus uti potueras inermis ſi in prælio cadas,illud ipſum uel fato

uel prędeſtinationi adſcribere uelle. Quanq̃ igitur nemo pius negauerit diuinam prouidentiam, nemo tamen niſi impius, nõ cauebit, ne quid pręter ordinem, æquum & iuſtum de Deo concipiat, & neglecta ſcriptura, ineffabilis diuinæ maieſtatis ſcrutator temerarius fiat. Sed properandum ad ultimum articulum, quod erat matrimoniũ: de quo & ſi multi ſatis multa in hanc & illã partẽ dixerunt, nos tamen occupatioribus compendio & breuitate conſulemus. Et eſt ea huius rei natura, ut nemo deſtituatur eo, quod de ea dicere uelit. Legimus uerò, quòd ſtatim ab exordio mundi Deus quum iam omnia creaſſet, maſculum & fœminam creârit. Duos quidem ſed unam carnem: quos ideo ſeiungi noluit, quia tam arctè per ipſum eſſent coniuncti. Porrò ut hæc conglutinata coniunctio illorum duorum ne intermoreretur, iuſſit, eis benedicens, ut creſcrent & ſeſe ſuper terram multiplicarent. Vocatur igitur ea coniunctio maris & fœminę latinis uel coniugium, uel connubiũ. Vtrunq̃ autem non ſine cauſſa. Aut enim, quia unum iugum in ſumma concordia ducant, aut quia eo quaſi nube ſeu uelamine, mutuã neceſſitatẽ uelent tegantq̃. Atq̃ ut unà cum adoleſcente mũdo incœpit, ita quoq̃ dum ſtabit mũdus in uſu erit. Hanc uerò uiam alij poſtea ſeipſos neſcientes declinare cœperunt, aliamq̃ plantationem introducere: ſed quoniã Deũ non habebat autorẽ, imò ne rigatorem quidẽ arefacta, ex uſu abijt. Neq̃ enĩ melius nouerũt, quid in homine ſit, quàm qui ipſe finxit hominem. Hic autem pro ſua prouidentia ordinauit, ut mas & fœmina cum quadam mutua beneuolẽtia in neceſſitate naturę mutuò ſubuenirent. Inquit enim: Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum, faciam ei adiutorium, quod cum eo aut coràm eo ſit. Quam uerò eandem naturæ neceſſitatem Paulus perpendens definit, melius eſſe nubere, quàm uri. Vbi de ijs ſanè loquitur, quibus continentiæ donum datũ non eſt, quiq̃ per ſuam ipſorum naturam ſe continere nequeunt, ſed interim dũ ſe continere coguntur, uruntur. His igitur conſultius eſt, nubere, quam tam indigna ſubire. Quin & illis idem conſultor fidele conſilium dat, qui neglecto pudore, uerecundia depoſita, neminem neq̃ Deum, neq̃ hominem uerentes, ſed naturę demũ inſtinctum ſectantes, nihil minus quàm continentes uel eſſe uel uideri geſtiũt.

De cõiugio ſeu matrimonio.

Gene. 2.

1. Cor. 7

Ta-

Tales enī inuenias, qui quidē de iſta abomināda nō continēdi uia
glorietur, tantum abeſt ut ſuā ipſorū incōtinētiā deplorēt. Huiuſ-
modi ergo hominibus ſuadet Paulus, ut propter ſtupra uitanda
habeant ſuam quiſq; uxorem. Et unaquęq; habeat maritum ſuum.
Deinde ut uir uxori debitam beneuolentiam reddat, quomodo &
uxor uiro. Atq; hæc eſt cauſſa, quur hoc uitæ genus ueteribus cō
nubium appelletur. Nam ueluti nubes contegendę illi neceſſitati
conceſſum eſt, ut ne qua turpitudo inhoneſta ac illegitima coram
Deo, & hominibus committatur. Sed & quum alia multa aliunde
ſint, hoc ipſum ex ipſa lege naturæ eſt, quare quoq; præter alia in
ter omnes etiam homines res eſt honorabilis, & omni labe carens.
Heb.13. Ideoq; in epiſtola ad Hebræos hoc elogio decoratur: Honorabile
eſt inter omnes coniugium, & cubile impollutum. Cubile impollu-
tum, hoc quidem coniugium eſt, nam hic congreſſus pollutione &
dedecore caret, inquit apud omnes aut inter omnes honore di-
gnū eſt. Huiuſmodi autem legitimo coniugio etiam gentium, ho-
nor habetur. Neq; harum coniugium, tametſi non perinde ut Chri
ſtiani agnoſcunt ſpiritum Dei, illegitimum coram Deo cenſeri de-
bet. Gentiū nanq; coniugiū ex ordinatione diuina eſt, eademq; na
turali, quæ fuit ab initio conditi mundi, nempe, ut duo eſſent una
caro. Si uero hic diuina ordinatio de uno ſolū loqueretur ſpiritu,
1.Cor.7. nequaq̃ coniugium fidelis cum infideli uerum fuiſſet. Fuit etiam
proinde illegitimū coniugium inter Aſſuerum hominem ethnicū,
& Eſter fœminam & piam & Iudæam. Demum & Paulus incon-
ſiderate conſuluit, ubi ſcribit: Si quis frater uxorem habet infide-
lem, & hæc aſſentitur, ut habitet cum illo, ne dimittat eā. Et mu-
lier quę habet maritū infidelē, et is aſſētitur ut habitet cū ea, ne di-
mittat illum. Breuiter ergo, etiam apud omnes gentes hoc honora
bile coniugium eſt, & habet cubile impollutum. Porro qua ratio-
ne illud non dicam impollutum ſed inhonorabile uideri queat,
quod diuina ordinatio & inſtituit & benedictione dignatus eſt?
Gene.9. Et quidem quod ante ruinam ac præuaricationem primorum pa-
rentum fuiſſe conſtat, ſed & poſt eam benedictione ornatum & cō
firmatum eſt. Peccatum autem quod in mundum primo partū eſt,
concupiſcentia fructus uetiti conceptū eſt, igitur nō in legitimo

concu-

concubitu,ſed ab illegitimo illicitoq; eſu. Naturalis ille concubitus in ſpem naſcituræ prolis diuinitus præſcriptus, peccati cauſſa non fuit,ſed uetitus pomi eſus, hoc eſt, diuini præcepti neglectus aut contemptus. Atque hæc interim magna eſt conſolatio, quum omnibus hominibus, tum uerò potiſſimum Chriſtianis, quibus coniugiũ ſanctum contigit,& in eo uitæ ſtatu uiuere, cuius quod hominibus abiectiſſimũ adparet,tamen Deo non improbatur. Nam modò credimus Paulo,imò Deo per Paulum loquenti, ſi uxorem ducas,non peccas,item ſi uirgo nupſerit,nõ peccat. Eadem quoq; lege dubio procul,concubitus coniugatorum,qui fit iuxta diuinũ inſtitutum, & Apoſtoli admonitionem,(Vxori,ſcilicet, uir debitam beneuolentiã reddat)nihil erit minus,atq; peccatũ. Neq; unq; pijs coniugatis Deus id facti pro peccato imputabit. Poſtremò uerò ſi myſteriũ,cuius mẽtionẽ habes ad Epheſios 5. huius cõiugij intuearis, fuerit profectò res longè digniſſima,quam nemo etiam totus in ea cogitandus ſatis condigne,ac pro merito laudauerit. Spiritualem enim deſponſationem,eandemq; æternam inter Chriſtum ſponſum,& Eccleſiam ſponſam,nobis adumbrat. Cæterùm & ſi hoc noſtrum coniugium figura ſit, ut reuera eſt, non tamen ad figuras Moſaicas pertinet: quæ ipſa noui Teſtamenti ueritate exorta,ex uſu abierunt,ſed ad eum ordinem referendum eſt,quem tenent res,ad mundi finem uſque duraturæ,ueluti eſt magiſtratus & ea quæ eſt inter homines præcellentia:& cætera quæ à Deo in lege naturæ inſtituta ſunt. Adhæc,quo fuerint in coniugio perſonæ coniugatę excellentiores,hoc iam ipſam rem eo adumbratã, ad uiuum propius exprimunt. Hoc nimirum eſt, quare ſpiritus ſanctus deſponſationem Chriſti ſponſi,cum ipſius ſponſa Eccleſia, delineare uolens, nobis deſcribit & regẽ formoſiſſimũ,eundemq; ſapiẽtiſſimum Solomonem,& illius uxorem, reginam ornatiſſimã & amabiliſſimam. Hæc enim fiunt tum in libro cantici canticorũ, tum in Pſalmo 45. Eructauit cor meum uerbum bonũ &c. Atqui de his aliàs plura(ſi Dominus uolet)dicturi ſumus: quò ab omnibus coniugatis intelligatur,quodnam ipſorũ uitæ genus ſit, quàm ſit res & arcana pariter & diuina,ubi uera inter cõiugatos regnat amicitia. Nunc uerò ad inſtitutũ recurrendũ. Dicebamus de argu-

mento omnium epiſtolarũ apoſtolorum in uniuerſum, quòd quæ factis oſtenderant, ſcriptis quoq; confirmarent, quòd alia penitus ſublata, alia in aliud tempus dilata uellent: & eorũ in his conſiliũ, unde nos uerbi cauſſa declarandi, digreſſi ſumus & quidem longius, quàm in animo erat. Ad Apocalypſim ergo feſtinamus. Hanc autem intellecturi quum alia, tum imprimis conſiderent, Hieroſolymis duo fuiſſe templa: unum Solomonis, alterum Zorobabelis. Solomon autem ſuum templum mangnificentiſſimè extruxit, & ornauit, ubi deinde ipſe unà cum populo ſuo Iſraële inunctus habitauit, terram eam in ſumma pace, tranquillitate, ac requie poſſidens. Neq; interim tamen, ut multi quos rerum proſperitas demẽtat, Dei obliuiſcebatur, ſed ut uerum regem decet, cum regno floretiſſimo promouit & cultum diuinum, prorſus nihil prætermittendo, uel quod in ſuam rem publicam eſſet, uel quod ad gloriam ſui Dei faceret. Atq; hæc quidem in ueteri Teſtamento, externa fuerunt & corporalia, ſed in nouo Teſtamento à Chriſto uero Solomone ſpiritualiter, & in ueritate adminiſtrata fuerũt oĩa. Chriſtus enim uerus ille faber, Mariæ filius Mar.6. ædificauit ſibi ſuũ ſpirituale templum multo auguſtiſſimũ, inſtruxitq; ſuum ſpirituale & regnum & ſacerdotium, interim poſſidens etiam fines orbis terrarum. Hoc autẽ templum, iuxta Paulum, nos ſumus. Tale regnum teſte ſcriptura intra nos eſt. Sed quemadmodũ defectio regni Solomonis, facta eſt à morte ipſius, tẽporibus Ieroboam, & cultus diuinus in neglectum deuenit, donec totus uitiaretur. Ita mortem Chriſti & paſtorum illius Apoſtolorum ſequuta eſt defectio ſpiritualis: quæ tandem adeò, ut ferè omnia deterioris notæ, inualuit & graſſata eſt, ut & Chriſti regnum, & Chriſti templum, & Chriſti ſacerdotium, omninò omnia Chriſti & ſacra, & uenerãda, uiolârit, euerterit, & contaminârit: omnemq; religionẽ infecerit & uitiauerit. Hanc uerò cladem Antichriſtus ille Chriſtianæ religioni attulit, dum omnibus cõfuſis & miſerè perditis, quæ ſubſidio nobis diuinitus relicta fuerant, imbellem plebeculam in eam captiuitatem callidè pertraxit, quæ ad Babylonicam illam uel regnum uideri queat, hoc eſt, in ſpiritualem. Sed gratia Deo, qui hiſce poſtremis diebus per Ieſum Chriſtũ ſacrilegis proſtratis, ſanctum

Argumentũ in Apocalypſim.

1.Cor.3.
Luc.17.

ctum ſuum templum inſtaurare,& ſanctam ciuitatem Hieruſalem reparare dignatus ſit, ſimulq; facere uiam, qua uniuerſa Chriſti œconomia redire,& ad priſtinum ſtatū peruenire ualeat,ut ſic tandem ad exemplum Solomonicum omnia & ſacra & prophana florere incipiant.Nam ut à captiuitate Babylonica urbs beata,& tēplū denuò ſub Zorobabele extructa ſunt, & quidē prorſus ſuper idem fundamentum,ſuper quod Solomonicum templū antea erectum fuerat,ita etiam Chriſti ciuitas & Chriſti templum,Babylonicis illis proſtratis,rurſum ędificabuntur è uiuis lapidibus.Quin & ſpirituali illa & ciuitate & æde reſtitutis,iam& noua terra excoletur,dabiturq; poſſidenda populo illi è ſpirituali captiuitate reducto. Hanc igitur rerum inſtaurationem totus liber Apocalypſeos ſpirat,præſcribens obiter & modū & tempus.Nam oportet & nos interpretari ſanctos prophetas (qui ſecundum literam & figuram loquuti ſunt)non typicè,ſed uerè:non carnaliter,ſed ſpiritualiter.Proinde omnia quæ cortex literę dicit uel de populo Iſraële ſecundum carnem,uel de terra Canaan,uel de urbe Hieruſalem terreſtri,uel de templo corporali, uel deniq; de regno & gloria Iſraëli reducendis, eiuſdemq; populi ſemini,quod tum ſuperſtes foret,reſtituendis,hęc omnia,inquam,myſticè & ſpiritualiter intelligi uolunt.Diuini enim prophetæ per literam rerum uerarū imaginem,& ipſum ſpiritum atq; res ueras adumbrant. Vt ſupra attigimus. Vnde iam quemadmodum iuxta literam impletum eſt de Iſraële,& de populo Iudaico:ut docent libri Eſdræ, Haggæi, Zachariæ & Machabæorum,ita nobiſcum, qui ſumus ſpiritualis populus Iſrael,ſpiritualiter adimpleri oportet. Vt enim populus ille Iudaicus, reductus in terram promiſſam è captiuitate corporali Babylonis, perducebatur ad montem Sion, & ad locum prioris templi, quod poſuerat Solomon:præterea ut principatus, ſacerdotiū,& cultus diuinus Zorobabele gubernāte,reſtituta ſunt, itidem & nobis reſtituentur omnia. Muri ciuitatis firmabuntur ſartum tectum habebimus templum,cum ſuis quatuor parietibus. Porrò prædicatio uerè Chriſtianorum,quæ in hiſce nouiſſimis tēporibus exaudiri cœpit,fuerit poſtrema tuba,quæ magnū illum diem Domini præcedet,& quam alia nulla ſequetur, præter eam

cuius Paulus commeminit. 1. Theſſ. 4. Nūc igitur ſupra caput eſt, & in diem expectatur poſtremum anni feſtum, hinc anni finis, & horrida hyems. &c. Vnanimes igitur ſimus, & Deum opti. maxi precemur obnixè, ut nobis terram noſtram bonam ab Antichriſtianis conculcatā, reſtituere pro ſua benignitate dignetur, hoc eſt innouare populum, qui lac, mel & omnigenos fructus dulcedinis ſpiritus proferat. Precemur quoq; ut huic iam terræ cultores mittere uelit, pariter & in meſſem hanc ſedulos operarios extrudere. Deniq; & arbores bonas dare, quippe doctores iuſtitiæ, cum multifarijs ſpiritus ſancti donis, ut nobis quoq; noſtra Eccleſia ſpiritualis redædificetur, exemplo Eccleſiæ Chriſti & Apoſtolorum, ut hîc nihil niſi Chriſti doctrina perſonet, nullus niſi Dei cultus fiat, uſq; in illum diem, quū adparebit gloria magni Dei, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Quid autē intelligendum ſit per ruinam Babylonis. Apoca. 14. 18. item per duos teſtes. Apoca. 11. item per magnum illud Apoſtolicum munus, in uirtute per uniuerſam terram, & quid per alia multa non minus abſtruſa ſuis in locis (ſi uolet Dominus,) oſtendetur, partimq; explanabitur. Interim precor Deum, ut nobis tuam maieſtatē mi rex, diu incolumē ſeruare, & ad optima quæq; prouehere, pariterq; & coniugium ueſtrum fortunare & tranquillum conſeruare dignetur.

Londini, menſe Decembri.

Anno à Meſſia nato

1539.

GALTERVS DELOENVS CANDIDO LECTORI. S.

NE mireris optime lector, me in hoc nouo Teſtamento, ſupra ſexcenta loca mutaſſe. Nam imprimis, quæ à ueteri interprete uerſa, ueritati Græcæ non ſatisſacere uidebantur, correxi. Deinde Eraſmicas periphraſes, quibus complures offendi audio, omiſi: ſecutusq́; ſum uetuſtiſſima Græcorum exemplaria. Porrò præter interpretationem meam, eandemq́; ſimpliciſſimam, & ipſas phraſes quũ Græcas tum Hebræas ad Latinas deflexi: proq́; mea uirili loca non cuiuis obuia utcũq; explanaui: præterea figuras ueteris Teſtamenti, cum ſpiritu ac ueritate noui, penſiculaui ſedulò. Tu uerò, quæſo, æqui boniq́; conſule. In magnis & arduis uel uoluiſſe ſat eſt. Huc quoq; accedit, hanc meã fœturã, mihi præter oẽm expectationem eſſe factam ſerotinã & hyemalẽ. Nam intermiſſo ueteri Teſtamẽto (cuius duo primi libri ferè typis excuſi fuerãt) me ſerò ad hoc nouum recepi: idq; ob nouas nuptias Chriſtianiſſimi regis noſtri Henrici octaui, cum ſua Chriſtianiſſima regina Anna, natione Sicambra, ex præclariſſimo ſtemmate Gubernorum. At regis, dixi, Angliæ & Franciæ. &c. qui quidem ob inſignem ſapientiam, & regias diuitias uel ſapientiſſimo pariter & ditiſſimo regi Solomoni, meritò adſimilari poterit. Si uerò religionis promouendæ, cultusq́; diuini inſtaurandi ſtudium ſpectes, piiſſimo Ezeciæ & Ioſiæ ſimilis fuerit. Abominationes enim è tota terra ſua cœpit auferre: pergitq́; eradicare quicquid à cœleſti patre plantatũ nõ eſt: rurſum illud inſtituere, quod ad pietatem promouendam facit. Huic ergo uerè Chriſtianiſſimo regi conceſſit Deus, quod benè uertat, reginam pari religione, hoc eſt, Chriſtianiſſimam. Sed quid multis? Hócne eſt τὸ ὁμοζυγεῖν, quod nemo (modo ſanæ ſit mentis) impar coniugium coràm Deo aut hominibus dixerit? Atqui ut ad inſtitutum redeam. Hoc nouum Teſtamentum, ceu nouũ atq; renouatum, me (decoro inſeruiturum) ædere potius decuit, quàm uetus: illudq́; Epithalamij loco. Vetus autem uetuſteſcente anno expectaueris, in quo phraſes Latinis quidem auribus peregrinas & exoticas, ad unũ oẽs explicare occœpi. Catalogũ uerò autorũ, quos in toto opere ſequutus ſum, bona fide in illius præfatione addidi. Nam quũ hæc prouincia ſit in primis ardua & periculoſa, coactus ſum autores uarios partim Hebræos, & partim Chaldæos, unà cum Græcis & Latinis euoluere: & præter hæc omnia, necubi ceſſarem, conſulere ſcripta Francana, unde etiam quædam de Euangelio Latinitate donare grauatus non ſum. Poſtremò contuli ea quoq; cum Græcis, quæ D. Oſiander in ſua harmonia Euangelica, compluribus in locis doctiſſimè reddidit. Hæc autem ea de cauſſa retuli, quo pariter omnes ſciant, me illotis (quod aiunt) manibus ſacroſancta attrectare noluiſſe. Nam iuxta illud Euripidis μιᾶς χειρὸς ἀσθενὴς μάχη. Item illud diuerbij: Vnus uir, nullus eſt uir, ἷς γὰρ ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ. Vale lector optime, & ſi quid erratũ eſt, ne quæſo, inſectare, ſed pro tuo candore corrige συγγνώμη γὰρ τῷ πρωτοπείρῳ. Imò uenia primùm delinquenti. Pertinax equidem eſſe nolim, cæterũ in omnibus, iudicio Eccleſiæ Chriſtianæ meipſum totum ſubmitto. Iterùm atq; iterùm uale, ac ea utrinq; ſigno crucis concluſa accipe, quæ in primis fontibus non comperi, ſed ad explicandam phraſim Latinã neceſſaria utiliáue duxi. Adnotationes porrò ſuo quæq; capiti adpẽdentes, per literas Alphabeticas, eaſdemq́; minuſculas, tibi præmonſtrantur. Londini. 12. calen. Ianuarias, Anno 1539.

A

B

SACROSANCTVM IE-
SV CHRISTI EVANGELIVM, SE-
CVNDVM MATTHAEVM.

CAPVT PRIMVM.

A LIBER GENERATIONIS IESV CHRISTI, FILII Lucæ.3.a
Dauid, filij *Abraham. Gene.21.a.
*Abraham genuit Iſaac. *Iſaac autem genuit Iacob. Gene.25.e
*Iacob autē genuit Iudam, & fratres eius. *Iudas autē *Gene.25.f
genuit Phares, & Zaram è Thamar. *Phares autē genuit Eſrō. Gene.38.e
*Eſrom autem genuit Aram. Aram autē genuit Aminadab. Ami Gene.46.b.
nadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon. Ruth.4.d
Salmon autem genuit Booz è Rachab. Booz autem genuit Obed *1.Par.2.a
è Ruth. Obed autem genuit Ieſſe. *Ieſſe autē genuit *Dauid re- 1.Reg.16.a.
gem. *Dauid autē rex genuit Solomonē, ex ea, quæ fuerat uxor *Gene.17.a
Vriæ. *Solomon autem genuit Roboam. Roboam autē genuit 2.Reg.12.e.
Abia. Abia autem genuit Aſa. Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſa- *3.Reg.11.g
phat autem genuit Ioram. Ioram autē genuit Hoziam. *Hozias i.Para.3.b.
B autem genuit Ioatham. *Ioatham autem genuit Achaz. *Achaz 2.Par.26.d
autem genuit Ezecian. *Ezecias autem genuit Manaſſe. *Ma- *2.Pa.27.b
naſſes autem genuit Amon. *Amon autem genuit Ioſian. *Ioſias 2.Par.28.d.
autem genuit Iechonian, & fratres eius, [b]in tranſmigratione Ba- *4.Re.20.c
bylonis. Poſt tranſmigrationē uerò Babylonis, Iechonias genuit 4.Reg.21.d
Salathiel. *Salathiel autē genuit Zorobabel. Zorobabel autē ge- *4.Re.21.e.
nuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit 4.Reg.23.f.
Azor. Azor autē genuit Sadoc. Sadoc aūt genuit Achin. Achin 24.25.
aūt genuit Eliud. Eliud aūt genuit Eleazar. Eleazar aūt genuit 1.Para.3.c.
Matthan. Matthan autem genuit Iacob. Iacob aūt genuit Ioſeph, Haggi.1.a
maritum Mariæ, ex qua genitus eſt Ieſus, qui dicitur Chriſtus. 1.Eſd.3.a.

Vniuerſæ itaq; generationes ab Abraham, uſq; ad Dauid, ge-
nerationes quatuordecim: & à Dauid, uſq; ad trāſmigrationem
Babylonis, generationes quatuordecim: & à tranſmigratione
Babylonis, uſq; ad Chriſtum, generationes quatuordecim. *Ieſu Luc.1.b
uerò Chriſti natiuitas ſic habebat.

Deſponſata enim matre eius Maria Ioſepho,[c] prius quàm cõue- C
nirẽt, reperta eſt grauida de ſpiritu ſancto. Ioſeph autem maritus
eius, quum iuſtus eſſet, & nollet eã traducere, uoluit occultè repu
diare eam. Hæc autẽ ipſo in animo habente, ecce, angelus Domi-
ni in ſomnis adparuit ei, dicens: Ioſeph fili Dauid, ne metuas ad-
ſumere Mariam uxorem tuam: nam quod in illa natum eſt, de ſpi
Gene.16.e ritu eſt ſancto. *Pariet autem filium, & *uocabis nomen eius, [d] Ie-
& 17.c. ſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ipſorum.
Iud.13.b B
4.Reg.13.a. Hoc autem totum factum eſt, ut impleretur, quod dictum fuerat
*Phili.2.a à Domino per prophetam, dicentẽ: * Ecce, uirgo prægnans erit,
Act.4.a & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel: quod eſt in-
*Eſa.7.c. terpretandum, nobiſcum Deus.

Excitatus autem Ioſeph à ſomno, fecit, ut iniũxerat ipſi angelus Domini, & adſumpſit uxorem ſuã, [e] & non cognouit eam, donec
Luc.2.a *peperit filium ſuũ primogenitum: & uocauit nomen eius, Ieſum.

[a] *Quia ab Abrahamo ſeries historiæ contexitur, ex Hebraica ſanè conſuetudine, ipſe poſteriori loco recenſetur. Sic Moſes, In principio (inquit) creauit* DEVS *cœlum & terram. Terra autẽ fuit rudis, & uacua. &c.* [b] *In incolatu Babylonis. Poſt incolatum uerò Babylonis. Hoc enim* μετοικεσία *propriè ſignificat* ἀπὸ τοῦ μετοικεῖν, *quod eſt, apud exteros habitare, & ius ciuitatis nullum habere. Itaq; populus* DEI *(unde Chriſtus natus eſt) fuerunt quidem Babylone, inter Idololatras* καὶ τοὺς ἀθέους*: ſed ut peregrini, & incolæ,* ξένοι καὶ πάροικοι, *& nõ ut* συμπολῖται, *id eſt, cõciues ac domeſtici illorũ.* [c] *Prius quã concumberent. Vtitur uerbo conueniẽdi pro concũbendi, idq; Hebraica modeſtia: conuincitq; Mariã non de Ioſepho concepiſſe. Porrò ſunt qui Mariã, tredecim duntaxat annos natã fuiſſe adfirmẽt, quũ ipſa ſuo Ioſepho deſponſaretur. Sed nos incerta, & quæ ad pietatẽ nihil faciunt data opera omittimus.* [d] *Hoc nomen, filio* Dei *inditũ eſt, propter officiũ æterni Sacerdotij ſui, cõuenitque reipſa cum nomine Emmanuel: quod Hieroſolymitanis datũ legimus Eſaiæ. 7. ubi illi de Deo pro ipſis pugnaturo, ipſósque ſeruaturo, præmonentur: ne uel animũ deſponderẽt, uel ſe ſuis hoſtibus impares eſſe formidarent. Vide, quã reſpondeat ueritas ſuæ figuræ.* [e] *Cum ea non cõcubuit. Diligenter cauit, ne Chriſtum de uiro conceptum, factúmue, credamus.* C

CAPVT SECVNDVM.

QVum autem natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudææ, tem- A
poribus Herodis regis, ecce, Magi ab Oriente acceſſerũt
Hieroſolyma, dicentes: ubi eſt ille natus rex Iudæorum?
Vidimus enim ſtellam illius in Oriente, & uénimus adoraturi eũ. D

Quum audiiſſet autem Herodes rex,turbatus eſt, & tota Hiero-
ſolyma cum illo : & quum congregaſſet omnes principes ſacerdo-
tum, & ſcribas populi, quærebat ex eis, ubi Chriſtus naſceretur.
At illi dixerunt ei : In Bethlehem Iudææ. Sic enim ſcriptum eſt per
prophetam: Et *tu Bethlehem terra Iudæ, nequaquam es minima *Mich.5.a.*
inter principes Iudæ: *ex te enim mihi prodibit dux,qui recturus *Ioan.7.d.*
eſt populum meum, Iſraëlem.

B Tunc Herodes clàm accerſitis Magis, diligenter inueſtigauit
ab illis,tempus ſtellæ adparentis. Et mittens eos Bethlehem,dixit:
Profecti, diligenter indagate de puello, quando uerò inueneritis,
renunciate mihi, ut & ego ueniam, & adorem eum. At illi audito
rege,profecti ſunt,& ecce, ſtella,quam uiderant in Oriente,præ-
cedebat illos,donec progreſſa ſtaret ſupra, ubi puellus erat. Quũ
autem uidiſſent ſtellam, [a]gauiſi ſunt gaudium magnũ ualde:& in-
greſſi domũ, inuenerũt puellum cum Maria, matre eius:*& pro- *Pſal.71.b*
ſtrati adorauerũt eum, apertisq́ theſauris ſuis, obtulerunt ei mu- *Eſa.60.a*
nera, aurum, & thus, & myrrham. Et oraculo admoniti in ſom-
nis, ne [b]reuerterent ad Herodem, per aliam uiam receſſerunt in
regionem ſuam.

C Quum autẽ receſſiſſent illi, ecce, angelus Domini adparet in
ſomnis Ioſepho,dicens:Quum* ſurrexeris,adſume puellum,ac ma *Exo.4.d.*
trem ipſius,& fuge in Aegyptũ, & eſto illic,donec dixero tibi:fu-
turum eſt enim,ut Herodes quærat puellum,ad perdendum eum.
Ille uerò quũ ſurrexiſſet, adſumpſit puellum, & matrẽ eius noctu,
& receſſit in Aegyptũ,& fuit illic uſq; ad obitum Herodis, ut im-
pleretur, quod dictũ fuerat à Domino per Prophetam,dicentem:
[c]Ex *Aegypto uocaui filium meum. *Oſeæ.11.a*

Tũc Herodes quũ uidiſſet,ꝙ illuſus eſſet à Magis,iratus eſt ue *Num.24.b*
hementer,ac miſſo ſatellitio, interfecit oẽs pueros, qui erãt Bethle
hem,& in omnibus finibus illius,à bimulo,& inferius:iuxta tẽpus
quod perquiſierat ex Magis. Tũc impletũ eſt, quod dictũ erat ab
Hieremia Propheta, dicente: *Vox in Rhama audita eſt, lamen- *Hiere.31.c.*
tatio,ploratus,& fletus multus: Rachel plorãs filios,& [b]noluit cõ-
ſolationem admittere, eò quòd non ſint.

D Defuncto aũt Herode,ecce,angelus Dñi,in ſomnis adparet Ioſe

 pho

pho in Aegypto, dicẽs: Quũ ſurrexeris, adſume puellũ, & matrẽ eius, & uade in terrã Iſraëlis: Defuncti ſunt enim qui quęrebãt animã puelli. At ille ſurgens, adſumpſit puellũ & matrẽ eius, & uenit in terram Iſraëlis. Verum quũ audiſſet Archelaum regnare in Iudæa, pro Herode patre ipſius, timuit illuc abire, ſed oraculo iuſſus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilęæ: ac profectus habitauit in ciuitate, quæ uocatur Nazareth, ut impleretur quod dictum fuerat per prophetas: [f] Quòd * Nazaræus uocaretur. Iud.13.b

[a] Multò maximè gauiſi ſunt. [b] Ne reflecterent ad Herodẽ, uerbum græcũ eſt ἀνακάμπτω. [c] Perpende, figuram, quæ ſuæ ueritati accommodatur, Oſee.11. *&* Numeri.24.*dicente Balaam Deus eduxit eum ex Aegypto, ſicut fortitudo Vnicornis eſt ei,* [d] Nullo modo placari *aut compeſci potuit, hoc eſt, inconſolabilis fuit, propterea quòd non ſuperſint.* [e] Puelli ui*tã. Chriſtũ uerò, bienniũ in Aegypto habitaſſe ſcribũt, prius quàm reuocaretur.* [f] Quòd Na*zarenus uocandus eſſet.* Non dubium *quin prophetæ, quos hic citat, fuerint uiſionum propheticarum interpretes.*

CAPVT TERTIVM. A

Mat.1.a Luc.3.a Ioan.3.d. *Eſa.56.a Mat.4.b. Ioan.1.b Eſa.40.a *4.Reg.1.b Mar.1.a

IN diebus * autem illis accedit Ioannes Baptiſta, [a] pręedicãs in deſerto Iudęæ, dicensq́ue: * Reſipiſcite. In propinquo eſt enim regnum cœlorũ: nam hic eſt ille, dictus ab Eſaia propheta, dicente: * Vox clamantis in deſerto, parate uiam Domini, rectas facite ſemitas eius.

* Ipſe uerò Ioannes habebat indumentum ſuum è pilis cameli: & zonam pelliceam circum [b] lumbos ſuos. Porrò cibus illius erant locuſtæ, & mel ſylueſtre. Tunc egreſſa eſt ad illum Hieroſolyma, & tota Iudæa, totaq́ue regio undiq́ue finitima Iordani: & baptizabantur in Iordane ab illo, confitentes peccata ſua. B

Luc.3.b

* Quum uidiſſet autem multos ex Phariſæis & Sadducæis uenientes ad baptiſmum ſuum, dixit illis: Progenies uiperarũ, quis uobis ſubmonſtrauit, fugiendum eſſe à uentura ira [c]? Facite igitur fructus dignos reſipiſcentia: & ne decreueritis dicere intra uos ipſos: patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quòd potens ſit Deus, de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam uerò & ſecuris, ad radicem arborum poſita eſt. * Omnis igitur arbor, non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur. * Ego quidem baptizo uos aqua, ad pœnitentiam: at ille, qui poſt me uenturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum idoneus, ut calciamenta

Mat.7.b Luc.3.b. Mar.1.a Luc.3.c Ioan.1.c

menta portem. Ipſe uos baptizabit ſpiritu ſancto, & igni: *cuius *Luc.3.c.
uentilabrum in manu ipſius, & perpurgabit aream ſuam, congre-
gabitq́ triticum ſuum, in horreum: paleam autem exuret igni in-
C extinguibili.

*Tunc accedit Ieſus à Galilæa, ad Iordanem ad Ioannem: ut Mar.1.a.
baptizaretur ab illo. At Ioannes prohibebat illum, dicens: *Mihi Ioan.3.a
opus eſt, ut abs te baptizer, & tu uenis ad me? Reſpondens autē
Ieſus, dixit ad illum: omitte nunc. Sic enim [c]decorum eſt nobis, ut
compleamus omnem iuſtitiam. Tunc omittit illum. *Et baptiza- Mar.1.a
tus Ieſus, aſcendit protinus ab aqua: & ecce, aperti ſunt illi cœli, & Luc.3.c
uidit ſpiritum Dei deſcendentem tanquam columbam, & uenien- Ioan.1.d
tem ſuper ipſum. Et ecce, uox de cœlis, dicens: *Hic eſt filius meus Eſa.42.
dilectus, [b]in quo mihi bene placui. Mar.17.a

[a]Ioannes Baptiſta à Domino miſſus, prædicat in deſerto. Quo quidem nobis ſignificatum Luc.9.d.
A *eſt, ut qui Deo adhærere uellent, mundo quamprimum renunciarent, iuxta illud. 1. Ioan-* 2. Pet.1.d.
nis.2. Ne diligatis mundum, neq; ea, quæ in mundo ſunt. Porrò hanc abdicationem mundi Ioannes ſuo amictu, ſuoq́; uictu ſignificauit, ut interim taceā de doctrina & prædicatione.

[b]Græce lumbum ſuum ὀσφῦν αὐτοῦ *legimus.* *[c]Hinc collige, & aquæ baptiſmum, eſſe partem iuſtitiæ diuinæ, quam compleamus. Licet ſanè multò ſit præſtantior baptiſmus ſpiritus, quem Ioannes in Chriſto uidit. Vidit autem illum abſolutè perfectum, qui nulla egeret carnis ſuæ mortificatione, & propterea ait: Mihi opus eſt, ut abs te baptizer.* *[d]In quo obſequutus ſum animo meo, aut in quo mihi per omnia ſatisfeci: hic enim eſt filius, in quo uno nihil prorſus deſidero.*

CAPVT QVARTVM.

A TVnc *Ieſus [a]ſubductus eſt in deſertum à ſpiritu, ut tentare Mar.1.b
B tur à diabolo. Et quum ieiunaſſet dies quadraginta, toti- Luc.4.a
demq́ noctes, tandem eſuriit. Et quum acceſſiſſet ad eum
tentator, dixit: Si filius es Dei, dic ut hi lapides panes fiant. At ille
reſpondens, dixit: Scriptum eſt: *Non de pane ſolo uicturus eſt
homo, ſed de omni uerbo, egrediente per os Dei. Deut.8.a

Tunc adſumit illum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit il- Sap.16.e
lum ſuper pinnaculū templi, dicitq́ illi: Si filius es Dei, proiice te-
ipſum deorſum: *Scriptum eſt enim, quòd angelis ſuis mandabit
de te, & in manibus ferent te: nequando impingas ad lapidem pe- Pſal.90.b
dem tuum. Dixit illi Ieſus: Rurſum ſcriptum eſt: *Nō tentabis Deut.6.c
Dominum Deum tuum. Rurſum adſumit illum diabolus in mon-

tem excelſum ualde,& cõmonſtrat ei omnia regna mundi, & glo
riam illorũ,& dicit illi: Hæc omnia tibi dabo, ſi proſtratus, ado- B
Deut.6.c raueris me. Tunc dicit illi Ieſus: Abi Satana. Scriptum* eſt enim:
1.Reg.7.a Dominum Deum tuum adorabis, & illum ſolum coles. Tunc
Mar.1.b omittit illum diabolus: & ecce,* angeli accedebant,& miniſtrabãt
Mar.1.b ei.* Quũ audiſſet autem Ieſus, ꝙ Ioannes traditus eſſet,ſeceſſit in
Luc.4.b Galilæã: *& relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaũ
*Luc.4.d maritima, in finibus Zabulõ & Nephthalim: ut impleretur quod
Ioan.2.b dictum fuerat per Eſaiam prophetã, dicentem: * Terra Zabulon
Eſai.9.a & Nephthalim iuxta* uiam maris ultra Iordanem, Galilæa gen-
tium: populusq́ qui ſedebat in tenebris, uidit lucem magnã, & qui
Mar.1.b ſedebãt in regione,& umbra mortis,lux orta eſt eis. Ex *eo tem-
*Mat.3.a pore cœpit Ieſus prædicare, & dicere: * Reſipiſcite. Inſtat enim
regnum cœlorum.

Mar.1.b. * Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ, uidit duos fra- C
Luc.5.a tres, Simonem, qui uocatur Petrus, & Andream fratrem, iacien-
tes rete in mare (erant enim piſcatores) & dicit illis: Sequamini
Hiere.6.e me,& faciam uos *piſcatores hominum. At illi relictis ilico reti-
Ezec.47.b bus, ſequuti ſunt eum. Et progreſſus illinc, uidit alios duos fra-
tres, Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, in naui
cum Zebedæo patre ſuo, recõcinnantes retia ſua: & uocauit eos.
Mat.19.d. * At illi protinus relicta naui, & patre ſuo, ſequuti ſunt eum.
Luc.5.b. *Et circumibat totam Galilæam Ieſus, docens in ſynagogis illo-
*Mar.1.c rum, ac prædicans Euangeliũ regni: curansq́ omnẽ morbũ om-
nẽq́ languorẽ in populo. Et dimanauit fama illius in totã Syriã.
Et adduxerũt ad illũ oẽs malè habẽtes, uarijs morbis ac tormini-
bus affectos, & dœmoniacos, & lunaticos, & paralyticos, ſana-
Mar.3.a. uitq́ illos.* Et ſequutæ ſunt eũ turbæ multæ à Galilæa ac Deca-
Luc.6.b poli, & Hieroſolymis, & Iudæa: et à regionibus trãs Iordanẽ ſitis.

[a] *Audis, qui ſit aquæ baptiſmi uſus, nempe mortificatio carnis, renunciatio mundi. Poſtulat enim uerus aquæ baptiſmus (qui & baptiſmus pœnitentiæ adpellatur) dignos fructus. Atq; Chriſtus Ieſus hic nobis uiuum exemplar erit, qui aqua tinctus, à ſpiritu ſancto ſubductus fuit in deſertum. Hic autem Græcis eſt* ἀνήχθη *uocabulum anceps, haud malè fortaſſis uerteris per uerbũ, reducendi.* [b] *Montẽ excelſum ualde, ita Hebraica periphraſi gradus ſuperlatiuus indicatur, ut Geneſis primo: Et erant bona ualde, hoc eſt, optima.*

CAPVT QVINTVM.

Cum

A CVm uidiſſet autem turbas, *aſcendit in montem, & quū
ipſe conſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,*& ape Luc.6.c
riens os ſuum, docebat illos, dicens: Beati pauperes ſpiri-
tu, quoniā ipſorum eſt regnum cœlorum. *Beati qui lugent, quo- Eſa.6.a
niam ipſi conſolationem accipient. Beati mites, quoniam ipſi ſor- & 66.b
te diuident terram. * Beati qui eſuriuut & ſitiunt iuſtitiam, quo- Hiere.13.d
niam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſeri-
cordiam cōſequentur. Beati mundo corde, quoniā ipſi Deū uide-
bunt. *Beati pacifici, quoniam ipſi [b]filij Dei uocabūtur. Beati qui 1.Pet.2.c
perſequutionē patiūtur, propter iuſtitiā, quoniā ipſorū eſt regnū & 3.c
cœlorū. Beati eſtis, quū probra iecerint in uos, & perſequuti fue-
rint, dixerintq́ omne malum uerbū aduerſus uos, *mentientes, Act.5.c
propter me. Gaudete, & exultate, quoniā merces ueſtra multa eſt
in cœlis: Sic enī perſequuti fuerūt prophetas, qui fuerūt ante uos.

* Vos eſtis ſal terræ: Quòd ſi ſal infatuatus fuerit, quo ſalietur? Mar.9.e
B Ad nihil ualet ultra, niſi, ut proijciatur foras, et conculcetur ab Luc.14.d
hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt oppidum abſcondi
ſupra montem ſitum: *neq; accendunt lucernam, & ponunt illam Mar.4.b
ſubter modium, ſed ſuper cādelabrum: & lucet omnibus qui ſunt Luc.8.b
in domo. *Sic luceat lux ueſtra corā hominibus, ut uideant ue- & 11.c.
ſtra bona opera: glorificentq́ patrem ueſtrum, qui eſt in cœlis. *Matt.6.a.

Ne exiſtimetis, quòd uenerim ad diſſoluendum legem, aut pro- 1.Petr.2.b.
phetas: non ueni ut diſſoluam, * ſed ut impleam. Amen enim dico Matth.1.c
uobis, *donec præterierit cœlum & terra, Iota unum, aut unus 2.c.d
apex, non præterierit ex lege, quoad omnia facta fuerint. Quiſ- Luc.18.d.
quis igitur ſoluerit unum ex mandatis hiſce minimis, & docuerit Ioan.18.a
ſic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Quiſquis au- & 19.c.
tem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorū. *Luc.16.c
Dico enim uobis: Niſi abūdauerit ueſtra iuſtitia, plus, quàm ſcri- Eſa.40.a
barum & pharisæorum, non intraueritis in regnum cœlorum.

Audiſtis, quòd dictum ſit antiquis: *Nō occides. Quiſquis aūt Exo.20.c
C occiderit, obnoxius erit iudicio. At ego dico uobis: quòd quiſquis & 21.b
iraſcitur fratri ſuo temerè, obnoxius erit iudicio. Quicunq; uerò Leuiti.24.d
dixerit fratri ſuo, Rhaca, obnoxius erit concilio. Quiſquis autem Deut.5.c
dixerit, fatue: [c]obonxius erit in gehennam ignis.

*Itaq;

Iob.42.b
Mal.2.b. *Itaq; ſi obtuleris munus tuũ ad altare, & illic recordatus fue-
ris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque illic mu-
nus tuum coram altari, & abi, prius recõciliare fratri tuo: & tum
ueniens offer munus tuum.
Luc.12.f
Pro.25.d. * Eſto beneuolus aduerſario tuo citò, dum es in uia cum illo,
nequãdo te tradat aduerſarius iudici, & iudex te tradat miniſtro,
& in carcerem conijciaris. Amen dico tibi, non exibis inde, donec
perſolueris extremum [b] quadrantem.
Exo.20.c. Audiſtis, quod dictum ſit antiquis: * Nõ committes adulteriũ.
*Ecci 41 c
Iob.31.a At ego dico uobis: * quod quicunq; aſpexerit mulierem, ad concu
piſcendum eam, iam adulterium commiſit cum ea, in corde ſuo.
Deute.13.a
Matth.18.a *Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizauerit te, erue illum, & D
Mar.9.c. abijce abs te: Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuo
rum, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. Et ſi
dextera tua manus ſcandalizauerit te, amputa eam, & abijce abs
te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, ac nõ
Deut.24.a totum corpus tuum conijciatur in gehennam.
* Dictum eſt autem: Quicunq; repudiauerit uxorem ſuam, det
*Mat.19.b illi libellum repudij. * At ego dico uobis: quod quiſquis repudiaue
Mar.10.a
Luc.16.c rit uxorem ſuam, prçter [c] cauſſam ſtupri, efficit, ut illa ſit adultera:
& quicunq; repudiatam duxerit, adulterium committit.
Exo.20.b.
Leuit 19.c. Rurſum audiſtis, quod dictũ ſit antiquis: * Non peierabis, * ſed
*Deut.10.d perſolues Domino iuramenta tua. * At ego dico uobis, ne iuretis
Iacob.5.c omnino, neq; per cœlum, * quia thronus Dei eſt, neq; per terram,
*2.par.6.f quia ſubſellium eſt pedum illius: neq; in Hieroſolymam, quia ciui-
Eſa.66.a tas eſt magni regis: neq; per caput tuum iurabis, quia non potes
Mat.23.c unum pilum album aut nigrum facere. * Eſto uero ſermo ueſter,
Ephe.4.c eſt, [f] eſt: non, non. Porro quod amplius his eſt, ex malo eſt.
Exo.21.c Audiſtis quod dictum ſit: * oculum pro oculo, & dentem pro E
Leui.24.d dente. * At ego dico uobis, ne reſiſtatis malo, ſed quiſquis impege-
Deut.19.d. rit alapam, in dexteram tuam maxillam, obuerte illi & alteram.
*Luc.6.c. Et uolenti tecum iudicio contendere, ac tunicam tuam prehende-
re, permitte & illi pallium. Et quicũq; te coëgerit miliariũ unum,
abito cum illo duo. Petenti abs te dato: & uolentẽ abs te mutuari,
ne auerſeris.

Audiſtis,

Audiſtis, quod dictum ſit: *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. *At ego dico uobis: Diligite inimicos ueſtros, benedicite deuouentibus uos, benefacite eis, qui uos odio habent: & orate pro eis, qui contumelijs adficiunt uos, & perſequuntur uos, ut ſitis filij patris ueſtri, qui eſt in cœlis: *quia ſolem ſuum exoriri facit ſuper malos ac bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. *Nam ſi dilexeritis eos, qui diligūt uos, quod præmium habetis? Nonne & publicani idem faciunt? [g]Et ſi ſalutaueritis fratres ueſtros tantum, quid eximium facitis? Nonne & publicani ſic faciunt? *Eritis igitur uos perfecti, quemadmodum pater ueſter, qui eſt in cœlis, perfectus eſt.

Leuiti.9.e — Roma.12.c — Deuter.4.c — Luca.6.c — Leuit.19.a

[a] *Chriſtus de alia fœlicitate docturus, quā quæ eſt huius ſeculi, aſcendit in montem: atq; ea docuit quæ cœleſtia, quæq; carni paradoxa & ſtulta.* [b] *Filij dei uocandi erūt. Verbū uocari, pro eſſe, ex hebraica phraſi poſitum accipe.* [c] *Obnoxius erit gehennæ incendio. Vt Eraſmus Roterodamus (omiſſo hebraiſmo) fideliter uertit.* [d] *Triuncium intellige, aut, teruncium.* [e] *λόγος cui reſpondet hebraica uox* דבר *hic commodè per cauſſam, aut rem, redditur.* [f] *Aut, etiam etiam, non non.* [g] *Si complexu exceperitis fratres ueſtros tantū.*

CAPVT SEXTVM.

A ATtendite, *eleemoſynā ueſtram ne præſtetis coràm hominibus, quo ſpectemini ab illis. Alioqui premium non habetis apud patrē ueſtrū, qui eſt in cœlis. Quando ergo preſtas eleemoſynam, ne tuba clanxeris ante te: quemadmodum hypocritę faciunt in ſynagogis, & in uicis, ut glorificentur ab hominibus. Amē dico uobis, abſtulerunt mercedem ſuam. Tu uerò quum præſtas eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: ut ſit tua eleemoſyna in occulto, & pater tuus, qui uidet in occulto, ipſe reddet tibi in propatulo.

Luca.11.d

*Et quū oraueris, ne fueris ſicut hypocritę: quia ſolent in ſynagogis, & angulis platearum ſtantes, orare, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis: quod abſtulerunt mercedem ſuam. Tu uerò quum oras, introito *in cellam tuam: & occluſo oſtio tuo, ora patrem tuū, qui eſt in occulto: & pater tuus qui uidet in occulto, reddet tibi in propatulo.

3. Reg.18.d — Eſai.29.c — Luc.11.a — 4 Regū.4.d — Act.10.a

B *Verùm orantes, ne ſitis multiloqui, ſicut ethnici: Opinantur enim, quod per multiloquium ſuū exaudiantur. Ne igitur adſimi-

Eſai.1.b

Roma.8.d lemini illis.* Nouit enim pater ueſter, quibus opus ſit uobis, prius quàm petatis eum. Sic igitur orate uos.

Luc.11.a *[a] Pater noſter, qui es in cœlis, [b] ſanctificetur nomen tuum: Veniat regnum tuũ: fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo etiã in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Et ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos à [c] malo: quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.
Mat.18.d Mar.11.c Etenim* ſi remiſeritis hominibus errata ipſorum, remittet & uobis pater ueſter cœleſtis: quòd ſi non remiſeritis hominibus errata ipſorum, nec pater ueſter remittet errata ueſtra.

Eſa.58.a Mat.9.b [D] * Porrò quum ieiunaueritis, ne ſitis ſicut hypocritæ, tetrici: obſcurant enim facies ſuas, ut uideantur hominibus, ieiunare. Amen dico uobis, quòd abſtulerunt mercedem ſuam. Tu uerò quum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunare, ſed patri tuo, qui eſt in occulto: & pater tuus qui uidet in occulto, reddet tibi in propatulo. *[e] Ne recon- C

Eccli.20.b Hiere.17.a. Prou.23.a Luc.12.d datis uobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea corrumpit: & ubi fures perfodiunt, & furantur. Recõdite autem uobis theſauros in cœlo, ubi neq; ærugo, neq; tinea corrumpit: & ubi fures non perfodiunt, neq; furantur. Nam ubi theſaurus ueſter fuerit, illic erit & cor ueſtrum.

Luc.11.e * Lucerna corporis eſt oculus. Si igitur oculus tuus ſimplex A
fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Quòd ſi oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. Ergo ſi lumen quod eſt in te, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ?

Luc.16.b * Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire & [f] Mammonæ.* Propterea dico
Pſal.54.e Luc.12.e 1.Pet.5.a uobis, ne ſoliciti ſitis animæ ueſtræ, quid edatis & quid bibatis: neq; corpori ueſtro quid induamini. Nonne anima pluris eſt quã cibus? & corpus *pluris* quàm indumentum? Intueamini ad uolatilia cœli: quia nõ ſerunt, neq; metũt, neq; conuehũt in horrea: & pater ueſter cœleſtis alit illa. Nonne uos longè præcellitis illa?

Luc.12.e * Quis autem ex uobis ſolicitè cogitando, poteſt addere ad D

ſtaturam

ſtaturam ſuam cubitum unum? Ac de indumento quid ſoliciti eſtis? Cognoſcite, lilia agri quomodo creſcant: non laborant, neq; nent. Attamen dico uobis, ne Solomonem quidem in uniuerſa gloria ſua ſic amictum fuiſſe, ut unum ex his. Quòd ſi gramen agri, quod hodie quum ſit, cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit: an non multò magis uos, paucifidi?

Ne ſitis igitur ſoliciti, dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Nam omnia iſta, gentes exquirunt. Nouit enim pater ueſter cœleſtis, quòd opus habeatis his omnibus. *Quærite autem[g] primùm, regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adijcientur uobis. Ne ſitis igitur ſoliciti in craſtinum: nam craſtinus dies ſolicitus erit de ſuis ipſius. Sufficit diei adflictio ſua. 3.Reg.3.b

[a] Hæc precatio non eſt cuiuſlibet, ſed eius duntaxat, qui ſe filium profiteri audeat. [b] Tui fama promulgetur, ut tu ipſe regnes: atq; hoc quod ipſe tu uis, ſedulò & ubiq; fiat. [c] A Satana. Si quando is nos tentat, falſoq́; multa pollicetur. Tuum enim eſt regnum, & potentia, & gloria per infinita ſecula. [d] μὴ γίνεσθε, propriè ſonat, ne fitote. [e] Prohibetur auaritia. Hæc enim diuinum cultum excludit: ſiquidem homo auarus non poteſt non eſſe Idololatra. Vbicunq; auari theſaurus eſt, illic & cor eius erit. Itaq; uerba quæ ſubſequuntur euidenter conuincunt: Auarum non poſſe Deo ſimul & Mammonæ ſeruire, additáq; eſt metaphora ab oculo corporis deſumpta, ad oculum animæ. [f] ממונא uocabulum Chaldaicum, cui πλοῦτος apud Græcos reſpondet. [g] Primùm, aut, in primis. Ne quis hic primum epitheton regni eſſe exiſtimet.

CAPVT SEPTIMVM.

A NE *iudicare, ut ne iudicemini: quo enim iudicio iudicatis, iudicabimini: *& qua menſura metimini, menſurabitur uobis. *Cur autem uides feſtucam, quæ eſt in oculo fratris tui, trabem autem quæ eſt in oculo tuo, non animaduertis? Aut quomodo dices fratri tuo: ſine, eximam feſtucã ex oculo tuo, & ecce, trabes in oculo tuo? *Hypocrita, eijce primũ trabem ex oculo tuo, & tũ perſpicies, ut eximas feſtucã ex oculo fratris tui. Luc.6.d Rom.2.a *Mar.4.c Luc.6.d

*Ne dederitis ſanctũ canibus, neue proieceritis margaritas ueſtras ante porcos: Nequãdo conculcẽt eas pedibus ſuis, & cõuerſi, lacerẽt uos. Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur uobis. Quiſquis enĩ petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex uobis homo, à quo ſi D petierit filius eius panem, num lapidem daturus eſt illi? Prou.18.c Pſal.136.a Hier.29.c Luc.11.b Ioan.16.c

Et ſi piſcem petierit, num ſerpentem porriget illi? Si uos igitur
Geneſis.6.a quum ſitis * mali, noſtis dona bona dare filijs ueſtris, quãto magis
Eccli.31.b pater ueſter, qui in cœlis eſt, dabit bona, petentibus ab ipſo.* Om
Tobi.4.c nia igitur quęcunq; uolueritis, ut faciant uobis homines, ſic & uos
Luc.6.c facite illis. Hęc enim eſt lex & prophetæ.

Luc.13.c *Introite per arctam portam: quoniã lata eſt porta, & ſpatioſa B
uia quæ abducit in exitium: multiq; ſunt, qui ingrediuntur per
illam. Quoniam anguſta eſt porta, & ſtricta uia, quæ abducit ad
uitam: & pauci ſunt, qui inueniunt illam.

Deut.13.a * Cauete uerò *uobis* à pſeudoprophetis, qui ueniunt ad uos in
1.Iohan.4.d ueſtitu ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus
Lucæ.6.e ipſorũ agnoſcetis eos.* Nũquid colligũt de ſpinis uuã? aut de tribu
lis ficus? Sic õnis arbor bona fructus bonos [a]facit: carioſa autẽ ar-
bor, fructus malos facit.
Matth.12.d * Non poteſt arbor bona, fructus malos facere: neq; arbor ca-
Hiere.11.c rioſa, fructus bonos facere.* Omnis arbor, quæ non facit fructũ
Matth.3.a bonum, exciditur, & in ignem conijcitur. Igitur ex fructibus ip-
Luc.3.b ſorum agnoſcetis eos. Nõ quiſquis dicit mihi: Domine dñe, intro
Math.25.a ibit in regnum cœlorum, ſed qui facit uolũtatem patris mei, qui in
Luc.6.e.13.e cœlis eſt. Multi dicent mihi in illo die: Domine dñe, * Nonne tuo
Act.19.b nomĩe prophetauimus? Et tuo nomine dæmonia eiecimus. Et tuo
nomine multas uirtutes præſtitimus? Ac tũ confitebor illis: nunq̃
Pſal.6.b noui uos.* Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.

Matth.26.d *Omnis igitur qui audit ex me ſermones hos, & facit eos, aſſi- C
*Luc.6.e. milabo illum uiro prudenti, qui ædificauit domũ ſuam ſuper pe-
Roma.2.b tram, & deſcendit imber, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti,
Iaco.2.b & irruerunt in domum illam, & non concidit: fundata enim erat
ſuper petram.* Et [b] omnis, qui audit à me ſermones hos, & nõ fa-
Ezech.13.b cit eos, aſſimilabitur uiro fatuo, qui ædificauit domum ſuã ſuper
arenã,* & deſcendit imber, & uenerũt flumina, & flauerunt uẽti,
& impegerũt in domum illã, & cõcidit, & fuit ruina illius magna.
Marc.1.b *Et factum eſt, quum finiſſet Ieſus ſermones hos, obſtupuerunt
Lucæ.4.d turbæ ſuper doctrina illius. Docebat enim eos, ſicut habens autho
ritatem, & non ſicuti ſcribæ.

[a] Facit, pro profert, idq; proprietate hebraica. *[b] Igitur uerbo diuino tracti, & Deo recõciliati, debent benè operari.*

CAPVT OCTAVVM.

A QVum* deſcendiſſet autẽ ipſe de monte, ſequutæ ſunt eũ Marc.1.b
turbę multę & ecce, leproſus accedens, adorauit eũ, dicẽs: Luc.5.b
Domine, ſi uelis, potes me mundare. Protenſaq́ manu, te-
tigit illum Ieſus, dicens: Volo, mundus eſto. Ac protinus mundata
fuit illius lepra. Et dicit illi Ieſus: Vide ne cui dixeris, ſed abi* Leuiti.14.a
oſtẽde teipſum ſacerdoti, & offer munus, quod iuſſit*offerri* Mo
ſes,ª in teſtimonium illis.

*Porro quum ingreſſus fuiſſet Ieſus Capernaũ, adijt eum Cen- Luc.7.a
turio, obſecrans eum, & dicens: Domine, famulus meus decumbit Ioan.4.f
domi paralyticus, ac grauiter diſcruciatur. Et dicit illi Ieſus: Ego
cum uenero, medebor illi. Et reſpondens Centurio, dixit: Domi-
ne, non ſum idoneus, ut tectum meum ſubeas: *ſed tantum dic uer Pſal.16.c
bũ, & ſanabitur famulus meus. Etenim ego ſum homo ſub pote-
ſtate, habens ſub me ipſo milites, & dico huic, uade, & uadit: & al-
teri, ueni, & uenit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. *Hæc* autẽ quũ
B audiſſet Ieſus, admiratus eſt, & ait ſequentibus *ſe.* Amen dico
uobis, ne in Iſraël quidem tãtum fidei reperi.* Dico autem uobis, Eſai.4.d
quod multi ab Oriente, & Occidente uenturi ſunt, & accumbent Luc.13.c
cum Abraham & Iſaac & Iacob, in regno cœlorum: filij uero re-
gni eijcientur in tenebras exteriores, illic erit ploratus & ſtridor
dẽtiũ. Et dixit Ieſus Centurioni: Abi, & ſicut credidiſti *ita* fiat
tibi. Et ſanatus eſt famulus eius in hora illa.

* Et quũ ueniſſet Ieſus in domum Petri, uidit ſocerum illius *in Marc.1.c
lecto* decumbentem, & febricitantem, tetigitq́ manum illius, & Luc.4.d
reliquit illam febris: & ſurrexit, ac miniſtrauit illis.

* Cum autem appetiſſet ueſpera, adduxerunt illi, dæmoniacos Marc.1.c
multos: & eiecit ſpiritus uerbo, omneſq́ male habentes ſanauit: Luc.4.c
ita ut impleretur quod dictum erat per Eſaiam prophetam, cum
ait: *Hic infirmitates noſtras ſuſcepit, & morbos portauit. Eſai.53.a

C Cum uidiſſet autem Ieſus turbas multas circũ ſeſe, iuſſit, ut abi 1.Petri.2.c
rent in ulteriorem ripam. Et* quum acceſſiſſet unus ſcriba, di- Luc.9.f
xit ei: Præceptor, ſequar te quocunq́ abieris. Et dicit illi Ieſus:
Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: at filius hominis
nõ habet, ubi caput reclinet. Alius de numero diſcipulorũ ipſius

dixit ei: Domine, permitte mihi prius ut abeam, & ſepeliam patrẽ
meum. At Ieſus dixit illi: Sequere me, & ſine, ut mortui ſepeliant
mortuos ſuos.
Mar.4.d * Et cum eſſet ingreſſus nauim, ſequuti ſunt eum diſcipuli ſui,
Luc.8.c & ecce, motus magnus factus eſt in mari, adeò ut nauis operiretur
à fluctibus: ipſe uerò dormiebat. Et accedentes diſcipuli, excitaue
runt illũ, dicentes: Domine, ſerua nos, perimus. Et dicit illis: B
Iob.26.b Quid timidi eſtis paucifidi? * Tunc excitatus increpauit uentos
Pſal.106.d & mare, & facta eſt tranquillitas magna. Homines autẽ admirabã
Eſa.51.c tur, dicentes: Qualis eſt hic, quòd & uenti & mare obediunt ei?
Mar.5.a * Et quum ueniſſet ad ulteriorem ripam in regionem Gergeſe- D
Luc.8.c norum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, è monumentis egredien-
tes, ſæui ualde, ita ut nõ poſſet quiſquam tranſire per uiam illam.
2.Cor.6.c Et ecce, clamabant, dicentes: * [b] Quid nobis & tibi Ieſu, fili Dei?
Mar.5.b Veniſti huc ante tempus ad torquendum nos? *Erat autẽ procul
ab illis grex porcorũ multorum, qui paſcebatur. Dæmones uerò
rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos, permitte nobis, ut demigre-
mus in gregem porcorum. Et ait illis: Abite. Illi uerò egreſſi, abie
runt in gregem porcorum. Et ecce, ferebatur totus grex porco-
rum per præceps in mare, & perierunt in aquis. Porrò qui paſce-
bant, aufugerunt: & digreſſi in ciuitatem renunciauerunt omnia, C
& quid accidiſſet dæmoniacis. Et ecce, tota ciuitas exiuit in oc-
Act.16.c curſum Ieſu. Et cum uidiſſent illum, * rogabant, ut decederet à
finibus ipſorum.

[a] Quod apud illos mundatam lepram, teſtificetur. [b] Quid tibi rei nobiſcum eſt Ieſu fili Dei.

CAPVT NONVM.

Mar.2.a ET * ingreſſus nauem traiecit, ac uenit in ſuam ciuitatem. A
Luc.5.c Et ecce, adduxerunt illi paralyticum in lecto decumben-
Ioan.5.c tem. Cumq; uidiſſet Ieſus fidem illorum, dixit paralytico:
Fiduciam habe fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidã è
ſcribis dicebant intra ſeſe: Hic blaſphemat. Et cum uidiſſet Ieſus
cogitationes illorum, dixit: Quare uos cogitatis mala in cordi-
bus ueſtris? Vtrũ enim eſt facilius dicere, remittũtur tibi peccata,
an dicere, ſurge & ambula? Vt autem ſciatis, quòd poteſtatem ha
beat filius hominis in terra, remittẽdi peccata, tunc dicit paraly-

tico: Surge, tolle tuum lectum, & abi in domum tuam.* Et *ille* Act.9.e
ſurrexit, abijtq́; in domū ſuā. Turbæ uerò quæ uiderāt, admiratæ
ſūt, & glorificauerūt deū, qui dediſſet poteſtatē talē hominibus.
*Et præteriens Ieſus illinc, uidit hominē deſidentē ad teloniū, Mar 2.b
Matthæū nomine, dicitq́; ei: Sequere me. Atq; is ſurgens, ſequu- Luc. 5.d.3.d
tus eſt eū. Et factū eſt, ut Ieſus accūberet in *illius* ædibus: & ecce 15.a.
multi publicani & peccatores qui uenerant, ſimul accubuerūt cū
B Ieſu, & diſcipulis illius. Cumq́; *id* uidiſſent phariſæi, dixerūt di-
ſcipulis eius: Cur cū publicanis & peccatoribus ſumit cibū præ-
ceptor ueſter? At Ieſus ubi audiuit, dixit illis: Nō opus habēt hi,
qui ualidi ſunt medico, ſed qui male habent. Quin potius ite, & di-
ſcite quid ſit *illud* *Miſericordiā uolo, & non ſacrificium.*Nō Oſeæ.6.b
enim ueni ad uocandum iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Matth.12.a
*Tūc adeūt eū diſcipuli Ioānis, dicētes: Quam ob cauſam nos & *1Timo.1.c
Phariſæi ieiunamus plærunq;, diſcipuli uerò tui non ieiunāt? Et *Mar.2.b
dixit illis Ieſus: Num poſſunt [a] filij ſponſi lugere, quādiu cum illis Luc.5.e
eſt ſponſus? Venient autem dies, cū tolletur ab eis ſponſus, & tūc
ieiunabūt. Nullus immittit immiſſurā panni [b] rudis in ueſte uete-
ri: aufert enim ſupplementū illius à ueſtimento, & peior ruptura
fit. Neq; mittunt* uinū nouū in utres ueteres: alioqui rumpuntur Act.2.b
utres, & uinū effunditur, & utres pereunt. Sed mittūt uinum no-
C uū in utres nouos, & utraq; ſimul ſeruantur. *Hæc cū illis loque- Mar.5.e
retur, ecce, Primas quidam uenit, & adorauit eum dicens: Filia Luc.8.e
mea modò defuncta eſt, ſed ueni, & impone manū tuā ſuper illā, ac
uiuet. Et ſurgēs Ieſus ſequutus eſt eū, ac diſcipuli illius: Et * ecce Mar.5.c
mulier, quæ ſanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, Luc.8.e.
accedēs à tergo tetigit fimbriā ueſtimēti illius: dixerat enim intra Leuit.15.d
ſeſe: ſi tantū tetigero ueſtimentum illius, ero ſalua. At Ieſus con-
uerſus, ut uidit illā, dixit: Confide filia, fides tua ſaluam te fecit.
Et ſaluata fuit mulier ab hora illa.

*Et cum ueniſſet Ieſus in ædes Primatis, uidiſſetq́; tibicines, Mar.5.d
& turbam tumultuantem, dicit illis: Secedite, nō enim mortua eſt Luc.8.f
uirguncula, ſed * dormit. Et deridebant illum. Cum autem fuiſſet Ioan.11.b
eiecta turba, introgreſſus tenuit manum illius, & ſurrexit uirgun
cula. Et emanauit fama hæc in totam terram illam.

Et

Et cũ diſcederet illinc Ieſus, ſequuti ſũt illũ duo cæci, clamantes
& dicẽtes: Miſerere noſtri fili Dauid. At cũ ueniſſet in ædes, adie
rũt illũ cæci, & dicit illis Ieſus: Creditis, quod poſſim hoc facere? D
Matth. 8. b Dicũt ei: Etiã, Dñe. Tũc tetigit oculos illorũ dicẽs: * Iuxta fidẽ
ueſtram fiat uobis. Et aperti ſunt eorum oculi. Et interminatus
eſt eis Ieſus, dicẽs: Videte, ne quis ſciat. At illi quũ abijſſent, diuul
gârunt famam illius, in tota terra illa.

Matth. 7. d
Luc. 11. b * Illis autem egredientibus, ecce, adduxerunt illi hominem mu-
tum dæmoniacum, & eiecto dæmonio, loquutus eſt mutus. Et
admiratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam adparuit ſic in Iſraël.
Matth. 12. e * At Phariſæi dicebant: Per principem dæmoniorũ eijcit dæ-
Marce. 3. b monia.

Marce. 6. a * Et circũibat Ieſus ciuitates omnes ac uicos, docens in ſyna-
Luc. 13 b. gogis illorũ, & prædicans Euangelium regni: & ſanans omnem
Marc. d morbum, & omnem languorem in populo.* Quũ uidiſſet autem
Luc. 10. a turbas, [c] intimè miſertus eſt illarum: quod eſſent deſtitutæ & di-
ſperſæ, tanquam oues non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis
ſuis: * Ipſa quidẽ meſſis copioſa, cæterùm operarij pauci: * Ro-
Theſſa. 3. gate igitur dominum meſſis, ut emittat operarios in meſſem ſuã.

[a] *Filii nuptialis thalami, græcè enim* τοῦ νυμφῶνος *legitur.* [b] *à fullonibus nondum apparati, græcè* ἀγνάφου. [c] *Vim uocabuli* ἐσπλαγχνίσθη *expreſſit Eraſmus hac periphraſi, affectu miſericordiæ tactus eſt, &* περὶ αὐτῶν *reddidit, erga illos.*

CAPVT DECIMVM.

Mar. 3 b, 2. ET * accerſitis duodecim diſcipulis ſuis, dedit eis poteſta- A
Luc. 5. b, 7, a tem aduerſus ſpiritus immundos, ut eijcerent eos, & ſana-
10. a rent quẽuis morbum, & quemuis languorem. Porrò duo-
decim apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus Simon, qui dicitur
Petrus, & Andreas frater eius. Iacobus filius Zebedæi, & Ioan-
nes frater eius. Philippus & Bartholomęus. Thomas & Matthæ-
us publicanus. Iacobus filius Alphæi, & Lebbæus, cognomento
Thaddæus Simon Cananites, & Iudas Iſcariotes, qui & tradidit
illum.

Hos duodecim emandauit Ieſus, poſtquam præcepiſſet eis di-
cens: In uiam gentiũ ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum
ne ingrediamini: ſed ite potius ad oues perditas domus Iſraël.

Pro-

* Profecti autē prædicate, dicentes: Adpropinquauit regnū cœ- Mar. 6. b.
lorum. Infirmos ſanate, leproſos mundate, mortuos ſuſcitate, dæ-
monia eijcite: * gratuitò accepiſtis, gratuitò date. * Ne poſſidea- Act. 8. b
tis aurum, neq; argentum, neq; æs in zonis ueſtris, neq; peram ad *Mar. 6. a
iter, neq; binas tunicas, neq; calciamenta, neq; uirgam. * Nam Luc. 9. a
dignus eſt operarius cibo ſuo. & 10. a

*Phil. 2. c
B * Sed in quamcunq; ciuitatem, aut uicum fueritis ingreſſi, ex- 1. Tim. 5. c
quirite, quis in ea ſit dignus: atq; illic manete, donec exeatis. *Mar. 6. a

Cum autem intrabitis domum, ſalutate illam: & ſi quidem fue- Luc. 9. a
rit domus digna, ueniat pax ueſtra ſuper illam: ſin minus fuerit & 10. a
digna, pax ueſtra ad uos reuertatur: * & quicunq; non excepe- Mar. 6. b
rit uos, neq; audierit ſermones ueſtros, exeuntes ex ædibus aut Luc. 9. a
ciuitate illa, * excutite puluerem pedum ueſtrorum. Amen dico & 10. a
uobis: tolerabilius erit terre Sodomorum & Gomorrhęorum, in *Act. 13. e.
die iudicij, quàm ciuitati illi. & 18. a.

*Ecce, ego emando uos, uelut oues in medio luporum. Eſtote Luc. 10. a
igitur prudentes, ueluti ſerpentes: & ſimplices, ſicut columbæ.
*Cauete autem ab *illis* hominibus: tradent enim uos in concilia, Mar. 13. b
& in conciliabulis ſuis flagris cædent uos: quin & ad principes, Luc. 2. b.
ac reges ducemini propter me, in teſtimonium ipſis ac gentibus. Ioan. 16. a

C * At cum tradiderint uos, ne ſitis ſoliciti, quomodo, aut quid Mar. 13. b
loquamini: dabitur enim uobis in illa hora, quid loquamini. Non Luc. 12. b.
enim uos eſtis illi loquentes, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur & 21. b
in uobis. * Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater fi- *Mich. 7. a
lium: & inſurgent filij aduerſus parentes, & morte adficient eos:
& eritis odio habiti ab ōnibus, propter nomen meū. Verùm* qui Matt. 24. a
ſuſtinuerit uſq; ad finem, hic ſaluus fiet.

* Quum autem perſequuti uos fuerint in ciuitate hac, fugite Iere. 1. a
in aliam. Amen enim dico uobis: Non perambulaueritis omnes Matth. 2. c
ciuitates Iſraëlis, donec ueniat filius hominis. * Non eſt diſcipu- & 4. a.
lus ſupra præceptorem, neq; ſeruus ſupra dominum ſuum. Suffi- Act. 8a. 14a
cit diſcipulo, ut fiat ſicut præceptor ipſius: & ut ſeruus *fiat*, ſicut *Lucæ. 6. d
dominus ipſius. Si ipſum patrem familiâs uocauerunt Beelzebul, Ioan. 13. b
quantò magis domeſticos illius? Ne igitur metuatis eos. & 15. b

D * Nihil enim eſt tectum, quod nō retegetur: & occultum, quod Mar. 4. b
Luc. 8. b.

 & 12. a

non ſcietur. Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & quod A
in aurem auditis, prædicate in tectis.

Luc.12.a. *Et ne metuatis *uobis* ab his, qui occidunt corpus, animã autem non poſſunt occidere, ſed metuite magis illum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna. Nonne duo paſſerculi minuto aſſe ueneunt? & unus ex illis non cadet in terram ſine patre ueſtro? Veſtri uero etiam pili capitis omnes numerati ſunt. Ne igitur metuatis: uos pluris eſtis, quàm multi paſſerculi. *Omnis igitur, qui confitebitur me coràm hominibus, confitebor & ego illum coràm patre meo, qui eſt in cœlis: *Porrò quiſquis negauerit me coràm hominibus, negabo eum & ego coràm patre meo, qui eſt in cœlis.

Mar.8.e. Luc.9.c & 12.a. *Ioan.19.b

Luc.12.f Mich.7.a *Ne arbitremini, quòd uenerim ad mittendum pacem in terram. Non ueni ut mitterem pacem, ſed gladiũ. *Nam ueni, ut diſſidere faciam hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam: & inimici hominis *erunt hi, qui ſunt* domeſtici ipſius. E B

Luc.14.d & 17.d *[a]Qui amauerit patrem, aut matrem ſupra me, non eſt me dignus: & qui amauerit filium, aut filiam ſupra me, non eſt me dignus: Et qui non accipit crucem ſuam, & ſubſequitur me, non eſt me dignus. Qui inuenerit animam ſuam, perditurus eſt eam: *& qui perdiderit animam ſuam, mea cauſa, inueniet eam.

Math.16.d. Mar.8.e Ioan.12.c *Luc.9.b & 10.e. Ioan.13.c *3.Re.18.a *Mar.9.c *Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui emandauit me. *Qui recipit prophetam in nomẽ prophetæ, [b]mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomen iuſti, mercedem iuſti accipiet. *Et quicunq; ad bibendum dederit uni ex puſillis his poculũ *aquæ* frigidæ, tantum in nomen diſcipuli: Amen dico uobis, non perditurus eſt mercedem ſuam. C

[a] *Hic eſt, amans, aut qui amat, præſentis temporis, ut uertit uetus interpres* ὁ φιλῶν.
[b] *Merces ex promißione, & promißio mercedis duntaxat facta eſt filijs.* Proinde non *abs re additur nomen prophetæ, aut, nomen diſcipuli.* Deinde *obſerua hic dici* εἰς ὄνομα, *id eſt, in nomen.* D

CAPVT VNDECIMVM.

Et fa-

A ET factum eſt, quum finem feciſſet Ieſus mandandi duode-
cim diſcipulis ſuis, progreſſus eſt illinc, ut doceret, & præ-
dicaret in ciuitatibus illorum. * Ioannes autem quum au- Luc.7.b
diſſet in carcere, facta Chriſti, miſſis duobus diſcipulis ſuis, dixit
illi: Tu es ille, qui uenturus eſt, an alterum expectamus? Et reſpō-
dens Ieſus, dixit illis: Ite, & renunciate Ioanni, *quæ auditis & ui-
detis: *Cæci uiſum recipiunt, & claudi ambulāt: leproſi mundan- Eſaie.35.a
tur, & ſurdi audiunt: mortui excitantur, *& pauperes Euangelio Eſai.61.a
donantur. Et beatus eſt, quiſquis non fuerit offenſus in me.

*Euntibus autem illis, cœpit Ieſus dicere turbis de Ioanne: Luc.7.c.
Quid exiſtis in deſertum, ut uideretis? Num arundinem, quæ agi
tatur à uento? Age, quid exiſtis, ut uideretis? num hominem mol-
B libus ueſtibus amictum? Ecce, qui mollia geſtant, in domibus re-
gum ſunt. At quid exiſtis uidere? Num prophetam? Certè, dico
uobis: Et excellentiorem propheta. Hic eſt enim, de quo ſcriptum
eſt: *Ecce, ego emando nuncium meum ante faciem tuam, qui prę Mala.3.a
paraturus eſt uiam tuam ante te. Mar.1.a

Amen dico uobis, non exortus fuit inter eos, qui naſcuntur è
mulieribus, maior Ioanne Baptiſta. Attamen is, qui minor eſt in
regno cœlorum, maior illo eſt. Porrò à diebus Ioannis Baptiſtæ,
uſq; ad hunc diem, regnum cœlorum uim patitur: & uiolenti ra-
piunt illud. Nam *omnes prophetæ, & ipſa lex, uſq; ad Ioannem, Luc.16.c
prophetauerunt. Et ſi uultis recipere, ipſe eſt *Helias ille, qui uen *Mala.3.d.
turus erat. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Luc.1.a

C *Sed cui aſſimilabo generationem hanc? Similis eſt [b] pueris, Ioan.1.b
qui ſedent in foris, & acclamant ſodalibus ſuis, ac dicunt: Tibia *Luc.7.d.
cecinimus uobis, & non ſaltaſtis: lugubria cecinimus uobis, & nō
planxiſtis. Venit enim Ioannes, nec edens, nec bibens, & aiunt:
Dæmonium habet: uenit filius hominis, edens ac bibens, & dicūt:
En hominem comedonem, & uinibibonē, publicanis amicum ac
peccatoribus. Et iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis.

D Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus æditæ fuerant
plurimæ uirtutes ipſius: quòd non reſipuiſſent. * Væ tibi Luc.10.b
Chorazin, uæ tibi Bethſaidan: quoniam ſi in urbe Tyri aut
Sidonis factæ fuiſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in uobis, olim in

ſacco & cinere *ſcelerũ ſuorũ* pœnitentiam egiſſent. Attamen di
co uobis: Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij, quàm uo-
bis. Et tu Capernaum, quæ uſq; ad cœlum es exaltata, uſq; ad in-
fernum detrahêris: quoniam ſi in Sodomis æditæ fuiſſent uirtu- B
tes, quæ æditæ ſunt in te, manſiſſent uſq; ad hodiernum diem. Ve-
runtamen dico uobis, quòd terræ Sodomorum tolerabilius erit
in die iudicij, quàm tibi.

Lucæ.10.c. In illo tempore reſpondens Ieſus, dixit: *Confiteor tibi pater,
*Pro.11.a. Domine cœli & terræ, *quòd abſconderis hæc à ſapientibus & E
prudentibus, & reuelâris ea [c]paruulis. Etiam pater, quia ſic fuit
Matth.28.c beneplacitum[d] apud te. *Omnia mihi tradita ſunt à patre meo, *&
Lucæ.10.c. nemo [e]cognoſcit filium, niſi pater: neq; patrem quiſquam cogno-
Ioan.3.e. ſcit, niſi filius, & cuicunq; uoluerit filius reuelare. Venite ad me
*Ioan.7.c. 8.b.10.b omnes, qui laboratis & onerati eſtis: & ego requiem præſtabo
*Eccli.6.d uobis. *Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me, quòd mi-
Hiere.6.c tis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus ueſtris.
*1.Ioan.5.a *Iugum enim meum commodum eſt, & onus meum leue eſt.

[a] *Ex perſona, quæ forma ſeruili adparuit, non depræhendebatur eſſe Meſſias, ſed ex do-
ctrina, factis & miraculis, próinde iubentur duo diſcipuli, ab Ioanne miſſi, ire & renun-
ciare Ioanni, quæ audiſſent & uidiſſent.* [b] *Hic diminitiua uox* παιδαρίοις *legitur.*
[c] *Paruuli ſunt, qui de ſe nihil magnificè ſentiunt. Sunt autem pauperes ſpiritu, mites &
humiles corde, qui quidem laborant & onerati ſunt.* [d] *Coram te, aut in tuo conſpectu.* C
[e] ἐπιγινώσκει *agnoſcit, ſuam genuinam ſignificationem fortaßis & hic ſeruârit.*

CAPVT DVODECIMVM.

Marc.2.c IN *illo tempore, ibat Ieſus ſabbatis per ſegetes, *diſcipuli A
Lucæ.6.a uero illius eſuriebant: & cœperunt uellere ſpicas, & come-
*Deu.25.d dere. At Phariſæi quum uidiſſent, dixerunt illi: Ecce, diſci
puli tui faciũt, quod non licet facere in ſabbato. Ille uerò dixit eis:
Non legiſtis quid fecerit Dauid, quum eſuriret ipſe, & hi qui erãt
1.Reg.21.b cum illo: *quomodo ingreſſus ſit in domum Dei, & panes Propo-
ſitionis ederit, quos ipſi non licebat edere, neq; eis qui cum ipſo
erant: niſi ſacerdotibus ſolis? Aut non legiſtis in lege, quòd ſabba
tis ſacerdotes in templo ſabbatum prophanant, & crimine uacãt?
Dico autem uobis: quòd templo maior, eſt hoc in loco. Quòd ſi
agno

agnoſceretis, quid ſit: * Miſericordiam uolo, & non ſacrificium, Oſeæ.6.b
nequaquam condemnaſſetis inſontes. Nam dominus eſt & ſabbati Mat.9.b.
filius hominis.

B * At progreſſus illinc, uenit in ſynagogam illorũ: & ecce, homo Marc.3.a.
erat manum habens aridam, & interrogabant illum dicẽtes: Li- Lucæ.6.a
cet'ne * ſabbatis curare? Vt accuſarẽt eum. At ille dixit eis: Quis *Luc.14.a.
erit ex uobis homo, qui habebit ouem unã, & ſi ea inciderit ſabba
tis in foueã, nonne * adprehẽdet illã & eriget? Quanto igitur præ Deut.22.a.
ſtantior eſt homo oue? Licet igitur ſabbatis beneficio adficere.
Tũc dicit homini: Extende manum tuã: & is extendit, ac reſtitu
ta eſt ſana, ſicut altera.

* Porro phariſæi egreſſi, cœperũt cõſiliũ aduerſus eũ, quomodo Marc.3.a.
illum perderent: at Ieſus ubi nouiſſet, ſeceſſit illinc, ſequutique ſunt Ioan.10.d
eum turbæ multæ, & ſanauit eos omnes: & interminatus eſt illis, & 11.f.
ne ſe facerent manifeſtum, ut compleretur, quod dictum erat per
Eſaiam prophetam, qui ait: * Ecce, puer meus quẽ elegi: dilectus Eſa.42.a.
meus, in quẽ ſibi bene complacuit anima mea. Ponã ſpiritũ meũ ſu
per illum, & iudicium gentibus annũciabit. Non contendet, neque
clamabit, neque audiet quiſquã in plateis uocem eius: arundinem cõ
minutam non confringet, & linũ fumigans non extinguet, donec
eijciat ad uictoriam iudiciũ: & in nomine illius gentes ſperabunt.

C * Tunc adductus eſt ei dæmoniacus, cæcus ac mutus, & ſana- Lucæ.11.b
uit illum, ita ut cæcus ac mutus, & loqueretur & cerneret. Et ob-
ſtupuerunt omnes turbæ, dicebantque: Num hic eſt ille filius Da-
uid? At * Phariſæi cum audiſſent, dicebant: Hic non eijcit dæmo- Matth.9.d
nia, niſi in Beelzebul, principe dæmoniorum. Ieſus autem quum Marc.3.b.
ſciret cogitationes illorum, dixit illis: Omne regnum diuiſum Luc.11.b
aduerſus ſeſe, deſolatur: & omnis ciuitas, aut domus diuiſa aduer-
ſus ſeipſam, non ſtabit, Et ſi Satanas Satanam eijcit, aduerſus ſe
ipſum diuiſus eſt: Quomodo igitur ſtabit regnum illius? Et
ſi ego in Beelzebul eijcio dæmonia, filij ueſtri in quo eijciunt?
Propterea ipſi ueſtrum erunt iudices. Sin autem ego in ſpi-
ritu Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit ad uos regnum
Dei. * Aut, quomodo poteſt aliquis intrare domum potentis, & Luc.10.e.
uaſa illius diripere, niſi prius uinxerit potẽtẽ, & tũc domum illius

diripiet? Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui non congre
Mar 3.c gat mecum, ſpargit. *Propterea dico uobis: Omne peccatum, &
Luc.12.a. conuicium remittetur hominibus: at conuicium in ſpiritum non
1.Reg.2.e remittetur hominibus. *Et quicunq; dixerit uerbum aduerſus fi-
lium hominis, remittetur illi: Qui autem dixerit aduerſus ſpiritũ
ſanctum, nõ remittetur ei, neq; in præſenti ſeculo, neq; in futuro.
Matth.7.b. *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut faci- D
Luc 6.e te arborem carioſam, & fructum eius carioſum: nam è fructu ar-
bor cognoſcitur. Progenies uiperarum, quomodo poteſtis bona
Pſal.37.b loqui, quum ſitis mali? Siquidem* ex abundantia cordis os loqui-
Luc.6.e. tur. Bonus homo è bono theſauro cordis, expromit bona: & ma-
lus homo ex malo theſauro depromit mala. Sed dico uobis, quòd
de quocunq; uerbo ocioſo, quod loquuti fuerint homines, reddi-
Luc.19.b. turi ſunt rationem in die iudicij. *Nam ex uerbis tuis iuſtificabe-
2.Reg.1.c ris, & ex uerbis tuis condemnaberis.

Tunc reſponderunt quidam è ſcribis & Phariſæis, dicentes:
Præceptor, uolumus ex te ſignum uidere. At ille reſpondens, di-
Matth.16.a xit illis: *Generatio mala & adultera ſignum inquirit, & ſignum
Mar.6.b. non dabitur illi, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. *Quemadmodum
Luc.11.c enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, ac tribus noctibus,
Ionæ.2.a. ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus no-
& 3.a ctibus. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac,
Ionæ 3.b & condemnabunt eam: * quòd ipſi reſipuerint ad prædicatio- B
1.Reg.10.a nem Ionæ. Et ecce, pluſquàm Ionas hîc. * Regina Auſtri ſur
2.Par.9.a. get in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eã: quòd ue-
nerit à finibus terræ, ad audiendam ſapientiam Solomonis. Et ec
ce, pluſquàm Solomon hîc.

Luc.11.c. * Quum aũt immundus ſpiritus exierit ab homine, perambulat E
per arẽtia loca, quærẽs requiẽ: & nõ inuenit. Tũc dicit: Reuertar
in domũ meã, unde exiui. Et cum uenerit, reperit eam uacantem,
ſcopis purgatã, & ornatã. Tũc abit, et adiungit ſibi ſeptẽ alios ſpi
2.Pet.2.d ritus, ſceleratiores ſe, & ingreſſi, habitãt illic: & fiũt poſtrema* ho
Hebræ.6.c minis illius peiora primis. Sic erit & generationi huic malæ.
Mar.3.c *Qũũ aũt adhuc loqueretur turbis, ecce, mater & fratres eius ſta C
Luc.8.c. bant foris, quærentes ei loqui. Dixit aũt illi quidã: Ecce, mater
tua

tua & fratres tui foris ſtant, quærentes tibi loqui. At ille reſpon-
dēs, dixit ei, qui ſibi renunciauerat: Quæ eſt mater mea? Et qui
ſunt fratres mei? Et protenſa manu ſua in diſcipulos ſuos, dixit:
Ecce mater mea, & fratres mei. *Quiſquis eñ fecerit uoluntatem Ioan.15.b
patris mei, qui eſt in cœlis, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

** Id eſt intra terram, aut, in medio terræ. Sic iuxta phraſim Hebræam dicitur, medium maris, cor maris.*

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

A IN *die uero illo egreſſus Ieſus è domo, ſedit iuxta mare:
& congregatæ ſunt ad illum turbæ multæ, adeò ut ipſe Mar.4.a.
nauim ingreſſus, ſederet, & uniuerſa turba in littore ſta- Luc.8.a
bat: ac dicebat illis multa per ſimilitudines, dicens: Ecce, exijt ſe-
minator ad ſeminandum, & quum ſeminaret, alia quidem cecide-
runt iuxta uiam, & uenerunt uolucres, ac deuorauerunt ea: Alia
uerò ceciderunt in loca ſaxoſa, ubi non habebant multum terræ,
& protinus exorta ſunt: propterea quòd non haberent profundi
tatem terræ. Quum autem exortus eſſet ſol, exuſta ſunt: & quia
non habebant radicem, aruerunt. Alia rurſus ceciderunt in ſpi
nas, & ſuccreuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Alia uerò cecide-
runt in terram bonam, & dederunt fructum: aliud quidem centu-
plum, aliud uerò ſexagecuplum, aliud uerò trigecuplum. Qui ha-
bet aures ad audiendum, audiat.

B *Et adeuntes diſcipuli, dixerunt illi: Quare per parabolas lo-
queris illis? At ille reſpondens, dixit eis: Vobis datū eſt noſſe my Mar.4.a
ſteria regni cœlorū, *illis aūt nō eſt datū. *Quiſquis enim habet, Luc.8.b
dabitur illi, & reddetur abundantior: quiſquis autem non habet, 2. Cor 3 c.
etiam illud quod habet, tolletur ab eo. Propterea per parabolas *Mat. 25.c
loquor illis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, Mar.4.c.
nec intelligūt: & cōpletur in illis prophetia Eſaię, quæ dicit: *Au Luc.8.b
ribus audietis, & nō intelligetis: & uidētes uidebitis, & nō cerne- & 19.c
tis. Incraſſatū eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter au- *Eſa.6.b
dierūt, & oculos ſuos occluſerūt, nequādo uiderēt oculis, & auri-
bus audirēt, & corde intelligerent, & cōuertantur, & ſanem illos.

C *Veſtri uerò beati ſunt oculi: quia uidēt, & aures ueſtræ, quia Luc.10.c.
audiūt. Amē eñ dico uobis, * ꝙ multi prophetę & iuſti deſydera- *1.Pet.1.b.

uerunt

uerunt uidere, quæ uidetis, & non uiderunt, & audire, quæ audi-
tis, & non audierunt.

Marc.4.b. Luca.8.b * Vos igitur audite parabolam ſeminantis. Quum quiuis au-
dit ſermonem regni, & non intelligit, uenit ille malus, & rapit id,
quod ſeminatum eſt in corde illius: hic eſt, qui iuxta uiam ſemi-
natus fuit. At [a] qui in petricoſa ſemen iactum exceperat, hic eſt,
qui uerbum audit, ac protinus cũ gaudio accipit illud: uerùm non
habet radicem, in ſemetipſo, ſed temporarius eſt. Porrò quum in-
ciderit adflictio, aut perſequutio propter ſermonem, continuò of-
fenditur. At qui in ſpinas ſemen exceperat, hic eſt, qui uerbum au
dit, & ſolicitudo ſeculi huius, & [b] deceptio diuitiarum ſuffocat ſer
monem, & infrugifer redditur. Cęterum qui in [c] terram bonam ex
cepit ſemen, hic eſt, qui ſermonem audit & intelligit, qui deniq;
fructum quoq; reddit ac facit: alius quidem centuplum, alius uerò
ſexagecuplum, alius uerò trigecuplum.

Marc.4.c * Aliam parabolam propoſuit eis, dicens: Aſſimilatum eſt re- D
gnũ cœlorũ homini, ſeminanti bonũ ſemẽ in agro ſuo: ſed dormiẽ
tibus hominibus, uenit illius inimicus, & ſeminauit zizania inter F
triticũ, abijtq;. Quũ autẽ germinaſſet herba, & fructum feciſſet,
tunc adparuerunt & zizania. Accedentes autem ſerui patriſfami-
liás, dixerunt illi: Domine, nónne bonum ſemen ſeminâras in agro
tuo? Vnde igitur habet zizania? Ille uerò dixit illis: Inimicus ho
mo hoc fecit. Serui autem dixerũt illi: Vis igitur abeamus, & col-
ligamus ea? At ille dixit: Non: nę quando colligentes zizania, era
dicetis unà cum illis triticum: ſinite pariter creſcere utraq; uſq; ad
meſſem, & in tempore meſſis dicã meſſoribus: Colligite primùm
zizania, & colligate ea in faſciculos, ad comburendum ea: triticũ
uerò congregate in horreum meum.

Marc.4.c. Luca.13.b. Aliam parabolam propoſuit eis, dicens: * Simile eſt regnũ cœ-
lorum grano ſinapis, quod acceptũ homo ſeminauit in agro ſuo:
quod minimum eſt omnium ſeminum, cæterùm ubi excreuerit,
maximum eſt inter olera, & fit arbor: adeò ut ueniant uolucres G
cœli, & nidulentur in ramis illius.

Luca.13.b. Aliam parabolam dixit illis: Simile * eſt regnum cœlorum fer- E
mento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ [b] ſatis tribus,
donec

donec fermentaretur totum.
*Hæc omnia loquutus eſt Ieſus per parabolas ad turbas, & ſi- Mar.4.d
ne parabola, nihil loquutus eſt illis, ut compleretur quod dictum
fuerat per prophetam, qui ait: *Aperiam in parabolis os meum, Pſal.77.a
eructabo abſcondita a conſtitutione mundi.
*Tunc dimiſſis turbis, uenit in domum Ieſus, & acceſſerũt ad Mar.4.d.
illum diſcipuli eius, dicentes: Explica nobis parabolam zizaniorũ
agri. At ille reſpondens, dixit illis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt
filius hominis: ager autem eſt, mundus. Porro bonum ſemen, hi
ſunt filij regni: zizania uero ſunt filij illius mali: inimicus autẽ qui
ſeminat ea, eſt diabolus: *meſſis uero conſummatio ſeculi eſt: meſ- Apo.14.d
ſores autem angeli ſunt. Sicut igitur colliguntur zizania, & igni
comburuntur, ſic erit in conſummatione ſeculi huius. Emandabit
filius hominis angelos ſuos, & colligẽt e regno illius omnia offen
dicula: & eos qui patrant iniquitatem, ac mittent illos in caminũ
ignis, ibi erit ploratus ille, ſtridorq́ꝫ dentiũ. *Tunc iuſti fulgebũt Danie.12.a
ut ſol, in regno patris ſui. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Sap.3.b. 1.Cor.15.e.
F Rurſum: ſimile eſt regnũ cœlorum theſauro abſconſo in agro,
quem repertum homo abſcondit, & præ gaudio, quod habet ſu-
per eo, abit, & omnia quæcunqꝫ habet, uendit, ac mercatur agrũ
illum.
Rurſum: ſimile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quæ
renti pulchras margaritas: *qui quum inuenerit unam pretioſam Philip.3.a
margaritam, abiens, uendidit omnia, quæ poſſidebat: & merca-
tus eſt illam.
Rurſum: ſimile eſt regnum cœlorum uerriculo iacto in mare,
& ex omni genere contrahenti: quod quum impletum fuiſſet, ſub-
duxerunt in littus, & ſedentes collegerunt quæ bona ſunt, in ua-
ſa, quæ uero putria, foras abiecerũt. *Sic erit in conſũmatione ſe- Matt.22.b
culi, exibũt angeli, & ſegregabũt malos de medio iuſtorũ: & mit-
tẽt eos in caminũ ignis, *ibi erit ploratus ille, & ſtridor dẽtium. Matt.25.c.
G Dicit illis Ieſus: Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt illi: Etiam Do
mine. At ille dixit illis: Propterea omnis ſcriba doctus ad regnũ
cœlorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui depromit e theſau-
ro ſuo noua & uetera.

Mat.6.a. * Et factum eſt, *ut *quum finiſſet Ieſus parabolas has, digrede-
Luc.4.b. retur illinc. Et quum ueniſſet in patriam ſuam, [e]docuit in ſynago
ga illorum, ita ut ſtuperent, ac dicerẽt: Vnde huic ſapientia hæc,
Ioan.6.c. & uirtutes? * Nonne hic eſt ille fabri filius? Nonne mater eius uo-
catur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioſes, & Simon, & Iudas?
& ſorores illius nonne omnes apud nos ſunt? Vnde igitur huic
hæc omnia? Et offendebantur in eo. Ieſus autem dixit illis: Non
Mar.6.a *eſt propheta contemptus, niſi in patria ſua & in domo ſua. Et nõ
Luc.4.c. ædidit illic uirtutes multas, propter incredulitatem illorum.
Ioan.4.e

[a] *Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt* ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρείς, *ut uertit uetus interpres, qui hanc parabolam ferè ad uerbum reddidit. Fallaces diuitiæ ſuffocant uerbũ, & infrugiferum redditur.* [c] *Terra bona, eſt cor bonum, & honeſtatis ſtudioſum. Hoc quidem in patientia fructificat.* [D] *Satum Hebræis* סאה *uocatur, eſtq; genus menſuræ aridorum, continens ſua capedine centum & quadraginta quatuor oua gallinacea. Et eſt tertia pars menſuræ, quæ ipſis Ephah adpellatur.* [e] *Græcè habes docebat, & additur* αὐτούς. [f] ἐν αὐτῷ *Græcè, offendebatur in eo, id eſt per eum.*

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Mar.6.b A
Luc.9.a IN *illo tempore audiuit Herodes Tetracha famam Ieſu,
Luc.3.c & dixit famulis ſuis: Hic eſt Ioannes Baptiſta, is ſurrexit
à mortuis, & ideo uirtutes agunt in illo. * Nam Hero-
des ceperat Ioannẽ, & uinxerat eũ ac poſuerat in carcere, [b]propter
Leui.18.b. Herodiadem uxorem Philippi, fratris ſui. Dicebat enim illi Ioan-
*Mat.21.b. nes: * Nõ licet tibi habere eam. Et quum uellet eum occidere, me- D
*Gen.40.c tuebat turbam, *propterea quòd illum ceu prophetam habebant.
Mar.6.c. *Quum aũt celebraretur natalis Herodis, ſaltabat filia Herodia-
dis in medio: & placuit Herodi. Vnde cum iureiurãdo pollicitus
eſt, ſe daturum illi, quicquid peteret. At illa [c]impulſa à matre ſua:
Da mihi, inquit, hîc in patina caput Ioannis Baptiſtæ. Et indo-
luit rex: attamen propter iura iuranda, & eos qui ſimul accumbe B
bant, iuſſit ei dari: & miſſis carnificibus, amputauit caput Ioannis
in carcere: & allatum eſt caput eius in patina, datumq; eſt puellæ:
atq; *illa *obtulit matri ſuæ. Et acceſſerunt diſcipuli eius, & ſuſtu-
Mar.6.d lerũt corpus, ac ſepelierunt illud: abierũtq;, & renunciárunt Ieſu.
Luc.9.b. *Id quum audiſſet Ieſus, ſeceſſit illinc [D]in naui, ad deſertum lo-
Ioan.6.a. cum

cum ſeorſum. Et quum audiſſent turbæ, ſequutæ ſunt illum itine=
re pedeſtri, relictis urbibus. Et egreſſus Ieſus, uidit turbam mul=
tam, & intimè miſertus eſt illorum, ſanauitq; ex illis qui malè ua=
lebant. Porrò quum appetiſſet ueſpera, adierunt eum diſcipuli
ipſius, dicentes: Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt, dimitte
turbas, ut abeant in uicos, & emant ſibi cibaria. At Ieſus dixit il=
C lis: Non eſt illis neceſſe, ut abeant, date illis uos, quod edant. At il=
li dicunt ei: Non habemus hîc niſi quinq; panes, & duos piſces. Il=
le uerò dixit: Afferte mihi illos huc, & iuſſis turbis diſcumbere
ſuper gramina, ſumptisque quinque panibus ac duobus piſcibus,
ſublatis in cœlum oculis, benedixit: & cum fregiſſet, dedit diſci=
pulis panes, diſcipuli uerò turbis. Et comederũt omnes: & ſaturati
ſunt. Et ſuſtulerũt quod ſuperfuerat de fragmentis, duodecim co=
phinos plenos. Porrò qui comederant, fuêre uiri fermè quinquies *Marc.6.e*
mille, præter muliêres ac pueros. * Et ſtatim compulit Ieſus diſci= *Ioan.6.b*
pulos ſuos, ut conſcenderent nauim, & pręcederent ipſum in ripã
ulteriorem, ᶜ donec dimiſiſſet turbas.

A Ac dimiſſis turbis* aſcendit in montem ſolus ad orandum. Cũ *Luc.6.b*
autem adueſperaſſet, ſolus erat illic. Cæterùm nauis iam in medio
maris erat, & exagitabatur à fluctibus: nam uentus erat aduerſus.
Quarta ᶜ autem noctis uigilia abijt ad illos Ieſus, ambulans, ſuper
mare, & ubi uidiſſet eum diſcipuli ſuper mare ambulantem, tur=
bati ſunt, dicentes: Spectrum eſt, ac prę metu declamauerunt: ſed
D ſtatim locutus eſt illis Ieſus, dicens: Bono animo eſte, ego ſum, ne
terreamini.

Reſpondens autem illi Petrus, dixit: Domine, ſi tu es, iubeto
me ad te uenire ſuper aquas. At ille dixit: Veni. Et cum deſcen=
diſſet è naui: Petrus ambulabat ſuper aquas, ut iret ad Ieſum. Cęte=
rùm cum uideret uentum ualidum, territus eſt: & quum cœpiſſet
B demergi, clamauit dicens: Domine, ſerua me. Continuò autem Ie=
ſus extenta manu, adprehendit eum, & dixit illi: Paucifide, quare *Mar.6.b*
dubitaſti? Et * quum eſſent ingreſſi nauim, conquieuit uentus.
Porrò qui erant in naui, acceſſerunt & adorauerunt eum, dicẽtes:
Verè Dei filius es.

Et cũ traiecíſſet, uenerũt in terrã Ginezareth Et cũ agnouiſ=

ſent illum uiri loci illius , emandauerunt in totam undique fini-
timam regionem illam, & obtulerunt illi omnes male habentes: &
obſecrabant eum, ut tantum tangerent fimbriam pallij ipſius: &
quot quot tetigiſſent, ſalui facti ſunt.

[a] *Clarum enim factum erat nomen eius.* [b] *Quia eam duxerat, ut ſcribit Marcus.* [c] *προβιβασθεῖσα græcè, ſonat latinè, prius impulſa. Vt diligentem præmonitionē atq; inſtructionē intelligamus.* [d] *ἐν πλοίῳ in naui, aut, ſeceßit illinc nauigio.* [e] *Donec turbæ uale dixiſſet.* [f] *Diuexabatur ab undis.* [g] *Vigiliæ noctis olī, diſtinctæ fuère in quatuor partes. quarū unaquæq; tres horas cōplexa eſt. In prima autem uigilia noctis, fuerunt ſeptima, octaua & nona horæ ueſpertinæ. In ſecūda porrò decima, undecima & duodecima noctis. In tertia uerò prima, ſecūda & tertia. In quarta deniq;, quarta quinta, & ſexta, ſub matutinū tēpus.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Marc. 7. a TVnc * accedunt ad Ieſum, qui ab Hieroſolymis uenerant A
ſcribæ & Phariſæi, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgre-
diuntur traditionem ſeniorum? Non enim abluunt ma-
nus ſuas, cum edunt panem. At ille reſpondens, dixit eis: Quare
& uos tranſgredimini præceptum Dei, propter traditionem ue-
Exod. 20. b ſtram? Nam Deus præcepit dicens: * Honora patrem & matrē:
Deut. 5. b & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem
27. c dicitis: Quicunq;* dixerit patri aut matri: Dono, quodcunq; ex
*Pro. 28. d. me, iuuaberis, & non honorabit patrē ſuum, aut matrē ſuam: &
irritum feciſtis præceptum Dei, propter traditionem ueſtram.
Eſai. 29. c Hypocritæ, rectè de uobis prædixit Eſaias, dicens: * Adpropin-
Ezech. 33. f quat mihi populus hic ore ſuo, & labijs me honorat, cæterùm cor
eorum procul abeſt à me: ſed fruſtra me colunt, docētes doctrinas
præcepta hominum.

Et aduocata turba, dixit eis: Audite, & intelligite: Non quod B
ingreditur in os, impurat hominem, ſed quod egreditur ex ore,
hoc impurat hominem.

Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerunt illi: Noſti Phariſæos
Acto. 5. e. audito ſermone*iſto*, offēſos fuiſſe? At ille reſpōdēs dixit: *Om-
nis plantatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabi-
Eſai. 42. e tur. *Omittite illos, duces ſunt, cæci cæcorū. Porrò ſi cæcus cæco
Luc. 6. d dux fuerit, ambo in foueam cadent.

Mar. 7. b. * Reſpondens autem Petrus, dixit ei: Diſſere nobis parabolā
iſtam. Ieſus autem dixit: Adhuc & uos intelligentia caretis?

Nondum

Nōdum intelligitis, quòd quicquid ingreditur in os, in aluum
abit, & in ſeceſſum eijcitur? At ea quę proficiſcuntur ex ore, ex
ipſo corde egrediuntur, & illa impurant hominē. Nam ex corde
exeunt cogitationes malę, cędes, adulteria, ſtupra, furta, falſa teſti
monia, conuicia. Hęc ſunt quę impurant hominem. Cæterùm il-
lotis manibus capere cibum, non inquinat hominem.

C * Et digreſſus illinc Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis, & *Marc.7.c*
ecce, mulier Cananęa, quę à finibus illis uenerat, clamabat ad illū
dicens: Miſerere mei domine, fili Dauid. Filia mea miſerè à dæ
monio agitatur. Ille uerò non reſpondit * ei uerbum. Et accedētes
diſcipuli eius, rogabant illum, dicentes: Amitte illam, quia clamat
poſt nos. At ille reſpondens, dixit: * Non ſum emandatus, niſi ad *Lucæ.19.a*
oues perditas, domus Iſraëliticę. Illa uerò uenit, & adorauit eum,
dicens: Domine, ſuccurre mihi. At ille reſpondens, dixit: Non eſt
honeſtum, ſumere panem filiorum, & obijcere catellis. Hęc autem
dixit: Certè Domine, etenim catelli edunt de micis, quę cadunt
de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens Ieſus, dixit illi:
O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis: & ſanata fuit filia
eius ex hora illa.

Et progreſſus illinc Ieſus, uenit iuxta mare Galilęæ, & con-
ſcenſo monte, ſedebat illic. Et acceſſerunt ad eum turbę multę, du-
centes ſecum claudos, cæcos, mutos, mutilos, & alios multos, &
abiecerūt eos ad pedes Ieſu: * & ſanauit eos adeò, ut turbę miratæ *Eſai.35.a*
ſint, cum uiderent mutos loqui, mutilos eſſe ſanos, claudos ambu-
lare, cæcos uidere: & glorificabant Deum Iſraël.

D * Ieſus autem aduocatis diſcipulis ſuis, dixit: Intimè miſe- *Marc.8.a*
reor turbę, propterea quòd iam triduum perſeuerant apud me:
& nō habent quod edant, & dimittere eos ieiunos nolo, nequādo,
deficiant in uia. Et dicunt ei diſcipuli eius: Vnde nobis in ſoli-
tudine panes tam multi, ut ſaturemus turbam tantam? Et dicit
illis Ieſus: Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem, & pau-
cos piſciculos. Et iuſſit turbas diſcūbere in terra: & ſumpſit ſeptē
panes ac piſces, & poſtq̄ gratias egiſſet, fregit, deditque diſcipulis
ſuis, diſcipuli uerò turbæ: comederūtq; omnes, & ſaturati ſunt. Et
ſuſtulerunt quod ſupererat, fragmentorū ſeptē ſportulas plenas.

At hi qui comederant, erant quater mille uiri, præter mulieres & pueros. Et dimiſſis turbis cõſcẽdit nauĩ, uenitq; in fines Magdala.

* *Phraſis Hebræa, pro, non reſpondit ei quicquam.*

Mar.8.b
CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Ioan.6.d ET * adgreſſi Phariſæi unà cum Sadducæis tentantes, ro-
gabant eũ, ut ſignũ è cœlo oſtenderet ipſis. * At ille reſpõ-
* Luc.12.f. dens, dixit eis: Veſpera facta, dicitis ſerenitas *erit, *nã ru-
bet cœlũ: & mane, hodie tempeſtas, rubet enim cœlum triſtè. Hy-
pocritæ, faciẽ quidẽ cœli ſcitis diiudicare, ſigna uerò tẽporum nõ
Matth.12.d poteſtis? Natio * mala & adultera ſignũ inquirit, & ſignum non
Ionæ 1.a dabitur ei, niſi ſignũ * Ionæ prophetæ. Et relictis illis abijt.

Marc 8.b *Et quum ueniſſent diſcipuli eius in ulteriorem ripam, per ob-
Luc.12.a liuionem non ſumpſerant panes. Ieſus autem dixit illis: * Videte:
& cauete à fermento Phariſæorum ac Sadducæorum. At illi re-
putabant intra ſeſe, dicẽtes: Panes non ſumpſimus. Quod ubi co-
gnouit Ieſus, dixit illis: Quid cogitatis intra uoſipſos, ò paucifidi
Matth.14.c quod panes non ſumpſeritis? Nondum intelligitis, neq; * memoria
Matth.51.d tenetis quinq; illos panes, cum homines eſſent quinquies mille, &
quot cophinos ſuſtuleritis? Neq; * ſeptem illos panes, cum homi
nes eſſent quater mille, & quot ſportas acceperitis? Qui fit ut nõ
intelligatis, me non de pane dixiſſe uobis illud, ut caueretis à fer-
mento Phariſeorum, & Sadduceorum? Tunc intellexerunt, quòd
non iuſſiſſet cauere à fermento panis, ſed à doctrina Phariſæorũ
& Sadduceorum.

Marc.8.d *Cum ueniſſet autẽ Ieſus in partes Ceſareæ *, eius quæ cogno-
Luc.9.c minatur *Philippi, interrogauit diſcipulos ſuos dicens: Quem me
dicunt homines eſſe, filium illum hominis? Illi uerò dicebant: Alij
quidem Ioannem Baptiſtam, alij uerò Heliam, alij uerò Hieremi-
am: aut unum de numero prophetarum. Dicit illis: At uos quem
Ioan.6.g me dicitis eſſe? Reſpondens autem Simon Petrus, dixit: Tu es
* Chriſtus, ille filius Dei uiuentis. Et reſpondens Ieſus, dixit illi:
Ioan.6.e Beatus es Simon Bar Iona, * quia caro & ſanguis non reuelauit
tibi, * ſed pater meus, qui eſt in cœlis. Et ego uerò tibi dico:
1.Cor.19.a. quòd tu es Petrus, * & ſuper hanc petram ædificabo meam
eccleſiam

eccleſiam : * & portæ inferorum non præualebunt illi. Tibiq; *.Eſai.28.a
* dedero claues regni cœlorum. Et quicquid adligaueris in terra, 1.Para.8.b.
erit adligatum in cœlis : & quicquid ſolueris in terra, erit ſolutum Matth.8.b
in cœlis. Tunc eduxit diſcipulis ſuis, ne cui diceret: quod ipſe eſſet Ioun.20.c
Ieſus Chriſtus.

* Ex eo tempore cœpit Ieſus indicare diſcipulis ſuis, quod o- Marc.8d.
porteret ipſum abire Hieroſolymam, ac multa pati à ſenioribus, & Luc.9.c
principibus ſacerdotum, & ſcribis : & occidi, & tertio die reſuſci-
tari. Et adprehendens eum Petrus, cœpit illum increpare, dicens :
D Propitius tibi* ſis *Domine, nequaquam erit tibi hoc, At ille con-
uerſus dixit Petro : Abi * poſt me Sathana, obſtaculo es mihi : 2.Reb.19.d.
quia non ſapis ea, quæ ſunt Dei, ſed ea quę ſunt hominum.* Tunc Matth.10.e
Ieſus dixit diſcipulis ſuis : Si quis uult poſt me uenire, abneget ſe- Marc.8.e
metipſum : & tollat crucē ſuā, ac ſequatur me. Qui enim uoluerit luc 9 c 14 d
animam ſuam ſeruare perdet eam : rurſus qui perdiderit animam Ioan.12.c
ſuam mea cauſa, inueniet eam. Quid[c] enim prodeſt homini ſi totū
mundum lucratus fuerit, animę uero ſuę iacturā fecerit? Aut quid
dabit homo, cuius permutatione redimat animam ſuam? Futurum
eſt enim, ut filius hominis ueniat in gloria patris ſui, cum angelis Rom.2.a
ſuis : * & tunc reddet unicuique iuxta facta ipſius.

Amen dico uobis, ſunt quidam hîc ſtantes, qui non guſta-
būt mortē,[b] donec uiderint filiū hominis uenientem in regno ſuo.

[a] *Non hoc ab ullo homine edoctus es.* [b] *Ex eo tempore docuit diſcipulos ſuos, quorſum in hunc mundum ueniſſet.* [c] *Græcè, quid enim iuuabitur homo* τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος *aut quid, enim profuerit homini.* [b] *Donec uiderint regnum dei ueniſſe cum uirtute. Hoc enim eſt filium Dei uenire in regno ſuo.*

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

A ET * poſt dies ſex adſumit Ieſus Petrum, ac Iacobum, & Mar.8.a
Ioannem fratrem eius : & ſubducit illos in montem[a] excel- Luc.9.c
ſum ſeorſum transformatuſque eſt coràm illis, * & ſplen
duit facies eius ſicut ſol. Veſtimenta autem illius facta ſunt can- Apoca.1.c
dida, ſicut lumen. Et ecce, conſpecti ſunt illis Moſes & Helias,
cum illo colloquentes. Reſpondens autem Petrus, dixit Ie-
ſu :

ſu: Domine, bonũ eſt, nos hîc eſſe, ſi uis, faciamus hîc tria taberna-
cula, tibi unũ, & Moſi unum, & Heliæ unũ. Adhuc eo loquente,
ecce, nubes lucida obumbrauit illos, & ecce, uox è nube, que dice-
ret:* Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè placui: ipſũ au
Eſai.42.a dite. Et cum hæc audiſſent diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam:
Matth.3.b & territi ſunt uehementer. Et accedens Ieſus tetigit illos, dixitq́;:
Marc 1.a Surgite, & ne timeatis. Vbi uero ſuſtuliſſent oculos ſuos, neminẽ
Ioan.1.d uidebant, niſi Ieſum ſolum.
* Deut.18.c *Et cum deſcenderent de monte, pręcepit illis Ieſus, dicens: Ne B
Marc.9.a cui dixeritis uiſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.
Et interrogauerunt eum diſcipuli ſui, dicentes: Cur igitur ſcribæ
dicunt, * quòd Heliam oporteat uenire prius? Ieſus autem reſpon
Male.3.d dens, dixit illis: Helias quidem ueniet prius, & reſtituet omnia.
Cæterùm dico uobis: Heliam iam ueniſſe, & non agnouerũt eũ,
ſed fecerunt in eo, quæcunq; uoluerunt. Sic & filius hominis paſ-
ſurus eſt ab illis. Tunc intellexerunt diſcipuli, quòd de Ioanne
Baptiſta dixiſſet ipſis.
Marc.9.b *Et quum ueniſſent ad turbam, acceſſit ad eum homo quidam
Lucæ.9.d flectens genua illi, dicensq́;: Domine, miſerere filij mei, quoniã lu-
naticus eſt, & miſerè adfligitur: nam ſæpe cadit in ignem, & ſæpe C
in aquam: & obtuli eum diſcipulis tuis, nec potuerũt eum ſanare.
Reſpondens autẽ Ieſus, dixit: O natio incredula, & diſtorta, quo-
uſq; tandem ero uobiſcum? uſque quo patiar uos? adducite mihi
illum huc. Et increpauit illud Ieſus. Et exijt ab eo dæmonium, &
ſanatus eſt puer à tempore illo.
Marc.9.c * Tunc accedentes diſcipuli ad Ieſum ſeorſum, dixerũt: Quare
nos non potuimus eijcere illud? Ieſus autẽ dixit illis: Propter in-
Matth.21.c credulitatem ueſtram. Amen enim dico uobis,* ſi habeatis fidem,
Lucæ.17.a ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: Demigra hinc, illuc, &
demigrabit: neque quicquã impoſſibile erit uobis. Sed [b] hoc genus
non egreditur, niſi per deprecationem & ieiunium.
Mar.8.d.9d *Cum autem uerſarentur in Galilęa, dixit illis Ieſus: Futurum D
10.d eſt, ut filius hominis tradatur in manus hominum, & occident eũ,
Lucæ.9.c ac tertio die reſurget. Et mœrore adfecti ſunt uehementer. Cum
Matth.16.c autem ueniſſent in oppidũ Capernaum, acceſſerũt qui didrachma
20.b ſolent

ſolent accipere, ad Petrum, dixeruntq́; Magiſter[c] ueſter non ſol-
uit didrachma? Dicit: etiam. Et cũ ingreſſus fuiſſet in domũ, prae
uenit illum Ieſus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terrae, à
quibus accipiunt tributa aut cenſum, à filijs ſuis, an ab alienis?

Dicit illi Petrus: Ab alienis. Ait illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij.
Verùm * ne ſimus illis offẽdiculo, profectus ad mare, mitte hamũ: Math. 22.c
& eum piſcem, qui prodierit primus, tolle, & aperto ore illius in-
uenies ſtatêrem, acceptum eum, da illis pro me & te.

*[a] Exhibuit ſpecimen futurae gloriae: ad quam nihil ſunt quaecunq; patimur. [b] Non pro ue-
ſtro arbitratu, ueſtraq́; ope, ſed in omnimoda abnegatione ſuarum cuiuſq; uiriũ, quam ſcri-
ptura nomine deprecationis & ieiunij, nos docet, ita, ut toti ex Deo (coniecta in eum
fiducia noſtra) pendeamus. [c] Hîc non, pro nónne, mihi magis quàm num arriſerit.*

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

A IN * illo tempore, acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Mar.9.d.
Quis maximus eſt in regno coelorum? Et Ieſus accerſitum Luc.9.e
ad ſe puellum, ſtatuit in illorum medio, ac dixit: Amen
dico uobis: niſi conuerſi fueritis, * & fiatis ſicut puelli, nequaq̃ 1.Petr.2.a
ingrediemini in regnum coelorum. Quiſquis igitur humiliaue-
rit ſemetipſum, ſicut puellus iſte, hic eſt ille maximus in regno
coelorũ. Et quicunq̃ receperit puellũ talẽ in nomine meo, me re-
cipit. * Quicunq̃ autẽ offenderit unũ de puſillis iſtis, qui in me cre- Mar.9.e
dunt, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius, ac Luc.17.a
demergatur in profundum maris.

Vae mũdo, ab offẽdiculis: * neceſſe eſt enim, ut ueniãt offẽdicula: 1.Cor.11.b.a
uerũtamẽ uae homini, per quẽ offendiculũ uenit. * Quod ſi manus Matth.5.d
tua, uel pes tuus obſtaculo eſt tibi, abcide eũ, & proijce abs te: Bo- Mar.9.e
nũ eſt tibi, ad uitã ingredi claudũ, aut mutilũ, potius quàm duas
manus, uel duos pedes habentem, mitti in ignem aeternum. Et ſi
oculus tuus offendit te, erue eum, & proijce abs te: Bonum eſt
tibi, ut luſcus intres in uitam, potius quàm ut duos oculos habens,
mittaris in gehennam ignis.

B Videte, ne contemnatis unum ex his puſillis. Dico enim uo-
bis, quòd angeli eorũ in coelis, ſemper uident faciẽ patris mei, qui
in coelis eſt. Venit enim filius hominis ſeruaturus, quod perierat.
* Quid uobis uidetur? ſi fuerint alicui homini centum oues, & Luc.15.a

erraucrit una ex eis, nónne relictis nonaginta nouem in monti-
bus, profectus quærit eam, quę errat? Et ſi contigerit, ut inueniat
eam, amen dico uobis, gaudet ſuper ea magis, quàm ſuper nona-
ginta nouem, quæ non errauerunt. Sic non eſt uoluntas coràm pa
tre ueſtro, qui in cœlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis.
Luc.17.a. Eccl.17.b *Porrò ſi peccauerit in te frater tuus, abi, & argue eum inter
Leuit.19.d te & ipſum, ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: ſin ue-
Num.35.d ro *te* non audierit, adhibe tecũ adhuc unum, aut duos: *ut in ore
Deut.17.b duorum, aut triũ teſtium conſiſtat omne uerbum. Quòd ſi non
19.c. audierit eos, dic Eccleſiæ. Quòd ſi Eccleſiam nõ audierit, ſit tibi
2.Cor.13.a uelut ethnicus & publicanus. *Amen dico uobis, quæcunq; liga-
Matth.16.c ueritis ſuper terram, erunt ligata in cœlo, & quæcunq; ſolueritis
ſuper terram, erunt ſoluta in cœlo. Rurſum dico uobis, quòd ſi C
duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quãcunq; pe-
tierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis eſt.* Vbi enim ſunt duo,
Luc.24.b uel tres congregati, in nomen meum, ibi ſum in medio eorum.
Matth.6.b. *Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties pecca-
Mar.11.c bit in me frater meus, & remittam ei? Num uſq; ſepties? Dicit illi
Luc.17.a Ieſus: Non dico tibi uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſeptem.

Ideo aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui uoluit
conferre rationem cum ſeruis ſuis: & quum cœpiſſet conferre,
oblatus eſt ei unus, qui debebat ei decẽ milia talentorum. * Cæte-
Matth.5.e. rum quum is non eſſet ſoluendo, iuſſit eum dominus eius uenun-
dari, & uxorem eius, & liberos, & omnia quæ habebat: ac fieri ſo-
lutionem. Procidens autem ſeruus ille, adorabat eum, dicens: Do-
mine, eſto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Intimè autem
miſertus Dominus ſerui illius, abſoluit eum, & æs alienum remi-
ſit ei.

Egreſſus uerò ſeruus ille, inuenit unum de conſeruis ſuis, qui D
debebat ipſi centum denarios, & comprehenſum eum, præfoca-
bat, dicens: Solue mihi quicquid debes. Et procidens conſeruus
eius, obſecrabat eum, dicens: Eſto patiens erga me, & omnia red-
dam tibi. At ille nolebat, ſed abijt, & coniecit eum in carcerem, do
nec redderet debitum. Porrò quum uidiſſent conſerui eius, quæ
fiebant, indoluerunt ualde: & uenientes, declarauerunt domino
ſuo

ſuo omnia, quæ facta fuerãt. Tunc accerſiuit illum dominus ſuus,
& ait illi: *Serue ſceleſte, totum debitum illud remiſi tibi, quum *Iacob.2.b*
obſecraſſes me, nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut &
ego tui miſertus eram? Et iratus dominus eius, tradidit eum tor-
toribus, quoadusq; redderet totum, quod debebatur ipſi. *Sic & *Matth.6.b.*
pater meus supercœleſtis faciet uobis, ſi non remiſeritis ſuo quiſq; *Marc.11.c.*
fratri, de cordibus ueſtris, delicta illorum.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Marc.10.a.

A ET *factum eſt quum conſummaſſet Ieſus ſermones hos,
demigrauit a Galilæa, & uenit in fines Iudææ trans Iorda
nem: & ſequutæ ſunt eũ turbæ multæ, & ſanauit eos ibi.
C Et acceſſerunt ad eum Phariſæi, tentates eum, & dicentes ei:
Licetne homini diuortium facere cum uxore ſua, qualibet ex
cauſſa? Qui reſpondens, dixit illis: An nõ legiſtis, quod is qui fecit *Gene.2.d*
ab initio, maſculum & fœminam, fecit eos? Et dixit: *Propterea
deſeret homo patrem & matrem, & adglutinabitur uxori ſuæ: &
erunt duo in carnem unam. Itaq; iam non ſunt duo, ſed una caro.
*Quod ergo Deus copulauit, homo ne ſeparet. *Deut.24.a*
*Dicunt illi: Quur ergo Moſes iuſſit dare libellum repudij, ac
dimittere eam? Ait illis: Moſes ad duritiam cordis ueſtri, permi-
ſit uobis repudiare uxores ueſtras: cæterum ab initio nõ factum
B eſt ſic. *Dico autem uobis, quod quicunq; repudiauerit uxorem *Matth.5.d.*
ſuam, niſi ob ſtuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium. *Marc.10.a.*
Et qui repudiatam duxerit, is adulterium committit. *Luc.16.c.*
Dicunt ei diſcipuli eius: Si ſic eſt cauſſa hominis cum uxore, nõ
expedit contrahere matrimoniũ. Ille uero dixit eis: Non omnes
capaces ſunt dicti huius, ſed hi quibus* datum eſt. *Sunt enim eu- *Sap.8.e*
D nuchi, qui de utero matris, ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti
ſunt eunuchi ab hominibus: & ſunt eunuchi, qui ſeipſos eunuchos
fecerunt, propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere capiat.
*Tunc oblati ſunt ei puelli, ut manus eis imponeret, & oraret: *Marc.10.b*
diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus uero dixit *eis*: Sinite puel- *Luc.18.b*
C los & ne prohibeatis eos ad me uenire: talium eſt enim regnum
cœlorum. Et quum impoſuiſſet eis manus, profectus eſt illinc.

Marc.10.b * Et ecce, unus accedẽs, dixit illi: Magiſter bone, quid boni fa- C
Lucæ.18.c ciam, ut habeam uitam æternam? Ille autem dixit ei: Quid me di-
Pſal.118.i cis bonum? Nullus * eſt bonus, niſi unus, * nempe * Deus. Quod ſi
Exodi.20.a uis ad uitam ingredi, * ſerua mandata. Dicit illi: Quę? Ieſus autẽ
Deut.4.a dixit: Non facies homicidiũ, Non cõmittes adulteriũ, Non facies
5.c. furtũ. ᵃNõ falſũ dices teſtimoniũ. Honora patrẽ & matrẽ. * Et dili
Gala.5.b ges proximũ tuũ, ut te ipſũ. Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc ſer-
uaui a iuuẽtute mea, ᵇquid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus: * Si uis
Lucæ.12.d. perfectus eſſe, abi, uende quæ habes, & da pauperibus: & habebis
Matth.6.c * theſaurũ in cœlo, & ueni ſequere me. Quum autẽ audiſſet adole-
ſcens eum ſermonem, abijt triſtis: erat enim habens poſſeſſiones
multas. * Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico uobis, diues D
Marc.10.c. difficile intrabit in regnũ cœlorũ. Et iterum dico uobis: Facilius
Lucæ.18.c eſt, camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem in regnum
Dei ingredi. Auditis autem his, diſcipuli perculſi fuerunt ualde, di
centes: Quis ergo poteſt ſaluus fieri? Intuitus autem * illos * Ieſus
Zacha.8.a dixit illis: * Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deũ autem
omnia poſſibilia ſunt.

Marc.10.c * Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: * Ecce, nos reliquimus om-
Lucæ.18.c nia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit il-
* Mat.4.c lis: Amen * dico uobis, quòd uos qui ſequuti eſtis me, in regenera-
Lucæ.22.b tione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis &
Sap.5.a uos ſuper ſedes duodecim, * iudicantes duodecim tribus Iſraël.

* Deu.33.b * Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut ſorores, aut
patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter no-
Iob.42.b men meum, * centuplum accipiet, & ᶜ uitę æternę ſortietur hære-
ditatem.

Matth.20.b * Multi autem primi, erunt poſtremi: & poſtremi, primi.
Lucæ.13.c

ᵃ *Quod ergo Deus coniunxit, nemo ſeiungat.* ᵇ *Quum Spado & Eunuchus hic ſignificatione conueniant (ſunt enim quibus detracti ſunt colei,) nihil uetuit, uocem Eunuchi altera reddi, quæ iuxta ſuam etymologiam, rem propius exprimat.* ᶜ ὀυ ψευδομαρτυρήσεις *id eſt, non falſò teſtificaberis.* ᵈ τί ἔτι ὑστερῶ, *qua re adhuc deſtituor?* ᵉ *& uitæ æternæ hæreditatem cernet.*

CAPVT VIGESIMVM.

Nam

A NAm ſimile eſt regnum cœlorum homini patrifamiliâs, qui
exijt primo ſtatim diluculo, ad conducendos operarios in
uineam ſuam. Pactus autem cum operarijs, denario in diē,
miſit eos in uineam ſuam. Et egreſſus circiter [a] horā tertiam, ui-
dit alios ſtātes in foro ocioſos, & illis dixit: Abite & uos in uineā,
& quodcunque iuſtum fuerit, dabo uobis. Illi autē abierunt. Rur-
ſum autem exijt circiter ſextam & nonam horā, & fecit ſimiliter.
Circa undecimā uero horā exijt, & inuenit alios ſtātes ocioſos, ac
dicit illis: Quur hîc ſtatis totum diē ocioſi? Dicunt ei: quia nemo
nos conduxit. Dicit illis: Abite & uos in uineam, & quicquid
fuerit iuſtum, accipietis. Quum autem ueſpera facta eſſet, dicit do
minus uineę procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mer-
cedem, exorſus à poſtremis uſque ad primos. Et quum ueniſſēt,
qui circa undecimā horā *uenerant,* acceperunt ſinguli denariū.
B Venientes autem primi, arbitrati ſunt, quod plus eſſēt accepturi,
& acceperunt ipſi quoque, ſinguli denarium. Et quum accepiſſēt
murmurabant aduerſus patrem familiâs, dicentes: Hi poſtremi
[b] unam horam operati ſunt, & illos nobis pares feciſti, qui porta-
uimus pondus diei & æſtum.

At ille reſpondes uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniu-
riam. Nonne denario pactus es mecum? Tolle quod tuum eſt, &
abi. Volo autem huic poſtremo dare, ſicut & tibi. * An non licet Roma.11.c
mihi, quod uolo, facere in rebus meis? Num oculus tuus [c] malus
eſt, quia ego bonus ſum? * Sic erunt poſtremi, primi: & primi, Matth.19.d
poſtremi.* Multi enim ſunt uocati: pauci, uero electi. Marc 10. c
* Et aſcendens Ieſus Hieroſolyma, adſumpſit duodecim diſci- Luc.13.c
pulos ſeorum in uia, & dixit illis: Ecce, cōſcēdimus Hieroſolyma, *Mat.22.b
& filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis: & Marc.10.d
condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illuden- Lucæ.18.d
dum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die reſurget,
C * Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedęi, cum filijs ſuis,
adorans, & petens aliquid ab eo. At ille dixit ei: Quid uis? Ait Marc.10.d.
illi: Dic, ut ſedeant hi duo filij mei, unus tibi à dextris, & alter à
ſiniſtris, in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis
quid petatis. Poteſtis bibere poculum, quod ego bibiturus ſum?

& baptiſmate, quo ego baptizor, baptizari? Dicũt ei: Poſſumus.
Ait illis: Poculum quidem meum bibetis, & baptiſmate, quo ego
baptizor, baptizabimini: ſedere autem mihi à dextris & ſini-
Math.5.c ſtris, non eſt meum dare, ſed ⁺ ĳs contingit⁺, * quibus eſt para-
tum à patre meo. Et quum audiſſent decem, indignati ſunt de
Marc.9.d duobus fratribus. Ieſus autem cum aduocaſſet eos, dixit: * Scitis
10.e. quod principes gentium dominentur ipſis: & qui magni ſunt, po- D
Luc.9.c 22.b teſtatem exercent in ipſas. Non ita erit inter uos, ſed quicunque
uoluerit inter uos magnus fieri, ſit ueſter miniſter: & qui uolue-
rit inter uos primus eſſe, ſit ueſter ſeruus. Sicut filius hominis non
uenit, ut ſibi miniſtraretur, ſed ut ipſe miniſtraret: utque daret
animam ſuam, redemptionem pro [d] multis.

Mar.10.e * Et egredientibus illis ab Hiericho, ſequuta eſt cũ turba multa.
Luc.18.d Et ecce, duo cæci ſedentes iuxta uiam, quum audiſſent, quod Ie-
ſus preteriret, clamauerunt, dicentes: Miſerere noſtri Domine,
fili Dauid. Turba autem increpabat eos, ut tacerent, at illi magis
clamabant, dicentes: miſerere noſtri domine, fili dauid. Et ſtetit Ie-
ſus, & uocauit eos, & dixit: Quid uultis faciam uobis? Dicunt illi:
Domine, ut aperiantur oculi noſtri. Intimè autẽ miſertus⁺ eorum⁺
Ieſus, tetigit oculos eorum: & confeſtim uiſum receperunt oculi
illorum, & ſequuti ſunt eum.

[a] *Hebræi ſcribunt, mille & octoginta momenta, (quæ ipſi uocant helacim) conficere horam. Et habent totidem horas, quot nos, hoc eſt 24: duodecim enim ſunt horæ diei, ut atteſtatur Chriſtus Ioannis undecimo. Diſtinguantur igitur horæ diei, ab horis, uigiliarum noctis, ita, ut ſex tempore antemeridiano numerentur, & totidem, tempore pomeridiano.*

[b] *Quia uenerant in uineam ad horam undecimã, quæ Hebræis eſt, hora quinta pomeridiana, & ſexta hora (quam illi duodecimam horam diei adpellant) clauditur dies,* [c] *Malus pro inuidus, malitioſus aut malignus: & bonus, pro benignus, hic uſurpantur.* [d] *Sermo eſt de tota multitudine populi. Ita hæc pharaſis græca pariter & Hebræa, non eſt negligenda.*

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

Mat.11.a. ET * quum adpropinquaſſent Hieroſolymis, & ueniſſent A
Luc.19.c Bethphage, ad montem oliuarum, tunc Ieſus emandauit
duos diſcipulos, dicens eis: Ite in uicum, qui eſt è regione
ueſtri, & ſtatim inuenietis aſinam adligatam, & pullum cum ea:
ſoluite & adducite mihi. Et ſi quis, uobis aliquid dixerit, dicetis:
Dominus his opus habet: & confeſtim emittit eos. Hoc autem
totum

totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per prophe-
tam, dicentem: Dicite filię Sion: * Ecce, rex tuus uenit tibi man- Zach.9.b
ſuetus, & ſedens ſuper aſinam, & pullũ filium ſubiugalis. Profecti Eſai.62.c
autem diſcipuli, fecerunt ſicut præceperat ipſis Ieſus. Et adduxe
runt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper illos pallia ſua, &
eum ſuper illam collocârunt. * Plurima autem turba ſtrauerunt Ioan.12.b
pallia ſua in uia. Alij uerò cædebant ramos de arboribus, & ſter-
nebant in uia. Porrò turbæ, quę præcedebant, & ſequebantur, cla
mabant, dicentes: Hos anna filio Dauid, benedictus * qui uenit in Pſal.117.c
nomine Domini: Hos anna in altiſſimis
B * Et quum intraſſet Hieroſolyma, commota eſt uniuerſa ciui- Marc.11.b
tas, dicens: Quis eſt hic? Turbę autem dicebant: * Hic eſt Ie- Luc.19.d
ſus, ille propheta à Nazareth Galilęæ. Et intrauit Ieſus in templũ Ioan.2.b Ioan.7.d
Dei, & eijciebat omnes uendentes, & ementes in templo menſaſq́ꝫ
nummulariorum, & cathedras uendentium columbas, ſubuertit.
Et dicit eis: Scriptum eſt: * Domus mea, domus orationis uoca-
bitur. At uos feciſtis illam, ſpeluncam latronum. Et acceſſerunt ad 3.Reg.8.d Eſai.56.b
eum cæci & claudi in templo, & ſanauit eos. Hiere.7.a

Cum uidiſſent principes ſacerdotum & ſcribę mirabilia quę fe
cerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hos anna filio
Dauid, indignati ſunt, & dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt? Ie-
ſus autem dicit eis: [b]Etiam. Nunquam legiſtis: * Ex ore in-
fantium & lactentium perfeciſti laudem? Et relictis illis, exijt Pſal.8.a
* è ciuitate in Bethaniam, & diuerſatus eſt illic. *Manè autem Ioan.8.a
reuertens in ciuitatem, eſurijt. Et quũ uidiſſet * fici arborem unã Marc.11.c
in uia, uenit ad eam: & nihil inuenit in ea, niſi folia tantũ, & ait Luc.18.a
illi: Ne poſt hac ex te fructus naſcatur in æternum. Et arefacta
eſt continuò ficus. Et eo uiſo, diſcipuli mirati ſunt, dicentes: Quo-
C modo continuò arefacta eſt ficus? [c] Reſpondens autem Ieſus, dixit Matth.17.c
eis: * Amen dico uobis, ſi habueritis fidem, & nõ hæſitaueritis, nõ Luc.17.a
ſolũ hoc, quod accidit ficui, facietis: uerum etiã ſi monti huic dixe- *Mar.11.c
ritis, tollitor & mittitor in mare, fiet. Et omnia, *quæcunq́ꝫ petie- Ioan.4.b
ritis in deprecatione, credentes, accipietis. 15.a.16.c
*Et quũ ueniſſet in templũ, acceſſerũt ad eũ docentẽ, principes *Luc.20.a *Marc.11.d
ſacerdotum & ſeniores populi, dicẽtes: *Qua autoritate hęc facis? *Exodi.2.b

Et Act.4.a 7.a

Et quis tibi dedit iſtam autoritatem? Reſpondens autem Ieſus, dixit eis: Interrogabo uos & ego ſermonem unum, quem ſi dixeritis mihi, & ego uobis dicam, qua autoritate hæc faciam. Baptiſmus Ioannes unde erat? è cœlo, an ex hominibus? At illi diſputabant apud ſe, dicentes: Si dixerimus, è cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidiſtis illi? Sin autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam, * Omnes enim habent Ioannem, ut prophetam. Et reſpondentes Ieſu, dixerunt: Neſcimus. Ait illis & ipſe: Nec ego dico uobis, qua autoritate hęc faciam.

Mat. 4. a.

Quid autem uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad priorem, dixit: Fili, abi hodie, operare in uinea mea. Ille autē reſpondens, dixit: Nolo. Poſtea uero pœnitētia motus, abijt. Et accedens ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpondens, dixit: Ego Dñe, & non abijt. Vter è duobus fecit uoluntatem patris? Dicunt ei: Prior. Dicit illis Ieſus. Amen dico uobis: quod publicani & meretrices pręcedunt uos in regnum Dei. * Venit enim ad uos Ioannes, per uiam iuſtitię, & non credidiſtis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autē quum uidiſſetis, non fuiſtis commoti pœnitentia poſtea, ut crederetis ei.

Matth. 3. c.

Aliã parabolam audite. * Homo quidam erat paterfamiliâs, qui plãtauit uineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim: & locauit eam agricolis, & peregrè profectus eſt. Quum autem tempus fructuum adpropinquaſſet, emiſit ſeruos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus ipſius. Et agricolę adprehenſis ſeruis eius, alium cæciderunt, alium occiderunt, aliũ uerò lapidauerunt. Iterùm emiſit alios ſeruos, plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Poſtremò autem emiſit ad eos filium ſuum, dicens: Reuerebuntur filium meum. Agricolæ autem uiſo filio dixerunt intra ſe: Hic eſt * hæres, * uenite occidamus eum: & occupemus hæreditatem eius. Et adprehenſum eum, eiecerunt extra uineam, & occiderunt.

Gene. 9. c
Eſai. 5. a
Hiere. 12. b.
Marc. 12. a
Lucæ. 20. a
Hebr. 1. a
** Gen. 37. c*

Quũ ergo uenerit dominus uineę, quid faciet agricolis illis? Dicunt illi: malos malè perdet illos, & uineam * ſuam * locabit alijs agricolis, qui reddent ei, fructus temporibus ſuis.

Dicit

Dixit illis Ieſus: Nunquam legiſtis in ſcripturis: *Lapidem quē Pſal.117.c
reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino
factum eſt hoc, & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo dico
uobis, auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti, facienti
fructus eius.* Et qui ceciderit ſuper lapidem hunc, confrīgetur: Zacha.12.a
ſuper*quēcunq; uerò ceciderit, conteret eum.*Et quum audiſſent *Dani.2.e
principes ſacerdotum ac Phariſæi parabolas eius, cognouerunt, *Mar.11.c
quòd de ipſis diceret: & quærentes illi manus iniſcere, timuerunt Lucæ.19.d
turbas: *quoniam tanquam prophetam eum habebant. Et reſpon- & .20.b.
dens Ieſus, iterum dixit eis per parabolas, & ait. *Ioan.7.d

*a Verbum uocabitur pro erit aut fuerit, in literis ſacris frequentiſſimum eſt. Ita uocaberis pro eris. &c. Obſeruato idiotiſmum Hebræum. b Vtiq; *audio* c Sermonem quendam, aut uos quiddā interrogauero. d Fecit quod uoluit pater, ut fideliter uertit Eraſmus.*

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

A SImile*factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit Lucæ.14.b
nuptias filio ſuo. *Et emandauit ſeruos ſuos, ut uocarent *Apoc.19.b
inuitatos, ad nuptias: & nolebant uenire. Rurſum emāda-
uit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce, prandium meū pa-
raui, tauri mei, & altilia mactata ſunt, & omnia parata: uenite ad
nuptias. Illi aūt neglexerunt, & abierunt alius quidē in proprium
agrum alius uerò ad negotiationē ſuā. Reliqui uerò tenuerūt ſer-
uos eius, & contumeliſs adfectos, occiderūt. Rex aūt quum audiſ-
ſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos:
& ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ qui-
dem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite er-
go ad diuerticula uiarum, & quotcunque inueneritis, uocate ad
nuptias. Et egreſſi ſerui a illi in uias, cōgregauerūt ōnes quotquot
B inuenerunt, malos pariter ac bonos: & impletę ſunt nuptię diſcū-
bentibus. Ingreſſus autem rex ut uideret diſcumbentes, uidit illic
hominem, non ueſtitum ueſte nuptiali, & ait illi. Amice, quomodo
huc intraſti, non habens ueſtem nuptialem? At ille obmutuit.
Tūc* dixit rex miniſtris: Ligatis pedibus & manibus eius, eiſcite Math.13.f.
eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus ille, & ſtridor den- & .15.c.
tium.*Multi enim ſunt uocati, pauci uerò electi. *Mar.20.b
*Tunc profecti Phariſæi, conſilium ceperunt, quo pacto illa- *Mar.12.a

 Lucæ.20.c
quearent Ioan.7.d

quærent eũ in ſermone. Et ad illum emandant diſcipulos ſuos cũ
Herodianis, dicentes: Magiſter ſcimus, quod uerax ſis, & uiam
Dei in ueritate doceas, neq; labores de quoquã: non enim intueris
perſonam hominũ. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur? Licet cen-
ſum dare Cæſari, an non? Cognita autẽ Ieſus malitia eorũ, dixit:
Quid me tentatis hypocritæ? Oſtẽdite mihi numiſma cenſus. At
illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Cuius eſt imago hæc, & in- C
Matt.7.b. ſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris. Tunc ait illis: * Reddite ergo quæ
Roma.13.b ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei Deo. Et his auditis, mirati
ſunt: & omiſſo eo, abierunt.

Marc.12.b * In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt nõ eſſe re-
Luc.20.d ſurrectionem, & interrogauerunt eũ, dicentes: Magiſter, Moſes
Acto.23.a dixit: Siquis * mortuus fuerit, non habens liberos, ut ducat frater
* Deu.25.a eius uxorem illius: & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autem apud
nos ſeptem fratres, & primus uxorę ducta, defunctus eſt: ac non
habens ſemen, reliquit uxorem ſuã fratri ſuo. Similiter & ſecũdus
& tertius, uſq; ad ſeptẽ. Poſtremum aũt omnium defuncta eſt &
mulier. In reſurrectione ergo cuius ẽ ſeptem illis, erit uxor? Om-
nes enim habuerunt eam. Reſpondens autẽ Ieſus, dixit illis: Erra-
tis, non ſcientes ſcripturas, neq; potentiam Dei. In reſurrectione
enim, neq; matrimonium contrahũt, neq; elocantur, ſed ſunt ſicut
angeli Dei in cœlo.

De reſurrectione uerò mortuorum non legiſtis, quod uobis D
Exod.3.a. dictum eſt à Deo, qui ait: * Ego ſum Deus Abrahã, & Deus Iſaac
Hebræ.11.c & Deus Iacob. Deus, non eſt Deus mortuorum, ſed uiuentium.
Et quum audiſſent turbæ, ſtupuerunt de doctina eius.

Mar.12.c * Phariſæi aũt quum audiſſent, quòd obturaſſet os Sadducæis,
Lucæ.10.c conuenerunt in unum, & interrogauit eum unus ex eis, legis do-
ctor quiſpiam, tentans eum & dicens: Magiſter, quod eſt mandatũ
Deut.6.b magnũ in lege? Dixit aũt illi Ieſus: * Diliges Dominũ Deũ tuũ, in
& 30.b. toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt
primum, & magnum mandatum. Secundũ autem ſimile *eſt* huic
Leui.19.e * Diliges proximum tuum, perinde atq; te ipſum. In his duobus
Rom.13.b mandatis tota lex, & prophetæ pendent.

Mar.12.d * Congregatis autem Phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens:

Quid uobis uidetur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei: Daui-
dis. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu uocat eũ Dominũ
dicens: *Dixit Dominus domino meo, ſede à dextris meis. Donec Pſal.109.a.
ponam inimicos tuos, ſubſellium pedum tuorum. Si ergo Dauid
uocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat
ei reſpondere uerbum, neq; auſus fuit quiſquam, ex eo die eum
amplius interrogare.

ª *Illi, habet textus græcus, & non eius.*

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

TVnc Ieſus loquutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos,
dicens: In cathedra Moſi conſederũt ſcribæ & Phariſæi,
A *omnia ergo quæcunq; iuſſerint uos ſeruare, ſeruate, & fa- Deut.17.c.
cite: ſecundum uerò opera eorũ, nolite facere: dicunt enim, & non
faciunt *Colligant enim onera grauia, difficilia'q; portatu, & im- Eſa.10.a. & 28.b.
ponunt in humeros hominũ: cæterũ digito ſuo nolunt ea mouere. Lucæ.11.d.
*Omnia uerò opera ſua faciũt in hoc, ut ſpectẽtur ab hominibus. *Mar.12.d
Dilatant aũt philacteria ſua, & magnificãt fimbrias palliorũ ſuo- Luc.20.e.
rum: amant'q; primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in
ſynagogis, & ſalutationes in foris, & uocari ab hominibus, rabbi.
*Vos aũt nolite uocari Rabbi, unus eſt enim magiſter ueſter,
ªnempeª Chriſtus: omnes aũt uos, fratres eſtis. Et patrẽ nolite uo- Iacob.3.a.
B care uobis in terra: unus eſt enim pater ueſter, qui eſt in cœlis.
Nec uocemini magiſtri: unus enim ueſter eſt magiſter, ªnempeª
Chriſtus. Qui maximus eſt ueſtrũ, erit miniſter ueſter. *Qui aũt Luc.14.b.
ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. & 18.b
*Væ aũt uobis Scribæ & Phariſæi, hypocritæ, quia clauditis Luc.11.e
regnum cœlorum ante homines: uos enim non intratis, neq; in-
greſſuros ſinitis intrare.
*Væ uobis Scribæ & Phariſæi, hypocritæ, quia comeditis do- Luc.20.e.
mos uiduarum, id'q; occaſione oſtentationis, prolixè precantes,
propter hoc accipietis grauius iudicium.
Væ uobis Scribæ & Phariſæi, hypocritæ, quia circũitis mare
& aridam, ut faciatis unum proſelytum: & quum fuerit factus, fa-
C citis eum filium gehennæ, duplo magis quàm uos eſtis.
Væ uobis duces cæci, qui dicitis; Quicunq; iurauerit p templum

nihil eſt: qui autem iurauerit per aurum templi, debet. Stulti &
cæci, utrũ enim maius eſt, aurũ an templũ, quod ſanctificat aurũ?
Et quicunque iurauerit per altare, nihil eſt: quicunque autem iu-
rauerit per donũ, quod eſt ſuper illud, debet. Stulti ac cæci, utrũ
enim maius *eſt, *donũ an altare, quod ſanctiſicat donum? Qui
ergo iurauerit per altare, iurat per ipſum: & per omnia, quę ſuper
illud ſunt. Et qui iurauerit per templum, iurat per ipſum: & per
Matth.5.d eum, qui habitat in ipſo. * Et qui iurauerit per cœlum, iurat per
Luc.11.d thronum Dei: & per eum, qui ſedet ſuper eum.
* Væ uobis ſcribæ & Phariſæi hypocritę, quia decimatis men-
tham, & anethum & cyminum: & reliquiſtis quę grauiora ſunt
legis, iudicium, & miſericordiam ac fidẽ. Hæc oportuit facere, &
illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem
Luc.11.d glutientes.
* Væ uobis ſcribæ & Phariſęi hypocritæ, quia purgatis exte-
Tit.1.c riorem poculi patinæque partem, cęterum intus plena ſunt rapina
& intẽperantia. Phariſęe cæce, * purga prius quod eſt intra pocu-
lum & patinam, ut & exterior horum pars pura reddatur. D
Væ uobis ſcribę & phariſęi hypocritę, quia ſimiles eſtis ſepul-
chris dealbatis, que foris quidẽ adparent ſpecioſą, intus uero plena
ſunt oſſibus mortuorum, omnique ſpurcitia: ſic & uos foris quidẽ
adparetis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi &
iniquitate.
Luc.11.e *Væ uobis ſcribę & Phariſæi hypocritę, quia ædificatis ſepul-
chra prophetarum, & ornatis monumẽta iuſtorum, & dicitis: Si
fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non fuiſſemus ſocij eorum
1Theſ.2.c in ſanguine prophetarum. *Itaque teſtimonio eſtis uobiſmetipſis,
quod filij ſitis eorum, qui prophetas occiderunt. Vos quoque im-
plete menſuram patrũ ueſtrorum. Serpentes, progenies uiperarũ,
Matth.10.b quomodo effugeritis iudicium gehennę?
Luc.11.e * Ideo ecce, ego emando ad uos prophetas & ſapientes, & ſcri- E
Ioan.16.a bas: & illorum aliquot occidetis, crucifigetisque: & illorum non-
Act.5.c.7.g nullos flagellabitis in ſynagogis ueſtris, & perſequemini de ciui-
tate in ciuitatem, ut ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus, qui ef-
Gene.4.b fuſus eſt ſuper terram, a ſanguine * Abel iuſti, uſque ad ſanguinẽ
Zacharię,

* Zacharię, filij Barachię, quē occidiſtis inter templum & altare. *2.Para.
Amen dico uobis, uenient hæc omnia ſuper generationem iſtam. 24.d.
*Hieruſalem Hieruſalē, quę occidis prophetas, & lapidas eos, qui Luc.13.c
ad te ipſam emandati ſunt: * quoties uolui cōgregare filios tuos, 4.Eſd.1.e
quemadmodum * gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & no- Pſal.68.d
luiſtis? Ecce, *relinquitur uobis domus ueſtra deſerta. Dico enim
uobis, haudquaquam me uidebitis poſt hâc, donec dicatis: Bene-
dictus, qui uenit in nomine Domini.

* *Vocabulū Græcum ὄρνις ſonat auis, eſtq́; nomen magis cōmune, quàm eſt nomē gallinæ.*

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

Luc.21.a
A ET *egreſſus Ieſus, diſcedebat à templo, & acceſſerunt di- Mar.13.a
ſcipuli eius, ut oſtenderent ei ſtructuras templi. Ieſus autē
dixit eis: Nonne uidetis hęc omnia? Amē dico uobis, *nō Luc.19.d
relinquetur hîc lapis ſuper lapidem, qui noñ deſtruetur.

Sedente autem eo in mōte Oliuarum, acceſſerūt ad eū diſcipuli
ſecretò, dicentes: * Dic nobis, quando hęc erunt? & quod ſignū Act.1.a
aduentus tui, & conſummationis ſeculi? Et reſpondēs Ieſus, dixit
eis: * Videte ne quis uos ſeducat. Multi enim uenięt in nomine Col.2.c
meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, multoſq; ſeducent.

Audituri autem eſtis bella, & rumores bellorum: uidete ne
turbemini. Oportet enim omnia fieri, ſed nondū eſt finis.* Surget 4.Eſd 13.e.
enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt peſtilentię,
& fames, & terręmotus ſingulis locis. Hæc autem omnia, initiū
dolorum.

Tunc * tradent uos in adflictionem, & occident uos: & eritis Matth.10.b
exoſi ab omnibus gentibus, propter nomen meum. Et tunc of- Marc.13.b.
fendentur multi, & alius alium inuicem tradent, ſeque odio ha- Luc.21.b
bebunt inuicem, & multi pſeudoprophetæ ſurgent, ac ſedu- Ioan.16.a
cent multos. * Et propterea, quod multiplicata fuerit iniquitas, 4.Eſd.14.b
frigeſcet charitas multorum.* Qui autem perſeuerauerit uſque in Matth.10.c
finem, hic ſaluus erit. *Et prædicabitur hoc Euangelium regni in *Mar.13.b
uniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc ueniet
ille finis.

B *Cū ergo uideritis abominationē deſolationis, (quę dicta eſt per Mar.13.b
Danielē prophetā,) ſtantē in loco ſancto: qui legit, intelligat. Tūc Luc.21.c
*ani.9.e.

qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes: qui in tecto, ne deſcendat,
ut tollat quicquàm è domo ſua:& qui in agro,ne reuertatur à ter
go,ut tollat pallia ſua. Væ aũt prægnãtibus,& lactãtibus in die
bus illis.Orate autem,ut non fiat fuga ueſtra,hyeme, neq; ſabba-
Danie.12.a to.*Erit enĩ tũc adflictio magna, qualis nõ facta eſt ab initio mũ
di, ad hoc uſq; tempus, neq; fiet. Et niſi decurtati fuiſſent dies il-
li,non fieret ſalua omnis caro:ſed propter electos,decurtabuntur
dies illi.

Mat.13.b *Tunc ſi quis uobis dixerit: Ecce,hîc Chriſtus,aut illic,nolite
Luc.17.c credere. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & da-
2.Theſ.2.b bunt *ſigna magna, & prodigia: ita ut in errorem inducantur,
Deut.13.a ſi fieri poſſit, etiam electi. Ecce,prædixi uobis. Si ergo dixerint C
uobis:ecce,in deſerto eſt, nolite exire:ecce, in cellis, nolite crede-
re.Sicut enim fulgur exit ab Oriente,& adparet uſq; in Occiden-
Iob.39.d. tem, ita erit aduentus filij hominis. *Vbicunq; enim fuerit cada-
uer, illic congregabuntur aquilæ.

Mar.13.c *Statim autem poſt adflictionem dierum illorum,ſol obſcura-
Luc.21.c bitur,& luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo,&
Ioel.2.b uirtutes cœlorum commouebuntur:& tunc adparebit ſignum fi-
Act.1.b lij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ,*& ui-
debunt filium hominis uenientem in nubibus cœli, cum uirtute
2.Theſ.4.c & gloria multa. *Et emandabit angelos ſuos cum tubæ uoce ma-
Mar.13.d. gna,& congregabunt electos eius,à quatuor uentis,à ſummis cœ
lorum,uſq; ad ſumma eorum.

Luc.2.d. *Ab arbore autem fici,diſcite ſimilitudinem, quum iam ramus
eius tener factus fuerit, & folia fuerint enata, ſcitis quòd prope
ſit æſtas.Ita & uos, quum uideritis hæc omnia, ſcitote quòd pro-
pè ſit in foribus. Amen dico uobis, non præterierit generatio hęc
Eſa.40.a donec omnia iſta fiant. Cœlum & terra præteribunt, *uerba au-
& 51.b. tem mea non præteribunt. *Cæterùm de *die illo & hora nemo
*Act.1.a nouit,ne angeli quidem cœlorum: niſi pater meus ſolus.

Gene.6. *Sed ſicut erant dies Noæ,ita erit & aduentus filij hominis.Si- D
& 7.c. cut enim erant in diebus, qui præceſſerunt diluuium, edentes &
Luc.17.c. bibentes,contrahentes matrimonium, & nuptum dantes, uſq; ad
eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, do-

nec

nec ueniſſet diluuium,& ſuſtuliſſet uniuerſos:ita erit & aduentus
filij hominis. Tunc *duo erunt in agro,unus adſumitur , & alter Luc.17.d.
relinquitur. Duæ molentes in mola,una adſumitur, & altera re-
linquitur.

*Vigilate ergo , quia neſcitis qua hora dominus ueſter uentu- Mat.25.a
rus ſit. Illud autem ſcitote,quòd ſi ſciſſet paterfamiliâs, *qua uigi- Mar.13.d
lia fur uenturus fuiſſet, uigilaſſet utiq;,& non ſiuiſſet perfodi do- Luc.12.d
mum ſuam. Ideo & uos reddamini parati, quia qua hora non puta- *Apo.16.c.
tis,filius hominis uenturus eſt. *Quiſnam eſt fidelis ſeruus & pru Mat.25.b
dens,quem præfecit dominus famulitio ſuo, ut det illis alimentum
in tempore? * Beatus ſeruus ille , quem quum uenerit dominus Apo.16.c
eius,inuenerit ſic facientem. Amen dico uobis,quòd ſuper omnia
bona ſua conſtituet eum. * Quòd ſi dixerit ſeruus ille malus in Pro.13.b.
corde ſuo : Cũctatur dominus meus uenire, cœperitq; percutere
conſeruos, imò edere & bibere cum ebrijs , ueniet dominus ſerui
illius, in die,qua non expectat,& hora qua ignorat, & diſſecabit
eum, partemq; eius ponet cum hypocritis, ibi erit ploratus ille &
ſtridor dentium.

** Nouimus quidem ſeptimum diem, qui Iudæis Sabbatum fuit, eſſe figuram æterni Sabbati,æternæq; requiei,quæ tandem reuelabitur,& glorioſa conſpicietur poſt ſex illos dies mundi. De die tamen illo & hora nemo ſcit, quia mundus licet ſuam ætatem adumbratam habeat per ſex dies hebdomadæ,hoc eſt,ſex chiliadas annorum,tamen propter decurtationem dierum ſextæ chiliadis,manet incertus dies iudicij. Si Hebræis hiſtoriographis credimus, annus uitæ noſtræ à mundo condito eſt, 5298. Porrò an mundus ſub lege naturæ durârit bis mille annos, & totidem ferè ſub lege ſcripta, ſiue Moſaica, aliorum iudicium eſto. Certè annos nouæ legis, quæ & lex gratiæ adpellatur, quilibet Chriſtianus in numerato habet. Sed ne cui hic prolixior eſſe uidear , iudices Sanhedrin prudens prætereo. Similiter & Rabi Zira , qui mundi ætatem è ſuis alphabeticis literis docere conatus eſt.*

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

A TVnc ſimile fiet regnum cœlorum decem uirginibus, quæ
ſumptis lãpadibus ſuis,exierũt in occurſum ſpõſo. Quinq;
aũt ex eis erãt fatuę,& quinq; prudẽtes. Quæ erãt fatuæ,
acceptis lampadibus ſuis, non ſumpſerant oleum ſecum. Pruden-
tes uerò ſumpſerant oleum in uaſis ſuis, * una * cum lampadibus.

Cunctan-

Cunctante uerò ſponſo, dormitauerunt omnes, ac dormierunt. Porrò medio noctis clamor factus eſt: Ecce, ſponſus uenit, exite in occurſum ei. Tunc ſurrexerunt omnes uirgines illæ, & adornauerunt lampades ſuas. Fatuæ autem prudentibus dixerunt: Date nobis de oleo ueſtro, quia lampades noſtræ extinguntur. At prudentes reſponderunt, dicentes: Nequando non ſufficiat nobis & uobis: ite uerò potius ad eos, qui uendunt, & emite uobiſipſis. Porrò dum abirent emptum, uenit ſponſus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, clauſaq; eſt ianua. Poſtea uerò

Matth. 7. b. uenìunt & reliquæ uirgines, dicentes: *Domine, Domine, aperi

Luc. 6. e. nobis. At ille reſpondens, dixit: Amen dico uobis, non noui uos.

Mat. 24. d. Vigilate itaq;, quia neſcitis diem neq; horam, in qua filius homi-

Mar. 13. d nis ueniet.

Luc. 12. d. & 21. d Mar. 13. d. Luc. 19. a.

*Sicut enim homo quidam peregrè proficiſcens, uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua: & huic quidem dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij uerò unum: unicuiq; ſecundum * propriam poteſtatem, & peregrè profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat, & negotiatus eſt per ea, & confecit altera quinq; talenta. Similiter & qui duo *acceperat, * lucratus eſt & ipſe altera duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terra, & abſcondit pecuniam domini ſui. Poſt multum uerò temporis, uenit dominus ſeruorum illorum, & ſubducit rationem cũ eis: & accedens qui quinq; talenta acceperat, attulit altera quinq; talenta, dicens: Domine, quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce, altera quinq; talenta lucratus ſum per ea. Ait autem illi dominus

Mat. 24. d eius: * Bene ſerue bone, & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Accedens autem, & qui duo talenta acceperat, dixit. Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce, altera duo talenta lucratus ſum per ea. Ait illi dominus eius: bene, ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Accedẽs autem & qui unum talentum acceperat, dixit: Domine, noueram te, quòd homo durus ſis, metens ubi non ſeminaſti, & inde congregans, ubi non ſparſiſti: ac territus abij, abſcondiq; talentum tuum in terra. Ecce, habes quod tuum eſt. Reſpondens

autem

autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas, quod metam ubi non ſeminaui, & congregem illinc ubi nõ ſparſi: oportuit ergo te committere pecuniam meã menſarijs, & ueniens ego recepiſſem utiq;, quod meum eſt, cum uſura. Tollite itaq; ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. *Omni enim habenti, dabitur, & abundabit: Qui uerò non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. *Et inutilem ſeruum, eĳcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus ille, & ſtridor dentium.

Mat.25.b. Mar.4.c. Luc.8.b.9.e *Mat.5.f.

*Quum autem uenerit filius hominis in gloria ſua, & omnes ſancti angeli cum eo, tunc ſedebit in ſede gloriæ ſuæ: *& congregabuntur ante eum omnes Gentes, & ſeparabit eos, alteros ab alteris, ſicut paſtor ſeparat oues ab hœdis: & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his, qui à
B dextris ſibi erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum *paratum uobis à primordio mundi. *Eſuriui enim, & dediſtis mihi edere: ſitiui, & potu recreaſtis me: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: *infirmus fui, & uiſitaſtis me: *in carcere eram, & ueniſtis ad me.

2.Theſ.1.b. Eche.34.c Mat.20.e. *Eſa.58.b. Ezech.18.a *Eccle.7.d *2.Tim.1.c

Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te uidimus eſurientem, & pauimus? aut ſitientem, & potu recreauimus?
D Quando autem te uidimus hoſpitem, & collegimus? aut nudum, & cooperuimus? quãdo aũt te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico uobis quatenus feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

*Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: ite à me maledicti, *in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi cibum: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: Hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me: Infirmus, & in carcere, & non uiſitaſtis me.

Pſal.6.b. Mat.7.b. Luc.13.c. Eſa.50.b. Dani.7.b. Apoca.19.d & 20.c.

Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te uidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi: Tunc reſpondebit illis, dicens: *Amen dico uobis, quatenus non feciſtis uni de minimis his, nec mihi feciſtis. *Et abibunt, hi in ſupplicium æternum: iuſti uerò in uitam æternam.

Zacha.2.b. Hiere.50.c. Proue.14.b & 17.a. *Ioan.5.e

ᵃ *Propriam facultatẽ, aut induſtriam: prout quęq; uires negotiãdi habere cognouit.*

CAPVT VIGESIMVMSEXTVM.

ET factum eſt, quum finiſſet Ieſus ſermones hos omnes, di- A
Marc. 14.a xit diſcipulis ſuis: Scitis, * quod poſt biduum Paſcha fit,
Luc. 22.a & filius hominis traditur, ut crucifigatur.
Ioan. 18.a * Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & ſcribæ, &
*Ioan. 11.e. ſeniores populi, in aulam principis ſacerdotum, qui dicebatur
Caiaphas: & conſilium inierũt, ut Ieſum dolo caperent, & occi-
derẽt. Dicebãt autẽ: Non in die feſto, ne tumultus fiat in populo.
Marc. 14.a *Quum autẽ Ieſus eſſet in Bethania, in domo Simonis leproſi,
Luc. 7.d acceſſit ad eũ mulier, habẽs alabaſtrũ unguẽti pretioſi: & effudit
Ioan. 12.a ſuper caput ipſius recũbẽtis. Vidẽtes aũt diſcipuli eius, indignati
ſunt, dicẽtes: Ad quid perditio hæc? Potuit enim iſtud unguentũ
uenũdari magno, & dari pauperibus. Eo autẽ cognito, dixit Ieſus
illis: Quid moleſtias exhibetis mulieri? Opus eñ bonũ operata eſt
Deut. 15.b erga me. * Nã ſemper pauperes habetis uobiſcũ, me uero nõ ſẽper
habetis. ᵃ Mittẽs eñ hæc unguentũ hoc, ſuper corpus meũ, ad ſepe
liendũ me fecit. Amẽ dico uobis, ubicunq; prędicatũ fuerit Euã-
geliũ hoc in toto mũdo, dicetur &, quod fecit hæc, in memoriam
Marc. 14.b ipſius. * Tũc abijt unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcario B
Luc. 22.a tes, ad principes ſacerdotum, & dixit: Quid uultis mihi dare, &
Ioan. 13.a ego uobis tradã illum? At illi ſtatuerũt ei triginta argẽteos. Et
ex eo tẽpore quærebat oportunitatem, ut eum traderet.
Mar. 14.b * Cæterum primo ⁺die⁺ azimorũ, acceſſerũt diſcipuli ad Ieſũ,
Luc. 22.a dicẽtes ei: Vbi uis paremus tibi ad edẽdũ Paſcha? At ille dixit: Ite
in ciuitatẽ ad quendã, & dicite ei: Magiſter dicit: tẽpus meũ pro-
pe eſt, apud te facio Paſcha, cũ diſcipulis meis. Et fecerũt diſcipuli,
ſicut conſtituit illis Ieſus: & parauerunt Paſcha.
Mar. 14.c * Veſpere autẽ facto, diſcũbebat cũ duodecim, & edẽtibus illis
Luc. 22.b. dixit: * Amẽ dico uobis, quod unus ueſtrum me proditurus eſt.
*Ioan. 15.a Et mœſti redditi uehemẽter, cœperũt ſinguli dicere: nũquid ego
ſum Domine? At ipſe reſpondens, dixit: Qui intinxit mecũ manũ
in catino, hic me proditurus eſt. Filius quidẽ hominis uadit, ſicut
ſcriptũ eſt de illo. Væ aũt homini illi, per quẽ filius hominis tradi
tur: Bonũ erat ei, ſi natus nõ fuiſſet homo ille. Reſpõdẽs aũt Iudas

qui tradidit eũ, dixit: nunquid ego ſum rabbi? Ait illi: Tu dixiſti.
C *Veſcentibus aũt eis, accepit Ieſus panem, & quum egiſſet gra Marc.14.e
tias, fregit, dedit'q; diſcipulis, & dixit: Accipite, comedite, hoc eſt Luc.22.b
corpus meũ. Et accepto poculo, actis'q; gratijs, dedit illis, dicens: 1.Cor.11.c.
Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus, qui eſt noui Te-
ſtamenti, qui pro multis [b] effunditur, in remiſſionem peccatorũ.
Dico aũt uobis: Neutiquã bibero poſt hâc ex hoc fructu uitis, uſ- Marc.14.d.
q; in diem illum, quum illud bibam uobiſcũ nouũ, in regno patris Luc.22.c
mei. Et quum hymnum dixiſſent, *exierunt in montem Oliuarũ. Ioan.18.a. *Mat.26.f
*Tunc dicit illis Ieſus: Omnes uos offendemini in me, in nocte Marc.14.d
hac. Scriptum eſt enim: *Percutiam paſtorem, & diſpergentur Ioan.16.d.
oues gregis. *Poſtquam aũt ſurrexero, præcedam uos in Galilæã. *Zach.13.b
Reſpondens *aũt Petrus, dixit illi: Et ſi omnes offendantur in te, *Act.1.a
ego tamen nunq; offendar. Ait illi Ieſus: Amen dico tibi: q; in hac *Mar.14.c
nocte antequam gallus cantet, ter me abnegabis. Ait illi Petrus: Luc.22.c
Etiam ſi oportuerit me mori tecum, neutiquã te abnegabo. Simi- Ioan.13.d.
liter & omnes diſcipuli dixerunt.
*Tunc uenit Ieſus cum illis in prædium, quod dicitur Gethſe- Marc.14.d
D mane, & dicit diſcipulis: Sedete hîc, donec digreſſus, orem illic.
Et adſumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit mœſtus eſſe
& adflictari. Tunc ait illis Ieſus. *Mœſta eſt anima mea uſq; ad Ioan.12.c
mortem: manete hîc, & uigilate mecum. *Et progreſſus puſillum, Lucæ.22.c
cecidit in faciem ſuã, orans, ac dicẽs: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tran
ſeat à me poculum iſtud. Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſi-
cut tu. Et uenit ad diſcipulos, & reperit eos dormiẽtes, & dicit Pe
tro; Adeò nõ potuiſtis unã horã uigilare mecũ? Vigilate & orate
ut ne intretis in tentationem. *Spiritus quidem promptus, at ca-
ro infirma. *Rurſum ſecundariò digreſſus, orauit, dicẽs: Pater Gala.5.c
mi, ſi non poteſt hoc poculum tranſire à me, niſi bibero illud, fiat Mar.14.e
uoluntas tua. Et uenit, & reperit eos iterum dormientes. Erant
enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit
tertiò, eundem ſermonem dicens. Tunc uenit ad diſcipulos ſuos,
& dicit illis: Dormite iam & requieſcite. Ecce, adpropinquauit
hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum. Surgite,
eamus, ecce adpropinquauit qui me tradit.

Marc.14.e. * Adhuc eo loquente, ecce, Iudas unus ex duodecim, uenit, E
Luc.22.d & cum eo turba multa cum gladijs & fuſtibus, à Principibus ſa-
Ioan.18.a. cerdotum & ſenioribus populi. Is uerò qui prodebat eum, dedit il
lis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, præhen-
dite eum: & confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue rabbi. Et de-
oſculatus eſt eum. Dixitq́ illi Ieſus: Amice, [b] quorſum ades?
Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & præhende-
runt eum. Et ecce, unus ex his, qui erant cum Ieſu, extendens ma-
num, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum Principis ſa-
Apoca.13.b cerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus: Conuer-
Gene.9.a. te gladium tuum in locum ſuum. * Omnes enim, qui accipiunt gla-
Ezech.11.b dium, [c] gladio peribunt. An exiſtimas, quòd nō poſſum modò ro-
gare patrem meum, & exhibebit mihi pluſquàm duodecim legio-
Luc.24.d. nes angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, * quòd
ſic oportet fieri.

Mar.14.f. * In illa hora dixit Ieſus turbis: Tanquàm ad latronem exiſtis
Lucæ.22.d. cum gladijs & fuſtibus, ad comprehendendum me: quotidie apud F
Eſa.53. uos ſedebam docens in templo, & non me præhendiſtis. * Hoc au
Pſal.21.69. tem totum factum eſt, ut complerentur ſcripturæ Prophetarum.
*Mat.26.c. * Tunc diſcipuli omnes relicto eo, fugerunt. * At illi præhenſum
*Mar.14.f Ieſum abduxerūt ad Caiaphā Principem ſacerdotum, ubi Scribæ
Ioan.18.b [b] & ſeniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur eum eminus
uſque ad aulam principis ſacerdotum. Et ingreſſus intrò, ſedebat
cum miniſtris, ut uideret finem.

Mar.14.f. * Principes aūt ſacerdotum & ſeniores, & totū concilium quę-
Act.6.b rebant falſum teſtimoniū cōtra Ieſum, ut morti eū traderēt: & nō
inueniebāt, etiā quum multi falſi teſtes acceſſiſſent, nō inueniebāt.
Poſtremò aūt aduenerunt duo falſi teſtes, & dixerunt: Hic dixit:
Ioan.2.c. * Poſſum deſtruere templum Dei, & in triduo ædificare illud.
Marc.14.g * Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes? Cur
Luc.22.e. iſti aduerſum te teſtificātur? Ieſus aūt tacebat. * Et reſpondens
princeps ſacerdotū, dixit illi: Adiuro te per Deum uiuentem, ut
dicas nobis, an tu ſis Chriſtus, filius Dei. Dicit illi Ieſus: Tu dixi-
Ioan.6.g. ſti. * Veruntamen dico uobis, ámodo uidebitis filium hominis ſe-
Act.1.b. dentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli.

Tunc

G *Tunc princeps ſacerdotum diſrupit ueſtimenta ſua, dicens: Mar.14.g.
Proloquutus eſt blaſphemiam: quid inſuper egemus teſtibus? Ec- Luc.22.e
ce, nunc audiſtis blaſphemiam eius, quid uobis uidetur? At illi re-
ſpondentes, dixerunt: *Reus eſt mortis. *Tunc inſpuerunt in fa- Leui.24.c.
ciem eius, & colaphis eum cæciderunt. Alij autem palmas *in faciē *Eſa.5.b
eius *impegerūt, dicentes: Vaticinare nobis Chriſte: Quis eſt, qui Ioan.8.c
te percuſſit?

*Petrus uerò ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eum una an- Mar.14.g
cillula, dicens: Et tu cum Ieſu Galilæo eras. At ille negauit coràm Luc.22.d
omnibus, dicens: Neſcio, quid dicas. Quum autem exijſſet in ue- Ioan.18.b
ſtibulū, uidit eum altera *ancillula*, & ait his, qui erant ibi. Et hic
erat cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iureiurando:
Non noui hominem. Et poſt puſillum, acceſſerunt qui ſtabant, &
dixerunt Petro: Verè, & tu ex illis es: nam & loquela tua te ma- Mar.14.b.
nifeſtum facit. Tunc cœpit execrari & iurare, quòd non noſſet Luc.22.c
hominem. Et continuò gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus
F uerbi Ieſu, qui dixerat ei: *Priuſquàm gallus cātet, ter me abnega Mat.26.c
bis. Et egreſſus foras, fleuit amarè.

[a] Effundens enim hæc unguentum hoc. [b] Effunditur, pro effundetur. Indicauit enim Chriſtus rem mox ac certò futuram. [c] Græcè ἐφʼ ὃ in quod pro quorſum. [d] Idq; ſecundum legem diuinam, quæ eius quidem ſanguinem effundendum eſſe præcipit, qui alterius ſanguinem effuderit. [e] Sunt qui cenſeant uocem Græcam πρεσβύτεροι, id eſt, preſbyteri, non magis uertendam latina uoce apud Matthæum cæterosq; euangeliſtas, quàm apud Iacobum capite quinto, cæterum pius lector iudicet.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

A MAnè *autem facto, *conſilium ceperunt omnes principes Pſal.2.a
ſacerdotum, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, ut eum *Mar.15.a
morti traderent. Et uinctum eum, abduxerunt, *& tra- Luc.23.a.
diderunt eum Pontio Pilato præſidi. Ioan.18.d
*Act.3.a

Tunc uidens Iudas, qui eum prodiderat, quòd condemnatus
eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus
ſacerdotum & ſenioribus, dicens: Peccaui, tradens ſanguinem in-
noxium. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu uideris. Et proiectis ar
genteis in templo, receſſit: *& abiens, laqueo ſe præfocauit. 2.Re.17 d.
Act.1.c.
Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Nō

Marc.14.e. * Adhuc eo loquente, ecce, Iudas unus ex duodecim, uenit,
Luc.22.d & cum eo turba multa cum gladijs & fuſtibus, à Principibus ſa- E
Ioan.18.a. cerdotum & ſenioribus populi. Is uerò qui prodebat eum, dedit il
lis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, præhen-
dite eum: & confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue rabbi. Et de-
oſculatus eſt eum. Dixitq́ illi Ieſus: Amice, [b] quorſum ades?
Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & præhende-
runt eum. Et ecce, unus ex his, qui erant cum Ieſu, extendens ma-
num, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum Principis ſa-
Apoca.13.b cerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus: Conuer-
Gene.9.a. te gladium tuum in locum ſuum. * Omnes enim, qui accipiunt gla-
Ezech.11.b dium, [c] gladio pereunt. An exiſtimas, quòd nõ poſſum modò ro-
gare patrem meum, & exhibebit mihi pluſquàm duodecim legio-
Luc.24.d. nes angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, * quòd
ſic oportet fieri.

Mar.14.f. * In illa hora dixit Ieſus turbis: Tanquàm ad latronem exiſtis
Lucæ.22.d. cum gladijs & fuſtibus, ad comprehendendum me: quotidie apud F
Eſa.53. uos ſedebam docens in templo, & non me præhendiſtis. * Hoc au
Pſal.21.69. tem totum factum eſt, ut complerentur ſcripturæ Prophetarum.
*Mat.26.c. * Tunc diſcipuli omnes relicto eo, fugerunt. * At illi præhenſum
*Mar.14.f Ieſum abduxerũt ad Caiaphã Principem ſacerdotum, ubi Scribæ
Ioan.18.b [b] & ſeniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur eum eminus
uſque ad aulam principis ſacerdotum. Et ingreſſus intrò, ſedebat
cum miniſtris, ut uideret finem.

Mar.14.f. * Principes aũt ſacerdotum & ſeniores, & totũ concilium quę-
Act.6.b rebant falſum teſtimoniũ cõtra Ieſum, ut morti eũ traderẽt: & nõ
inueniebãt, etiã quum multi falſi teſtes acceſſiſſent, nõ inueniebãt.
Poſtremò aũt aduenerunt duo falſi teſtes, & dixerunt: Hic dixit:
Ioan.2.c. * Poſſum deſtruere templum Dei, & in triduo ædificare illud.
Marc.14.g * Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes? Cur
Luc.22.e. iſti aduerſum te teſtificãtur? Ieſus aũt tacebat. * Et reſpondens
princeps ſacerdotũ, dixit illi: Adiuro te per Deum uiuentem, ut
dicas nobis, an tu ſis Chriſtus, filius Dei. Dicit illi Ieſus: Tu dixi-
Ioan.6.g. ſti. * Veruntamen dico uobis, ámodo uidebitis filium hominis ſe-
Act.1.b. dentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli.

Tunc

G * Tunc princeps ſacerdotum diſrupit ueſtimenta ſua, dicens: Mar.14.g.
Proloquutus eſt blaſphemiam: quid inſuper egemus teſtibus? Ec- Luc.22.e
ce, nunc audiſtis blaſphemiam eius, quid uobis uidetur? At illi re-
ſpondentes, dixerunt: *Reus eſt mortis. *Tunc inſpuerunt in fa- Leui.24.c.
ciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas* in faciē *Eſa.5.b
eius* impegerūt, dicentes: Vaticinare nobis Chriſte: Quis eſt, qui Ioan.8.c
te percuſſit?

*Petrus uerò ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eum una an- Mar.14.g
cillula, dicens: Et tu cum Ieſu Galilæo eras. At ille negauit coràm Luc.22.d
omnibus, dicens: Neſcio, quid dicas. Quum autem exijſſet in ue- Ioan.18.b
ſtibulū, uidit eum altera *ancillula*, & ait his, qui erant ibi. Et hic
erat cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iureiurando:
Non noui hominem. Et poſt puſillum, acceſſerunt qui ſtabant, &
dixerunt Petro: Verè, & tu ex illis es: nam & loquela tua te ma- Mar.14.b.
nifeſtum facit. Tunc cœpit execrari & iurare, quòd non noſſet Luc.22.e
hominem. Et continuò gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus
F uerbi Ieſu, qui dixerat ei: *Priuſquàm gallus cātet, ter me abnega Mat.26.c
bis. Et egreſſus foras, fleuit amarè.

[a] Effundens enim hæc unguentum hoc. [b] Effunditur, pro effundetur. Indicauit enim Chriſtus rem mox ac certò futuram. [c] Græcè ἐφ᾽ ὃ in quod pro quorſum. [d] Idq́; ſecundum legem diuinam, quæ eius quidem ſanguinem effundendum eſſe præcipit, qui alterius ſanguinem effuderit. [e] Sunt qui cenſeant uocem Græcam πρεσβύτεροι, id eſt, preſbyteri, non magis uertendam latina uoce apud Matthæum cæterosq́; euangeliſtas, quàm apud Iacobum capite quinto, cæterum pius lector iudicet.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

A MAnè *autem facto, *conſilium ceperunt omnes principes Pſal.2.a
ſacerdotum, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, ut eum *Mar.15.a
morti traderent. Et uinctum eum, abduxerunt, *& tra- Luc.23.a.
diderunt eum Pontio Pilato præſidi. Ioan.18.d
*Act.3.a
Tunc uidens Iudas, qui eum prodiderat, quòd condemnatus
eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus
ſacerdotum & ſenioribus, dicens: Peccaui, tradens ſanguinem in-
noxium. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu uideris. Et proiectis ar
genteis in templo, receſſit: *& abiens, laqueo ſe præfocauit. 2.Re.17.d.
Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Nō Act.1.c.

licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. Conſi-
lio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam pere-
grinorum: quapropter uocatus eſt ager ille, ager ſanguinis, uſq;
in hodiernum diem. Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Hie-
Hier.32.b remiam prophetam, *dicentem: Et acceperūt triginta argenteos,
Zach.11.c pretium æſtimati, quem æſtimatum emerūt a filijs Iſraël, & dede-
runt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.

Mar.15.a *Ieſus autem ſtetit ante præſidem, & interrogauit eum præſes, B
Luc.23.d dicens: Tu es rex Iudæorum? Ait aūt illi Ieſus: Tu dicis. Et quū
Ioan.18.d accuſaretur a principibus ſacerdotum & ſenioribus, nihil reſpon-
dit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quàm multa aduerſum te
Eſai.53.b teſtificantur? *Et non reſpondit ei ad ullum uerbum, ita ut mira-
retur præſes uehementer.

Marce.15.a *In feſto autem conſueuerat præſes turbæ dimittere unum uin- E
Luc.23.b ctum, quem uoluiſſent. Habebat autem tunc uinctum inſignem,
Ioan.18.e qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit eis Pilatus:
Vtrum uultis dimittam uobis, Barabbam an Ieſum, qui dicitur
Chriſtus? Sciebat enim, quòd per inuidiā tradidiſſent eum. Se-
dente autem illo pro tribunali, emandauit ad eum uxor eius, di-
cens: Nihil tibi cum iuſto illo: multa enim paſſa ſum hodie in ſom-
nis, propter eum.

Marc.15.a * Principes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt turbis, C
*Luc.23.b ut peterent Barabbā, Ieſum uero perderēt. *Reſpondens aūt præ-
*Acto.3.b ſes, dixit illis: Vtrū uultis e duobus dimittam uobis? *At illi dixe-
*Mar.15.b rūt: Barabbā. Dicit illis Pilatus: *Quid igitur faciā Ieſu, qui dicitur
Chriſtus? Dicunt ei omnes: crucifigatur. Præſes autem ait: quid
enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.
Videns autem Pilatus, quòd nihil proficeret, ſed magis tumultus
fieret, accepta aqua, abluit manus corā turba, dicēs: Innocēs *ego*,
ſum a ſanguine iuſti huius, uos uideritis. Et reſpondens uniuerſus
Acto.7.d populus, dixit: *ſanguis eius, ſup nos, & ſup filios noſtros. *Tūc di-
*Mar.15.b miſit illis Barabbā, Ieſum aūt flagellatū, tradidit ut crucifigeretur.
Luc.23.c *Tunc milites præſidis adſumētes Ieſum in prætoriū, congrega-
Ioan.19.a uerūt ad eum uniuerſam cohortē. Et quū exuiſſent eū, circunde-
*Mar.15.b. derunt ei chlamydem coccinā, & coronā e ſpinis contextam impo- F
Ioan.19.a

ſuerunt

ſuerunt ſuper caput eius,& harũdinem in dexterã eius, & genu
flexo ante eum,illudebant ei,dicẽtes: Aue rex Iudæorũ. Et quum
inſpuiſſent in eũ,acceperũt harundinẽ,& percutiebãt caput eius.
Et poſtquã illuſiſſent ei,exuerunt eũ chlamyde, & induerunt eũ
ueſtimentis ſuis:& abduxerunt eum ut crucifigerent.
* Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenæũ,nomine Si- Marc.5.c
monẽ,hunc adegerunt,ut tolleret crucẽ eius.* Et uenerũt in locũ, Luc.23.c
B qui dicitur Golgotha, qui dicitur Caluariæ locus. * Et * dederũt *Ioan.19.b
ei acetum bibere,cum felle mixtũ:& quũ guſtaſſet,noluit bibere.
*Poſtquam autem crucifixerunt eũ,diuiſerunt ueſtimenta eius, Mar.15.c
ſortem mittentes:ut implereretur quod dictum eſt per prophetã: Ioan.19.c
*Diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtitũ meũ miſerunt *Pſal.21.b
ſortem. Et ſedentes ſeruabant eum ibi. Et * impoſuerunt ſupra *Luc.23.d
caput eius cauſſam ipſius ſcriptam: Hic eſt Ieſus rex Iudæorum. Ioan.19.b
E * Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones,unus à dextris, & al- Eſai.53.b
ter à ſiniſtris. Mar.15.c
Prætereuntes autem cõuicia iaciebant in eum, mouentes capi- Luc.23.d.
ta ſua, & dicentes:* Tu * ille, qui deſtruis templum, & in triduo,
ædificas, ſerua temet ipſum:ſi filius Dei es,deſcende de cruce.Si-
militer & principes ſacerdotum illudentes,cum ſcribis & ſenio-
ribus,dicebant: Alios ſeruauit, ſeipſum non poteſt ſeruare. * Si Sapi.2.a
rex Iſraël eſt,deſcendat nunc de cruce,& credemus ei. * Confidit *Pſal.21.a.
C in Deum,liberet eum nunc,ſi uult eum. Dixit enim,filius Dei ſum. 38.69
Idipſum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo,expro-
brabant ei.
*A * ſextà autem hora,tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam ter- Mar.15.d
ram,uſq; ad horam nonam. Circa autem horam nonam,exclama- Luc.23.d
uit Ieſus uoce magna,dicẽs:Eli,Eli,Lama ſabachthani:* Hoc eſt, *Pſal.21.a
Deus meus,Deus meus,quur deſeruiſti me? Quidam autem illic *Mar.15.d
ſtantium,quum audiſſent,dicebant:Heliam uocat iſte. * Et con- Ioan.19.c.
tinuò currens unus ex eis,quũ acceptam ſpongiam impleſſet aceto
impoſuit harundini,dabatq; ei,ut biberet. Cæteri uerò dicebant:
Sine,uideamus an ueniat Helias,ſeruaturus eum.Ieſus autem quũ
clamaſſet iterum uoce magna,emiſit ſpiritum.
F Et ecce,uelum templi ſciſſum eſt in duas * partes *,à ſummo uſq;
ad

ad imum:& terra mota eſt,& petræ ſciſſæ ſunt,& monumenta a-
perta ſunt,& multa corpora ſanctorum,qui dormierant,ſurrexe-
runt : & egreſſi è monumentis poſt reſurrectionem eius,intraue-
runt in ſanctam ciuitatem,& adparuerunt multis.

Mar.15.d *Centurio uerò,& qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, uiſo
Lucæ.23.c terræ motu,& his quæ facta fuerant, timuerunt ualde, dicentes:
Verè,filius Dei erat iſte.* Erant autem ibi mulieres multæ,è lon-
ginquo ſpectantes, quæ ſequutæ fuerant Ieſum à Galilæa, mini- B
ſtrantes ei,inter quas erat Maria Magdalene,& Maria Iacobi,&
Ioſe mater,& mater filiorum Zebedæi.

Mar.15.e * Quum autem ueſpera facta eſſet,uenit homo diues,ab Arima- G
Lucæ.23.e. thæa,nomine Ioſeph,qui & ipſe fuerat diſcipulus Ieſu : hic acceſ-
Ioan.19.e ſit ad Pilatum,ac poſtulauit corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi
corpus.Et quum accepiſſet corpus Ioſeph, inuoluit illud ſindoni
mundæ, poſuitq; illud in monumẽto ſuo nouo, quod exciderat in
Mar.15.e petra:& aduoluto ſaxo ingenti ad oſtiũ monumenti, abijt.* Erat
autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra
ſepulchrum.

Poſtero autem die,quæ ſequitur paraſceuen, conuenerũt prin-
cipes ſacerdotum & Phariſæi,ad Pilatũ,dicentes:Domine,recor- C
Math.16.c dati ſumus,quod impoſtor ille dixit adhuc uiuens:*poſt tres dies
& 17.c.d reſurgo,iube ergo muniri ſepulchrum, uſq; in diem tertium, ne-
Mar.9.d quando ueniant diſcipuli eius,& furẽtur eum,dicantq; plebi : ſur-
Lucæ.18.d rexit à mortuis,& erit nouiſſimus error,peior illo peiore. Ait illis
Pilatus:Habetis cuſtodiã,abite, munite ſicut ſcitis.Illi aũt profecti
munierunt ſepulchrum obſignato lapide,cum cuſtodia.

Quæ nobis eſt ſexta hora pomeridiana, illam Iudæis duodecimam atq; poſtremam horam diei fuiſſe,intellige.Et quæ nobis tertia hora pomeridiana eſt, illis fuiſſe nonam.Ieſus itaq; ſub horã tertiam pomeridianam exclamans uoce magna,expirauit:unde & à noſtra duodecima hora meridiana, tenebræ diffuſæ fuerunt ſuper uniuerſam terram, uſq; ad horam tertiam pomeridianam.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

Mar.16.a. VEſpera * autem Sabbati, quæ luceſcit in * unam Sabbati, A
Lucæ.24.d uenit Maria Magdalene,& altera Maria, ut uiderent ſe-
Ioan.20.a pulchrũ.Et ecce,terræmotus factus eſt magnus. Angelus
enim

enim Dñi deſcẽdit de cœlo, & accedẽs, deuoluit lapidẽ ab oſtio,
ſedebatq́ꝫ ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & in-
dumentum eius candidum, ſicut nix. Præ timore autem eius con-
cuſſi ſunt cuſtodes, & facti ſunt uelut mortui.
* Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus: nolite timere Mar.16.a
uos, ſcio enim, quòd Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis: nõ eſt hîc, Luc.24.a
ſurrexit enĩ, ſicut dixit. Venite, uidete locũ, ubi poſitus erat Dñs.
B Et citò profectæ, dicite diſcipulis eius: quòd ſurrexit à mortuis,
& ecce, pręcedit uos in Galilæã, ibi eũ uidebitis. Ecce, dixi uobis.
*Et egreſſę celeriter à monumẽto, cũ timore & gaudio magno, Mar.16.b
currebãt, ut renũciarent diſcipulis eius. Quũ aũt iuiſſent ad renũ Luc.24.b
ciandũ diſcipulis eius, ecce, Ieſus occurrit illis, dicẽs: Auete. Illæ au 1.Cor.15.a
tem acceſſerũt, & præhenderunt pedes eius: & adorauerunt eũ.
Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere, abite, renunciate fratribus
meis, ut abeant in Galilæam, *& ibi me uidebunt. Act.1.b.
Quæ quũ abijſſent, ecce, quidã ex cuſtodia uenerũt in ciuitatẽ,
ac renũciauerũt principibus ſacerdotũ omnia, quæ acciderãt. Et
cõgregati cũ ſenioribus, quũ cepiſſent conſiliũ, pecuniã copioſam
dederũt militibus, dicentes: Dicite, quòd diſcipuli eius nocte ue-
C nerint, & furati ſint eũ, nobis dormientibus. Et ſi hoc auditũ fue-
rit ſub præſide, nos perſuadebimus ei: & ſecuros uos faciemus. At
illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti: & diuulgatus eſt
hic ſermo apud Iudæos, uſqꝫ in hodiernum diem.
Vndecim aũt diſcipuli abierũt in Galilæã, in montẽ, quò cõſti
tuerat ipſis Ieſus. Et cũ uidiſſent illũ, adorauerũt eũ: quidã aũt du
bitauerũt. Et accedẽs Ieſus, loquutus eſt eis, dicẽs: *Data eſt mihi Mat.11.e
omnis poteſtas, in cœlo & in terra. ‡Profecti ergo [b] docete oẽs gẽ Ioan.17.a
tes, baptizãtes eos in nomẽ patris, & filij, & ſancti ſpũs: docentes Philip.2.a.
eos ſeruare omnia, quæcunqꝫ præcepi uobis. *Et ecce, ego uobi- ‡Mar.16.b
ſcum ſum omnibus diebus, uſqꝫ ad conſummationem ſeculi. *Ioan.14.b

[a] *Veſpera Sabbati quæ luceſcit in primã Sabbati, erat matutinũ tempus, quod luceſcebat iam tranſacto Iudæorũ Sabbato, hoc eſt aurora diei dominici, qui eſt primus dies hebdomadæ. Vſurpatur enim uox Sabbati, quum dicitur in unã Sabbati, pro uocabulo hebdomadæ, perindè ut Lucæ. 13. Ieiuno bis in Sabbato. Porrò an hic in unã Sabbati, an in unã Sabbatorũ legendum ſit, pio lectori expendendum relinquo.* [b] Hic Græcis eſt μαθητεύσατε, *quaſi dicas, diſcipulate, aut diſcipulos facite omnes gentes.*

EVANGELII SECVNDVM MATTHAEVM, FINIS.

EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

Mal.3.a INITIVM EVANGELII IESV CHRISTI, FILII DEI, A
Mat.11.b. ſicut ſcriptum eſt in prophetis: *Ecce, ego emando nũ-
Luc.7.c. cium meum ante faciem tuam, qui præparabit uiã tuã
*Eſa.40.a. ante te. *Vox clamantis in deſerto: Parate uiam Do-
Mat.3.a mini, rectas facite ſemitas eius.
Luc.3.a. * Baptizabat Ioannes in deſerto, prædicans baptiſmum *pœ-
Ioan.1.b. nitentiæ, in remiſſionem peccatorum. Et egrediebantur ad eum
*Ioan.3.d tota Iudæa regio, ac Hieroſolymitæ: & baptizabantur omnes ab
illo, in Iordane flumine, [b]confitentes peccata ſua.
Mat.3.a. *Erat autem Ioannes indutus pilos cameli, & zonam pelliceam
circũm lumbos ſuos, ueſcebaturq; locuſtis & melle ſylueſtri: &
Mat.3.b. prædicabat, dicẽs: *Venit is, qui fortior eſt me, poſt me, cuius nõ
Luc.3.c ſum idoneus, ut procumbens, ſoluam corrigiam [c]calciamentorũ
Ioan.1.c. eius. Ego quidem baptizaui uos aqua, ille uerò baptizabit uos ſpi
ritu ſancto.
Mat.3.b *Et factum eſt in diebus illis, uenit Ieſus à Nazareth Galilææ,
Luc.3.c & baptizatus eſt à Ioanne, in Iordane. Et ſtatim quum aſcenderet
Ioan.1.d. ex aqua, uidit diffindi cœlos, & ſpiritum tanquàm columbam, de-
ſcendentem ſuper illum. Et uox facta eſt de cœlis: Tu es ille filius
meus dilectus, in quo mihi benè placui.
Mat.4.a. *Et continuò ſpiritus illum expellit in deſertum, & erat illic in B
Luc.4.a. deſerto, dies quadraginta: & tentabatur à Satana, eratq; cum fe-
ris: & angeli miniſtrabant illi.
Mat.4.b * Poſtquàm autem *traditus eſſet Ioannes, uenit Ieſus in Gali-
Luc.4.b læam, prædicans Euangelium regni Dei, & dicens: Impletum eſt
*Mar.6.b. tempus, inſtatq; regnum Dei, reſipiſcite, & credite in Euangelio.
Mat.4.c *Quum ambularet autem iuxta mare Galilææ, uidit Simonem,
Luc.5.a & Andream fratrem eius, iacientes retia in mari. Erant enim pi-
ſcatores, & dixit eis Ieſus: Sequamini me, & faciam, ut efficiamini
piſcatòres hominum. Ac protinus relictis retibus ſuis, ſequuti
ſunt eum.

Et pro-

*Et progreſſus illinc puſillum, uidit Iacobum filium Zebedæi, Mat.4.c.
& Ioannem fratrem eius, qui & ipſi in naui reconcinnabant re- Luc.5.b
tia, ſtatimq; uocauit illos: & illi relicto patre ſuo Zebedæo in na
ui cum mercenarijs, ſequuti ſunt eum.

A * Et ingrediuntur Capernaum, & ſtatim Sabbatis ingreſſus Mat.4.b
in ſynagogam, docebat, & *ſtupebant ſuper doctrina eius. Erat Luc.4.d.
enim docẽs eos, tanquam autoritatẽ habens, & non ſicut ſcribæ. Ioan.2.b.
* Mat.7.c.

C *Et erat in ſynagoga eorum, homo obnoxius ſpiritui immun- *Luc.4.d.
do, & exclamauit, dicens: Eia, quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene?
Veniſti ad perdẽdum nos? Noui te, qui ſis, + nimirũ, + ille Sanctus
Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmuteſce, & exi ab eo.
Et quum diſcerpſiſſet eum ſpiritus immundus, clamaſſetq; uoce
magna, exijt ab eo. Et obſtupuerunt omnes, ita ut conquirerent
inter ſe, dicentes: Quid eſt hoc? Quæ doctrina noua hæc? Quia
cum autoritate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt
ei. Emanauit autem fama eius ſtatim in totam undiq; regionem
Galilæę finitimam.

* Et protinus e ſynagoga egreſſi, uenerunt in domum Simo- Mat.8.b
nis & Andreæ, cum Iacobo & Ioanne. Socrus autem Simonis de Luc.4.d.
cumbebat febricitans, & continuo dicunt ei de illa. Et accedens
erexit eam, præhenſa manu eius: & reliquit eam febris ilico, ac mi
niſtrabat eis.

D *Veſpera autem facta, quum occidiſſet ſol, adferebant ad eum Mat.8.b
omnes male habentes, & qui a dæmonijs agitabantur. Et ciuitas Luc.4.e.
tota congregata erat ad oſtium, & ſanauit multos, qui ægrota-
bant uarijs morbis: & dæmonia multa eijciebat, & non ſinebat lo
qui dæmonia, quod ipſum noſſent.

Et mane, multa adhuc nocte, quum ſurrexiſſet, egreſſus eſt.
Et abijt Ieſus in deſertum locũ, ibiq; orabat: & proſequuti ſunt
eum Simon, & qui cum illo erant: & quum inueniſſent eum, di-
cunt ei: Omnes te quærunt. Et ait illis: Eamus in proximos uicos,
ut & ibi prædicem: in hoc enim egreſſus ſum. Et prædicabat in
ſynagogis eorum, in tota Galilæa, & dæmonia eijciebat.

* Et uenit ad eum leproſus, deprecans eum, eiq; genua fle- Mat.8.a.
ctens, ac dicens illi: Si uis, potes me mundare. Ieſus autem Luc.5.b

intimè miſertus, protenſa manu, tetigit illum, & dicit ei: Volo,
Mat. 7 d & 9 a mundus eſto. *Et quū dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mūdatus eſt: & comminatus ei, ſtatim emiſit illum, dicitq; ei: Vide,
Leuit. 14 a. ne cuiquam dicas, *ſed abi, teipſum oſtende ſacerdoti: & offer pro emundatione tui, quæ præcepit Moſes, in teſtimonium illis. At ille egreſſus, cœpit prædicare multa, & diuulgare ſermonem, ita ut iam non poſſet Ieſus manifeſtè introire in ciuitatem, ſed foris in deſertis locis erat, & ueniebant ad eum undiq;.

[a] *Pœnitentia Græcis uocatur* μετάνοια, *nimirum à poſterius intelligendo, cui opponitur* πρόνοια, *aut* μεταμέλεια *à poſterius curando. Quum noſtris malis admoniti, incipimus eſſe attenti. At Hebræi pœnitentiam adpellant uitæ conuerſionem* תשובה.

[b] *Confitentes ſe eſſe peccatores.* [c] *Græcè* ὑποδημάτων αὐτοῦ, *id eſt, calciamentorum eius. Hic eius additur ex pleonaſmo Hebraico. Cæterùm Latinis redundat. Simile eſt illud in Pſalmis: Beata gens cuius, Dominus eſt, Deus eius.*

CAPVT SECVNDVM.

Mat. 9 a Luc. 5 c. Ioan. 5 a ET *iterum intrauit Capernaum, per[a] dies, & auditum eſt, A
quòd in domo eſſet, & protinus congregati ſunt multi, adeò, ut iam nō caperent *eos, *nec illa loca, quæ erant circa ianuam: & loquebatur eis ſermonem. Et ueniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. Et quum non poſſent adpropinquare illi præ turba, [b] nudauerūt tectum *ædium*, ubi erat: & quū perfodiſſent *tectū, * funibus demittunt grabbatum, in quo paralyticus decumbebat. Quum autē Ieſus uidiſſet fidem illorum, ait paralytico: Fili, remittuntur tibi peccata tua.

Erant autem illic quidam de ſcribis ſedentes, & cogitantes in
Eſa. 43 d & 44 d. Pſal. 50 a cordibus ſuis: Quid hic ſic loquitur blaſphemias? * Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus? Et protinus ubi cognouiſſet Ieſus ſpiritu ſuo, quòd ſic cogitarēt intra ſeſe, dixit illis: Quid iſta cogitatis in cordibus ueſtris? Vtrum eſt facilius, dicere paralytico, remittūtur tibi peccata: an dicere, ſurge, et tolle grabbatū tuū & ambula? Vt autem ſciatis, quòd filius hominis habet poteſtatem in terra, remittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, ſurge, ac tolle grabbatum tuum, & abi in domum tuam.

Act. 9 e. * Et ſtatim ſurrexit, ſublatoq; grabbato, egreſſus eſt in cōſpectu omnium: adeo ut ſtupeſcerent omnes, & glorificarent Deum, dicentes: Nunquam ſic uidimus.

*Et

* Et egreſſus eſt rurſum ad mare, omniſq; turba ueniebat ad Mat.9.a.
B eum, ac docebat eos. Et quũ præteriret Ieſus, uidit Leui, Alphęi Luc.5.d &
filium, ſedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Iſq; ſurgẽs, 15.a
ſequutus eſt eũ. Et factum eſt, quũ accũberet in domo illius, multi
etiam publicani, & peccatores ſimul diſcũbebant cum Ieſu & di-
ſcipulis eius: erãt enim multi, qui ſequuti fuerant eum. Et ſcribæ
ac Phariſæi quũ uidiſſent eum, capientem cibum cum publicanis
& peccatoribus, dicebant diſcipulis eius: Quid *eſt,* quod cum
publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito Ieſus,
ait illis: Non opus habent, qui ualent, medico, ſed qui male ha-
bent. * Non ueni ad uocandum iuſtos, ſed peccatores ad pœ- 1.Timo.1.c.
nitentiam.

* Et diſcipuli Ioannis ac Phariſæorum ieiunabant, ueniuntq; Mat.9.b.
& dicunt illi: Quare diſcipuli Ioannis & Phariſæorũ ieiunant? Luc.5.e
A tui autẽ diſcipuli non ieiunant. Et dixit illis Ieſus: Nũ poſſunt fi-
lij thalami nuptialis, in quo cum illis ſponſus eſt, ieiunare? Quam-
diu habent ſecũ ſponſum, non poſſunt ieiunare. Venient autem
dies, quum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis
C diebus.

Et nemo aſſumentum panni rudis adſuit ueſtimento ueteri:
alioqui aufert ſupplemẽtum eius nouum a' ueteri, Et peior ſciſſu-
ra fit. Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres, alioqui rũ-
pit uinum nouum utres, & uinũ effunditur, & utres pereunt: ſed
uinum nouum in utres nouos mittendum eſt.

* Et accidit, ut tranſiret Sabbatis per ſegetes, & cœperunt di- Mat.12.a
ſcipuli eius [c] inter eundũ uellere ſpicas: & Phariſæi dicebant ei: Luc.6.a
Ecce, quur faciunt Sabbatis, quod non licet? Et ipſe ait illis: Nun
quam legiſtis quid fecerit Dauid, quum opus haberet, & eſuriret
ipſe, & qui cum eo erant? * quomodo ingreſſus ſit in domũ Dei 1.Reg.21.b
ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis come-
derit, quos non licet edere, niſi ſacerdotibus: & dederit etiam eis,
qui ſecum erãt? Et dicebat illis: Sabbatum propter hominem fa-
ctum eſt, nõ homo propter Sabbatum. Itaq; dominus eſt, filius ho
minis etiam Sabbati.

[a] *Plæriſq; diebus, aut per dies aliquot.* [b] *Ad uerbum interpretaberis, detexerunt tectum,*

aut detegulauerūt tegulas. ° Græca ad uerbū habent: iter facere, uellentes.

CAPVT TERTIVM.

Matth.12.b Luc.6.a ET * introiuit iterum in ſynagogam, & erat ibi homo, areſactam habens manū: & obſeruabant eum, an Sabbatis ſanaturus eſſet eum, ut accuſarent illum. Et ait homini habenti manum areſactam: Surge in medium, & dicit illis: Vtrū licet Sabbatis benefacere, an maleſacere? animam ſeruare, an occidere? At illi tacebant. Et quum circumſpexiſſet eos cum ira, cōdoleſcens ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, * & reſtituta eſt manus illius ſana, ut altera. (A; 3.Reg.13.b)

Mat.12.b Ioan.10.d Matth.4.c Luc.6.b * Egreſſi uero Phariſæi, ſtatim unà cum Herodianis conſiliū inibant aduerſus eum, ut illum perderent. Ieſus autem cum diſcipulis ſuis diſceſſit ad mare, * & ingens multitudo à Galilæa, ſequuta eſt eum, & ab Iudæa, & ab Hieroſolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum habitabant ac Sidonem, hominum multitudo magnà, qui cum audiſſent, quæ faciebat, uenerunt ad eum. (C)

Et iuſſit Ieſus diſcipulis ſuis, ut nauicula ſibi deſeruiret propter turbam, ne ipſum premerēt. Multos enim ſanauerat, ita ut irruerent in eum, quò illum tangerent, quotquot habebant flagella. * Et ſpiritus immundi, quum illum uidiſſent, concidebant ad eum, & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et uehementer interminabatur eis, ne ſe manifeſtum facerent. (Luc.4.e)

Matth.10.a Luc.6.b.9.a Act.1.b * Et aſcendit in montem, ac uocat ad ſe quos uoluit ipſe, & uenerunt ad eum. Et fecit duodecim, ut eſſent ſecum, & emandauit eos ad prædicandum, utq; haberent poteſtatem ſanandi morbos, eijciendiq; dæmonia. Et impoſuit Simoni nomen Petrus: & Iacobum filium zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt, filij tonitrui: & Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthænm, & Thomam, & Iacobum Alphæi filium, & Thaddæū, & Simonem Cananiten, & Iudam Iſcarioten, qui & prodidit illum. (B)

Et uenerunt in domum, & conuenit iterum turba, ſic ut non
liceret illis uel panes edere. Et quum audiſſent, qui ad illum atti
nebant, exierunt ut præhenderent eum. Dicebant enim, [a] in ſtu-
porem uerſus eſt. * Et ſcribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderãt, Matt. 9.d
A dicebant: Beelzebul habet, & per principem dæmoniorum, eijcit & 2.c
dæmonia. Et ad ſe uocatis eis, in parabolis dicebat illis. Luc.11.b

Quomodo poteſt Satanas Satanam eijcere? Et ſi regnum ad-
uerſus ſeſe diuiſum fuerit, non poteſt ſtare regnum illud: & ſi do-
mus contra ſemetipſam diuiſa fuerit, non poteſt ſtare domus illa:
Et ſi Satanas inſurrexit aduerſum ſemetipſum, ac diuiſus eſt, non
poteſt ſtare, ſed finem habet. Non poteſt quiſquam uaſa fortis, in-
greſſus in domum illius, diripere, niſi prius fortem adlegârit: &
tunc domum eius diripiet.

C * Amen dico uobis: Omnia remittentur filijs hominum pecca- Matth.12.c
ta & conuicia, quæcunque conuitiati fuerint: at qui [b] conuicium Luc.12.a
dixerit in ſpiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum, 1.Ioan.5.
ſed obnoxius eſt æterno iudicio. Dicebant enim, ſpiritum im-
mundum habet.

* Et ueniunt mater eius & fratres, & foris ſtantes, eman- Matth.12.e
dauerunt ad eum, qui euocarent eum: & ſedebat turba circa Luc.c.8
eum, dicuntque ei: Ecce, mater tua, & fratres tui foris quærunt
te. Et reſpondit eis, dicens: Quæ eſt mater mea, & fratres mei?
Et quum circumſpexiſſet, in circuitu circùm ſe diſcipulos ſeden-
tes, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit uolũ-
tatem dei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.

[a] *Mente captus eſt, aut in furorem uerſus eſt. Modò pro tali accipias furore, qui non ſit diuturnus. Id enim uerbi eſt unde* ἔκστασις *deformatur, quæ perculſionem, & mentis emotionem ſignificat.* [b] *Cõuicium in ſpiritum ſanctum, eſt peccatũ antiqui ſerpentis, qui quum nihil haberet quod prætexeret, ſtatim à* Deo *maledictus legitur* Geneſis.3. *Cætera autem peccata & conuicia in filium hominis, & quæ* Hebræis *uocantur* חטאות *id eſt errores &* פשעים *præuaricationes, habent in* Leuitico *hoſtias ſuarũ expiationum.* Próinde *non ſerpentina peccata (quorum nulla eſt expiatio) dici poſſunt, ſed humana.*

CAPVT QARTVM.

Et

Natth.13.a. Luc.8.a.

ET * iterum cœpit docere iuxta mare, & cõgregata eſt ad eum turba multa, ita ut nauim ingreſſus, ſederet in mari, & tota turba iuxta mare in terra erat: & docebat eos per parabolas multa, & dicebat illis in doctrina ſua: Audite: Ecce, exibat ſeminator ad ſeminandum, & accidit inter ſeminandũ: aliud quidem cecidit iuxta uiam, ueneruntq́ uolucres cœli, & comederunt illud: aliud uerò cecidit ſuper petroſa, ubi non habuit terram multam, & ſtatim exortum eſt, quòd non haberet profunditatem terræ: ſole autem exorto exuſtum eſt, & eò quòd non haberet radicem, aruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & ſuccreuerunt ſpinæ, ac ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructũ ſuccreſcentem, & augeſcẽtem: & adferebat unũ triginta, & unũ ſexaginta, & unũ centũ, ac dicebat illis: Qui habet aures ad audiendũ audiat.

Math.13.b. Luc.8.b. Eſa.6.b.

* Quum uerò eſſet ſolus, interrogauerunt eum hi, qui circum illum erant cum duodecim, de parabola, & dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe[a] myſterium regni Dei: * illis autem qui foris ſunt, per parabolas omnia fiunt, ut uidentes uideant, & non cernant, & audientes audiant, & non intelligãt: nequando conuertantur, & remittantur eis peccata. Et ait illis, neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes parobolas cognoſcetis?

Matth.13.c.

* Seminator ille ſermonem ſeminat. Iſti uerò ſunt, quorum alij iuxta uiã *dicuntur. *Vbi ſeminatur ſermo, & quum audierint, confeſtim uenit Satanas, & aufert ſermonem, qui ſeminatus eſt in cordibus eorum. Et alij ſunt ſimiliter, qui in petroſa ſemen excipiunt qui cum audierint ſermonem, ſtatim cum gaudio accipiunt illũ, & non habent radicẽ in ſe, ſed temporarij ſunt: deindè coorta adflictione, aut perſecutione, propter ſermonem, confeſtim offenduntur. Et alij ſunt, qui in ſpinas ſemen excipiunt. Hi ſunt qui ſermonem audiunt, & ſolicitudines ſeculi huius, ac deceptio diuitiarum, cæterarumq́ rerum cupiditates introëuntes, ſuffocant ſermonem, ac redditur infructifer. Et alij ſunt, qui in terram bonam ſemen exceperunt. Qui audiunt ſermonem & ſuſcipiunt, & fructificant: ita ut aliud granum adferat triginta, aliud ſexaginta, aliud centum.

*Et dicebat illis: Nunquid lucerna incenditur, ut ſubter modiũ Matth.5.b.
C ponatur, aut ſubter lectum? Nónne ut ſuper candelabrum pona- Lu.8.b.11.c
tur? Non *eſt enim quicquàm occultum, quod non manifeſtetur: Matth.10.d
neq; factum eſt ſecretum, ſed ut in propatulum ueniat. Si quis ha- Lu.8.b.12.a
bet aures ad audiendum, audiat. Et dicebat illis: Videte, quid au-
diatis. *Qua menſura metimini, menſurabitur uobis. Et adijcie- Mat.7.a.
tur uobis, qui auditis: *qui enim habet, dabitur illi: & qui non ha- Luc.6.a.
bet, etiam quod habet, auferetur ab eo. *Et dicebat: Sic eſt re- *Mat.13.b.
gnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram, & .25.c.
ac dormiat, atq; exurgat nocte ac die, ſemẽtiſq; germinet, ac pro- Lu.8.b.19.c
cera fiat, dum neſcit ille. Vltrò enim terra fructificat primùm her- *Mat.13.d.
bam, deinde ſpicam, deinde plenum frumẽtum in ſpica. Quum au-
tem productus fuerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam ad-
eſt meſſis.

*Et dicebat: Cui adſimilabimus regnum Dei? aut qua collatio- Mat.13.d.
ne conferemus illud? Eſt ſicut granum ſinapis, quod quum ſemi- Luc.13.b.
natum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus, quæ ſunt in
terra: & quum ſeminatum fuerit, exurgit, & fit maius omnibus
oleribus, & facit ramos magnos, ita, ut poſſint ſub umbra eius
aues cœli nidificare.

*Et talibus multis parabolis loquebatur eis ſermonem, prout Mat.13.e.
D poterant audire, ſine parabola uerò non loquebatur eis: [a] ſeorſim
autem diſcipulis ſuis exponebat omnia. *Et ait illis in die illo, Mat.8.c.
quum facta eſſet ueſpera: tranſeamus in ulteriorem ripam. Et di- Luc.8.e
miſſa turba adſumunt eum, ita, ut erat in naui: ſed & aliæ naui-
culæ erant cum illo.

Et oritur procella uenti magna, & fluctus irruebant in nauim,
ita, ut iam illa impleretur. Et erat ipſe in puppi, ſuper ceruical dor
miens: & excitant eum, dicuntq; illi: Præceptor, non eſt tibi curæ
quòd perimus? Et excitatus increpauit uentũ, dixitq; mari: Tace,
obmuteſce. Et conquieuit uentus, factaq; eſt trãquillitas magna.
Et dixit illis: Quid timidi eſtis adeò? Qui fit, ut nõ habeatis fidu-
ciam? Et timuerunt timorem magnum, dicebantq; inter ſeſe:
Quiſnam hic eſt? quia & uentus & mare obediunt ei.

[a] *Myſterium eſt, quòd ſapientia carnis, aut mundi huius aſſequi non poteſt. ita Paulus.* 1.Cor.2.

1\. Cor. 2. loquimur (inquit) ſapientiam Dei in myſterio, quæ eſt abſcondita.
b Priuatim autem diſcipulis ſuis enodauit, aut diſſoluit uniuerſa.

CAPVT QVINTVM.

Mat. 8. d Lucæ. 8. c ET *uenerunt traiecto mari, in regionem Gadarenorum, egreſſoq; ei de naui, ſtatim occurrit è monumentis homo A ſpiritui immundo obnoxius, qui domicilium habebat in monumentis. Et neq; catenis quiſquam poterat eum ligare: propterea quod, quum ſæpe compedibus & catenis uinctus fuiſſet, diſcerptæ eſſent ab illo catenæ, & compedes eſſent comminutæ, neq; quiſquam ualuiſſet eum domare. Et ſemper die ac nocte in montibus, & in monumentis erat, clamans, & concidens ſeipſum lapidibus. Quum uidiſſet autem Ieſum eminus, cucurrit & adorauit eum, & clamans uoce magna, dixit: Quid mihi tecum eſt, Acto. 16. c. *Ieſu fili Dei altiſſimi? adiuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum: Quod *eſt* tibi nomen? Et reſpondit, dicens: Legio mi- nomen *eſt*: quia multi ſumus. Et deprecabatur eum multum, ne ipſos emitteret extra regionem.

Matt. 8. b. Luc. 8. c. *Erat aũt ibi iuxta mõtes grex porcorũ magnus, qui paſceban B tur, & deprecabantur eũ omnes dæmones, dicẽtes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et permiſit eis ſtatim Ieſus. Et egreſſi ſpiritus immundi, ingreſſi ſunt in porcos. Et ferebatur grex per præceps in mare: erant autem ferme bis mille, & ſuffocati ſunt in mari. Porro qui paſcebant porcos, fugerunt, & renunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egreſſi ſunt ad uidendum, quod acciderat, & ueniunt ad Ieſum, & uident illum qui à dæmonio uexabatur, ſedentem ac ueſtitum, & ſanæ mentis, qui habuerat legionem: & timuerunt. Et narrauerunt illis, qui uiderant, qualiter accidiſſet ei, qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut diſcederet de finibus ipſorum. Et quum ingreſſus eſſet nauim, rogabat illum, qui fuerat à dæmonio correptus, ut eſſet cum illo. Ieſus aũt non permiſit eum, ſed ait illi: Abi in domum tuam, ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

*Et

*Et quum traiecisset Ieſus rurſus in ulteriorem ripam, conue- *Mat. 9. c.
nit ad eum turba multa, & erat circa mare. Et ecce, uenit quidam Luc. 8. e.
principum ſynagogæ, nomine Iairus, & quum uidiſſet eum, pro-
cidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens: Filiola
mea in extremis eſt, *oro* ut uenias, & imponas illi manus, ut ſal-
ua ſit: & uiuet. Et abijt cum illo, & ſequebatur eum multa tur-
ba: & comprimebant eum.

*Et mulier quædam, quæ fuerat obnoxia profluuio ſanguinis Mat. 9. c.
annos duodecim, fuerat'q; multa perpeſſa à compluribus medicis Lucæ. 8. e
D & inſumpſerat omnia ſua, neq; quicquam adiumenti ſenſerat, ſed
magis in deterius uenerat: quum audiſſet de Ieſu, uenit in turba
à tergo, & tetigit ueſtimentum eius. Dicebat enim: Si uel pallia
eius tetigero, ſalua ero. Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis
eius, & ſenſit corpore, quod ſanata eſſet à flagello.

Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens, uirtutem ex ſeſe pro-
dijſſe, conuerſus in turba, aiebat: Quis tetigit pallia mea? Et di-
cebant ei diſcipuli ipſius: Vides turbam undiq; prementem te,
& dicis: Quis me tetigit? Et circumſpiciebat ut uideret eam,
quæ hoc fecerat. Mulier uero timens & tremens, ſciens quod fa-
ctum fuit in ſe, uenit & accidit ei, dixit'q; ei omnem ueritatem.
Ille autem dixit ei: Filia, *fides* tua te ſeruauit, uade cum pace, Luc. 7. e
& eſto ſana à flagello tuo.

Adhuc *eo loquẽte ueniũt à principe ſynagogæ, qui dicerent: Mat. 9. c
E Filia tua mortua eſt, quid ultra uexas magiſtrũ? Ieſus aũt proti- Luc. 8. f.
nus audito ſermone, qui dicebatur, ait principi ſynagogę: Ne me-
tuas, tantũmodo crede. Et non permiſit quenquã ſe conſequi, niſi
Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi: & uenit in do-
mum principis ſynagogæ, uidet'q; tumultũ, ac flentes, ac eiulan-
tes multum, & ingreſſus ait illis: Quid tumultuamini & ploratis? Ioan. 11. b.
Puella non eſt mortua, *ſed dormit. Et irridebant eum. *Ipſe ue- *4. Re. 4. d.
rò eiectis omnibus, adſumit patrem & matrem puellæ, & eos qui
cũ ipſo erãt: & ingreditur eò, ubi puella erat iacens, & præhen-
ſa manu puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod eſt interpretandum,
uirguncula, tibi dico, ſurge. *Et ſtatim ſurrexit uirguncula, Iaon. 5. e
& ambulabat. Erat enim annorum duodecim, & ſtupuerunt Act. 9. f.

ſtuporem magnum, & interminatus eſt eis multum, ne quiſquã
ſciret hoc, & iuſſit ut daretur illi, quod ederet.

* *Conſtans, uiuensq́; fiducia tua, te ſeruauit.*

CAPVT SEXTVM.

A
Mat.13.g ET * egreſſus eſt illinc, uenitq́; in patriam ſuam: & ſequun-
Lucæ. 4. b. tur eum diſcipuli ſui. Quumq́; adeſſet Sabbatũ, cœpit in
ſynagoga docere, multiq́; audientes obſtupuerunt, dicen
tes: Vnde huic hæc? & quæ * eſt * ſapiẽtia, quæ data eſt illi? & * uir-
tutes tales, per manus eius efficiũtur? Nonne hic eſt faber, filius C
Mariæ, frater aũt Iacobi, & Ioſe, & Iuda, & Simonis? Nonne
& ſorores eius hic nobiſcum ſunt? Et offendebantur per eum.
Mat.13.g. Dicebat autem illis Ieſus: * Non eſt Propheta contemptus, niſi in
Lucæ.4.c patria ſua, & inter cognatos, & in familia ſua. Et non poterat ibi
Ioan.4.e. uirtutẽ ullã ædere, niſi quod paucos infirmos, impoſitis manibus
Matth.9.d. ſanauit: ac mirabatur propter incredulitatem eorum. * Et obam-
Lucæ.13.b. bulabat per uicos undiq́; circumiacẽtes, docens. Et * accerſit duo-
*Mat.10.a. decim, cœpitq́; eos emandare binos: ac dabat illis poteſtatem
Lucæ.9.a aduerſus ſpiritus immundos. Et præcepit eis, ut ne quid tollerent
in uiam, niſi uirgam ſolum: non peram, non panem, non in zona
æs, ſed calciarentur ſandalijs, & ne induerentur binis tunicis. D
Et dicebat eis: Vbicunq́; introieritis in domum, illic manete, do-
Mat.10.b nec exeatis illinc. * Et quicunq́; non receperint uos, neq́; audie-
Lucæ.9.a. rint uos, exeuntes illinc, excutite puluerem, qui eſt ſub pedibus ue
Mat.11.d. ſtris: in teſtimonium illis. * Amen dico uobis, tolerabilius erit So-
Luc.10.a. domis, aut Gomorrhis in die iudicij, quam ciuitati illi.
Mat.10.a. * Et egreſſi, prædicabant, ut reſipiſcerent: & dæmonia multa
eijciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabant. B
Mat.14.a * Et audiuit rex Herodes (innotuerat enim nomen eius) dice-
Luc.9.a. batq́;: Ioannes, qui baptizabat, reſurrexit a mortuis: & propte-
rea uirtutes agunt in illo. Alij dicebant, Helias eſt, alij uero di-
cebant, Propheta eſt, uel tanquam unus ex Prophetis. Quum au-
diſſet autem Herodes, dixit: Cui ego præcidi caput, Ioannes, iſte
eſt, ipſe ſurrexit a mortuis.
Nam ipſe Herodes miſſis ſatellitibus præhenderat Ioannẽ, &
uinxerat eum in carcere, propter Herodiadem, uxorem Philippi
fratris

fratris ſui: quia duxerat eam uxorem. Dicebat enim Ioannes He-
rodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autẽ in-
ſidiabatur illi, uolebatq́ꝫ occidere eum: nec poterat. Herodes
A enim metuebat Ioannem, ſciens, eum uirum iuſtum & ſanctum: &
obſeruabat eum, auditoq́ꝫ eo multa faciebat, & libenter eum
audiebat.

*Et quum dies opportunus accidiſſet, quum Herodes *in nata- Matth. 14. a
licijs ſuis, cœnam faceret, primatibus ac Tribunis & primoribus Geneſ. 40. c
C Galilęæ. Cumq́ꝫ introiſſet filia ipſius Herodiadis, ac ſaltaſſet, pla-
cuiſſetq́ꝫ Herodi, ac ſimul accũbentibus, rex dixit puellæ: Pete à
me quod uis. Et dabo tibi. Et iurauit illi: *Quicquid à me petieris Iudic. 11. f
dabo tibi, uſq́ꝫ ad dimidium regni mei. At illa egreſſa dixit matri
ſuæ: Quid petam? Illa uerò dixit: Caput Ioannis Baptiſtæ. Et in-
greſſa ſtatim cum feſtinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo, ut
protinus des mihi, in lance, caput Ioannis Baptiſtæ. Et dolore ad-
fectus rex propter iuraiuranda, eosq́ꝫ qui ſimul accũbebant, no-
luit eam reijcere. Et confeſtim rex, miſſo ſpiculatore, iuſſit inferri
caput eius. At ille abijt, ac decollauit eum in carcere, & attulit ca-
put eius, in lance, & dedit illud puellæ: & puella dedit illud matri
D ſuæ. Quo audito, diſcipuli eius uenerunt, & ſuſtulerunt cadauer
eius, poſueruntq́ꝫ illud in monumento.

*Et congregantur Apoſtoli ad Ieſum, & renunciauerũt ei om- Matth. 14. b
nia, & quę egiſſent, quæq́ꝫ docuiſſet. Et dixit illis: Venite uos ipſi Lucæ. 9. d
ſeorſum, in deſertum locũ, & requieſcite puſillum. Erant enim qui Ioan. 6. a
uenirent, & abirent, multi: ac ne cibum quidem capere uacabat.
Et abijt in deſertum locum nauigio ſeorſum. Et uiderunt eos abe-
untes turbæ, & agnouerunt eum multi, & itinere pedeſtri, ex om-
nibus ciuitatibus concurerunt illuc, & præuenerunt eos, conue- Matth. 9. b.
neruntq́ꝫ ad illum. *Et egreſſus, uidit turbam multam Ieſus, & in- Matt. 14. d
timè miſertus eſt eorum, *quia erãt uelut oues, non habentes pa- & 16. c
ſtorem. Et cœpit illos docere multa. *Ezec. 34. a

Et quum iam multum temporis præteriſſet, acceſſerunt ad illũ
diſcipuli eius, dicentes: *Deſertus eſt locus, & iam multum tẽporis
*effluxit, *dimitte illos, ut abeant in circumiacentes uillas, ac ui-
cos, emantque ſibi ipſis panes: nam quod edant, non habent.

At ille reſpondens, dixit illis. Date uos illis, quod edant. Et dicũt
ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & demus illis, quod
Mar. 8. a edant? At ille dicit eis: Quot* panes habetis? Ite, & uidete. Et quũ E
cognouiſſent, dicunt: Quinq;, & duos piſces. Et præcepit illis, ut
accumbere facerent omnes, diſtributis conuiuijs, in uiridi grami-
ne. Et diſcubuerunt, diuiſi in uiridaria, centeni & quinquageni.
Et quum accepiſſet quinq; panes, ac duos piſces, ſublatis in cœlũ
oculis, benedixit, ac fregit panes, deditq; dicipulis ſuis, ut adpone-
rent illis: & duos piſces diuiſit omnibus. Et comederunt omnes, &
ſaturati ſunt: & ſuſtulerunt fragmentorum duodecim cophinos
plenos, & de piſcibus. Erantq; qui comederat, circiter, quinq;
milia uirorum.

Matth. 14. c * Et ſtatim coēgit diſcipulos ſuos conſcendere nauim, & præ-
Ioan. 6. b cedere, tranſmiſſo mari, Bethſaidam, dum ipſe dimitteret turbam
Et quum dimiſiſſet eos, abijt in montem, adorandum. Et quũ ue-
ſpera adueniſſet, erat nauis in medio maris, & ipſe ſolus in terra:
uiditq; eos laborantes in remigando. Erat enim uentus contrari-
us eis: Et circa quartã uigiliã noctis uenit ad eos, ambulans ſuper
mare: & uolebat præterire eos. At illi, ut uiderũt illũ, ambulantē
ſuper mare, putauerũt ſpectrum eſſe: & exclamauerunt. Oēs enim F
uidebãt eũ, & cõturbati ſunt. Et ſtatim loquutus eſt cũ eis, dicitq;
Matth. 14. d eis: Confidite, ego ſum: ne terreamini. * Et aſcendit ad illos in na-
uim, & conquieuit uentus: & uehementer, ſupra modum intra ſeſe
ſtupebant, & admirabantur. Non enim intellexerunt de panibus:
erat enim cor eorum obcæcatum.

Mar. 6. d. *Et quum traiecissent, uenerunt ad terram Geneſareth, & ap-
pulerunt. Quumq; egreſſi eſſent è naui, continuo agnouerunt eũ:
& percurrentes totam undiq; regionem illam, cœperũt in grab-
batis eos, qui male habebant, circumferre eò, ubicunq; audierant
illum eſſe. Et quocunq; introijſſet in uicos, aut in ciuitates, aut
in uillas,[b] in plateis ponebant infirmos: Et deprecabantur eũ, ut
uel fimbriam pallij eius tangerent. Et quotquot tangebant eum,
ſalui fiebant.

[a] Et potentiæ iſtiuſmodi, quas ipſe facit. Illud autem per manus eius, ſapit Hebraiſmum.
[b] Græcè ἐν ταῖς ἀγοραῖς hoc eſt, in foris.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

A ET *conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de ſcribis, qui uenerant Hieroſolymis: & quum uidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius, * communibus manibus, id eſt, illotis, edere panes, incuſabant. Nam Phariſæi, & omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non capiunt cibum, tenentes traditionem ſeniorum: & à foro * uenientes, * niſi loti fuerint non edunt. Et alia multa ſunt, quæ ſuſceperunt ſeruanda: * nempe * lotiones poculorum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum. Math.15.a

Deinde interrogant eum Phariſæi, & ſcribæ: Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum, ſed illotis manibus edunt panẽ. At ille reſpondens, dixit illis: Benè uaticinatus eſt Eſaias de uobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Fruſtra autem colunt me, docentes doctrinas, præcepta hominum. Nã omiſſo præcepto Dei, tenetis traditionem hominum: ablutiones urceorum & poculorum, aliaq; his ſimilia, facitis multa. Eſa.29.c

B Et dicebat illis. Benè reijcitis præceptum Dei, ut traditionem ueſtram ſeruetis. Moſes enim dixit: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, * & qui maledixerit, patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri uel matri: Corbam, quod eſt, dono, quodcunq; ex me, iuuaberis. Et præterea, non ſinitis eum quicquam facere patri ſuo, aut matri ſuæ: & irritum facitis uerbum Dei per traditionem ueſtram, quam tradidiſtis. Et ſimilia huiuſmodi facitis multa. Exod.20.b Deut.5.a *Exo.21.b

* Et quum aduocaſſet ad ſe totam turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite. Nihil eſt extra hominem, introiens in eum, quod poſſit eum inquinare, ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt, quæ inquinant hominem. Siquis habet aures ad audiendum, audiat. Et quum introiſſet in domum * ſemotus * à turba, interrogabãt eũ diſcipuli eius de ſimilitudine. Et dicit illis: Siccine & uos intelligẽtia caretis? Nundũ intelligitis, quod omne, foris introiens in hominẽ, non poteſt eũ inquinare? Quia non intrat Matth.15.b

trat in cor eius, ſed in uentrem, & in ſeceſſum exit, expurgans
omnes eſcas.

Dicebat autem: Quod ab homine exit, illud inquinat hominē.
Ab interioribus enim de corde hominum, malę cogitationes pro- C
cedunt, adulteria, ſtupra, homicidia, furta, auaritię, fraudes, dolus,
impudicitia, [b] malus oculus, conuicia, ſuperbia, ſtultitia. Omnia
hæc mala, ab internis procedunt, & inquinant hominem.
Matth.15.e * Et inde ſurgens, abijt in confinia Tyri ac Sidonis, & ingreſſus
domū, neminem uoluit ſcire, nec potuit latere. Mulier enim quum
audiſſet de eo, cuius ipſius filiola habebat ſpiritum immundum, ue-
nit, & accidit ad pedes eius. Erat autem mulier Græca, Syrophœ-
niſſa genere, & rogabat eum, ut dæmonium eijceret de filia ſua.
Ieſus autem dixit ei: Sine prius ſaturari filios. Non eſt enim hone- B
ſtum, ſumere panem filiorum, & proijcere catellis. At illa reſpon-
dit, & dicit illi: Etiam domine: nam catelli quoq; comedunt ſub
menſa, de micis puellorū. Et dixit illi: Propter iſtū ſermonem uade,
exijt dæmonium à filia tua. Et quū abijſſet domum ſuam, reperit
dæmonium exijſſe, & filiam iacentem ſuper lectum.

*Et rurſum egreſſus de finibus Tyri ac Sidonis, uenit ad mare
Matth.9.d Galilęæ, per medios fines Decapolis, & adducunt ei ſurdum, im- D
Lucæ.11.b. peditæq; linguę, & deprecantur eū, ut imponat illi manū. Et quū
adprehendiſſet eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auri-
culas eius, & ſputo emiſſo, tetigit linguam eius, ac ſuſpiciēs in cœ-
lum, ingemuit, & ait illi: Ephphatha, quod eſt, aperire. Et ſtatim
apertæ ſunt eius aures, & ſolutum eſt uinculum linguę eius, ac lo-
quebatur recte.* Ac præcepit eis, ne cui dicerent. Sed quò magis
Mar.2.d.9.a ille eis præceperat, hoc potius amplius prędicabant: & ſupra mo-
dum ſtupebāt, dicentes: Bene* omnia fecit, & ſurdos fecit audire,
Gene.1.a & mutos loqui.
Eccli.39.c

[a] Quod commune non eſt, adpellatur Hebræis ſanctum, id eſt, purum: Ita quod commune, prophanum dicitur & impurum. [b] Oculus inuidus & uitioſus.

CAPVT OCTAVVM.

Matth.15.d IN* diebus illis, quum turba admodum multa eſſet, nec ha- A
berent quod manducarent, accerſitis ad ſe Ieſus diſcipulis
ſuis,

ſuis,ait illis:Intimè miſereor turbæ:quia iam triduo manēt apud
me,nec habent quod edāt:& ſi dimiſero eos ieiunos in domū ſuā,
deficient in uia. *Quidam enim ex eis è longinquo uenerunt. Et Tob.13.b.
reſponderunt ei diſcipuli ſui: Vnde iſtos quis poterit hîc ſatiare Eſa.60.a.
panibus,in ſolitudine? Et interrogabat eos: *Quot panes habe- Mar.6.e
tis? Illi uerò dixerunt:Septem. Et præcepit turbæ, diſcumbere ſu
per terram. Et acceptis ſeptē panibus, quum gratias egiſſet, fre-
git,deditq; diſcipulis ſuis,ut adponerent:& adpoſuerunt turbæ.
Et habebant piſciculos paucos,& quum benedixiſſet,iuſſit adpo
ni & hos. Comederunt autem,& ſaturati ſunt:ac ſuſtulerunt quę
ſuperfuerant,fragmentorum ſeptem ſportas. Erant autem qui co
mederant, fermè quater mille:& dimiſit illos.
B * Et mox ingreſſus in nauim cū diſcipulis ſuis, uenit in partes Matth.16.a
Dalmanutha. Et egreſſi ſunt Phariſæi,cœperūtq; diſputare cū il Ioan.6.d.
lo, quęrentes ab eo ſignum è cœlo,tentantes eum. Et quum inge-
muiſſet ſpiritu ſuo, dicit: Quur *generatio hæc ſignū inquirit? Mar.12.d
Amen dico uobis: *Si dabitur generationi huic ſignum. Et reli- Luc.11.c.
ctis illis,ingreſſus rurſus nauim, abijt in ulteriorem ripam.
* Et obliti fuerant ſumere panes, nec præter unum panem ha- Matth.16.a
bebant ſecum in naui. Ac præcepit illis, dicens: Videte,cauete à Luc.12.a.
fermento Phariſæorū, &*à* fermento Herodis. Et diſputabant
inter ſeſe,dicentes:Panes non habemus. Et eo cognito, Ieſus dicit
illis:Quid diſputatis,quòd panes non habetis? Nondum animad-
uertitis? nec intelligitis? adhuc obcæcatum habetis cor ueſtrum?
C Oculos habentes, non cernitis? & aures habentes, non auditis?
Et non meminiſtis, *quum quinq; panes in hominum quinq; mi- Mar.6.e.
lia,fregiſſem,quot cophinos,fragmētis plenos,ſuſtuleritis? Dicūt Ioan.6.a.
ei:Duodecim. *Quum autem ſeptem in quatuor milia, quot ſpor- *Matt.15.d
tas, ex reliquijs fragmentorū,tuliſtis? Illi uerò dixerunt:Septem. Mar.8.a.
Et dixit illis: Qui fit,ut non intelligatis?

Et uenit Bethſaïdan, & adducunt illi cæcum:& obſecrant eū,
ut illum tangeret. Et adpræhenſa manu cæci, eduxit illum extra
uicum: & quū expuiſſet in oculos illius,impoſuiſſetq; illi manus,
interrogabat eum, ſi quid uideret:& recepto uiſu, dicebat: Vi-
deo homines, quoniam uelut arbores cerno ambulantes. Deinde

rurſum impoſuit manus, ſuper oculos illius, & fecit ut uiſum reci-
peret. Et reſtitutus eſt, ac denuo uidebat dilucide omnes. Et ab-
legauit illum in domum ſuam, dicens: Neq; in uicum ingrediaris,
neq; dixeris cuiquam in uico.

Mat. 16. b *Et egreſſus eſt Ieſus, & diſcipuli illius in uicos Cæſareæ, *quæ D
Luc. 9. c cognominatur *Philippi: et in uia interrogabat diſcipulos ſuos, di
cens illis: Quem me dicunt homines eſſe? Illi uero reſponderunt:
Ioannē Baptiſtā, & alij Heliā, alij rurſus unū de numero prophe-
tarum. Et ipſe dicit illis: At uos quem me dicitis eſſe? Reſpondēs
Ioan. 6. g. autem Petrus, dicit illi: *Tu es ille Chriſtus. Et interminatus eſt
Mat. 16. c. eis, ne cui dicerēt de ſe. Et *ᵇcœpit docere eos, quod oporteret fi-
17. d. 20. b lium hominis multa pati, & reprobari a ſenioribus, ſummiſq; ſa-
cerdotibus ac ſcribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere. Et a-
perte ſermonem loquebatur. Et adpræhendit illum Petrus, cœ-
pitq; increpare eum. At ille cōuerſus, & intuitus diſcipulos ſuos,
increpauit Petrum, dicens: Abi poſt me Satana: quoniam non ſa-
pis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.

Matt. 16. d. *Et quum ad ſe uocaſſet turbam, una cum diſcipulis ſuis, dixit
Luc. 9. c illis: Quicunq; uult ſequi me, abneget ſemetipſum, & tollat cru-
Luc. 17. d. cem ſuam, ac ſequatur me. Nam *quiſquis uoluerit animam ſuam
Ioan. 12. c ſeruare, perdet eam: quiſquis autem perdiderit animam ſuam,
mea cauſſa & Euangelij, hic ſeruabit eam. Quid enim profuerit
homini, ſi lucratus fuerit totum mundum, & animæ ſuæ iacturam
fecerit? Aut quid daturus eſt homo, quo repenſet animam ſuam?
Matt. 10. d *Quemcunq; enim puduerit mei, ac meorū ſermonum, in gene-
Luc. 9. c. ratione hac adultera & peccatrice, pudebit illius, & filium homi-
& 12. e nis, ubi uenerit in gloria patris ſui, cum angelis ſanctis.
Act. 24. b *ᵃ Si, iurantis eſt, ut ibi: Si introibunt in requiem meam. Tum autem huius uocis in ea ſignificatione uſus eſt, quum quod poſtulatur, iureiurando negatur, hoc eſt, abiurantis uocula eſt.* ᵇ *Hic habes, quur interminatus ſit eis, ne cui de ſe dicerent. Nam ſi cognouiſſent, haud quaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. 1. Cor. 2.*

CAPVT NONVM.

Mat. 16. d ET dicebat illis: *Amen dico uobis: Sunt quidam inter eos, A
Luc. 9. d. qui hic ſtant, qui non guſtabunt mortem, donec uiderint
*Matt. 17. a regnum Dei ueniſſe cum uirtute. *Ac poſt ſex dies adſu-
Luc. 9. d mit

mit Ieſus Petrum ac Iacobum, & Ioannē, & ſubducit eos in mon-
tem excelſum ſeorſum ſolos: & transformatus fuit coràm illis, &
ueſtimēta illius facta ſunt ſplendida, candida ualde, ueluti nix,
quàm candida facere non poteſt fullo ſuper terram. Et conſpe-
D ctus eſt illis Helias cum Moſe, colloquebanturq; cum Ieſu. Et re-
ſpondens Petrus, dicit Ieſu: Rabbi, bonū eſt, nos hîc eſſe, & facia-
mus tabernacula tria, tibi unum, & Moſi unum, & Heliæ unum.
Non enim nouerat, quid loqueretur: erant enim expauefacti. Et
facta eſt nubes, quæ obumbrauit illos. Et uenit uox è nube, dicēs:
*Hic eſt ille filius meus dilectus, ipſum audite. Et repentè quū cir- *Mat.3.b.*
cumſpexiſſent, non amplius uiderunt quenquam, ſed ſolum Ieſum *Mar.1.a*
+eſſe+ ſecum. *Luc.3.c*

B *Porrò quum deſcenderent de monte, *præcepit illis, ne cui *Matth.17.b*
exponerent, quæ uiderant: niſi quum filius hominis à mortuis re- **Mar.1.d.9*
ſurrexiſſet. Ac uerbum hoc continuerunt, inter ſe diſputantes,
quid eſſet, à mortuis reſurgere: & interrogabant illum, dicentes:
+Quid eſt+ quòd ſcribæ dicunt: Heliā oportere uenire prius. Ille
uerò reſpondens, dixit illis: Helias quidem ubi uenerit prius, reſti-
tuit omnia. *Et quemadmodum ſcriptum eſt de filio hominis, ut *Eſa.53.a*
multa patiatur, & contemnatur. Verùm dico uobis, Heliam ue- *Pſal 21.a.*
niſſe: & fecerunt illi quæcunq; uoluerunt, ſicut ſcriptum erat de
illo.

*Et quū ueniſſet ad diſcipulos +ſuos,+uidit turbam multā cir- *Matth.17.b*
cùm illos, & ſcribas diſputantes cum eis. Et protinus uniuerſa tur- *Luc.9.d*
ba, quum uidiſſet eum, obſtupuit: & occurrentes ſalutauerunt
eum. Et interrogauit ſcribas: Quid diſputatis inter uos? Et re-
ſpondēs unus è turba, dixit: Præceptor, adduxi filium meum ad
te, habentem ſpiritum mutum, & quandocunq; eum corripuerit
lacerat eū: atq; +ille+ ſpumat, ac ſtridet dentibus ſuis, & areſcit. Et
dixi diſcipulis tuis, ut illum eijcerent, & non potuerunt.

C At ille reſpondens ei, dicit: O natio incredula, quouſq; apud
uos ero? quouſq; patiar uos? Adducite illū ad me: Et adduxerunt
illū ad eū. Et uiſo illo, cōtinuò ſpiritus diſcerpebat eū. Et plapſus
in terrā, uoluebatur ſpumās. Et interrogauit patrē illius: Quan-
tum tēporis eſt, quòd hoc accidit ei? At ille dixit: A puero, et fre-

quenter illum & in ignem abiecit,& in aquas, quo perderet eum.
Age,ſi quid potes,ſubueni nobis,intime miſertus noſtri.Ieſus au-
Luc.1.e. tem dixit ei:Illud ſi potes credere. *Omnia poſſibilia credenti.Et
& 18.c. confeſtim clamans pater pueri cum lachrymis, dixit:Credo Do-
mine, ſuccurre incredulitati meæ.

Quum uidiſſet autem Ieſus, quòd turba ſimul accurreret, in-
crepauit ſpiritum immundum, dicens illi:Spiritus mute & ſurde,
ego tibi impero, exi ab eo:& ne poſt hâc ingrediaris in illum.Et
quum clamaſſet * ſpiritus, * multumq; diſcerpſiſſet eum, exiuit.
Et factus eſt tanquàm mortuus,adeò,ut multi dicerent,mortuus
Matth.17.c eſt.At Ieſus prehenſa manu illius,erexit eũ:& *ille* ſurrexit.*Et
quum eſſet ingreſſus domum, diſcipuli illius interrogabant eum
ſeorſum:Quur nos non quiuimus eijcere illum? Et dixit illis:Hoc
genus nulla re poteſt exire, niſi per deprecationem & ieiunium.

Mat.17.d. *Et illinc digreſſi, iter fecerunt per Galilæam, nec uolebat, ut
Mar.8.d. quiſquam ſciret.Docebat enim diſcipulos ſuos,& dicebat illis:Fi-
& 10.d. lius hominis traditur in manus hominum, & occident eum:& oc-
Luc.18.d ciſus,tertio die reſurget. Et illi ignorabant quod dixerat,& time
& 9.c. bant eum interrogare.

Matth.18.a *Et uenit Capernaum,& quum ueniſſet in domum,interroga
bat illos : Quid in itinere inter uos diſputabatis ? At illi ſilebant.
Mar.10.c Nam*inter ſe diſputauerant in uia, quis*eſſet* maior.Et quũ cõ-
Matt.20.d. ſediſſet, accerſiuit duodecim, & dicit illis : *Si quis uult primus
eſſe,*is*erit omniũ poſtremus,& omniũ miniſter. Et appræhen-
ſum puellum, ſtatuit in medio illorum : & quum cepiſſet illum in
Luc.9.c ulnas ſuas, dixit illis : *Quiſquis unum ex talibus puellis recepe-
& 10.b. rit in nomine meo,me recipit:& quicunq; me recipit, non me re-
Ioan.13.c cipit,ſed eum, qui emandauit me.

Reſpondit autem ei Ioannes,dicens:Præceptor,uidimus quen
dã in nomine tuo eijcere dæmonia,nec ſequitur nos, & prohibui-
1.Cor.12.a mus illum:propterea quòd non ſequitur nos. At Ieſus dixit : *Ne
prohibeatis illum.Nullus enim eſt,qui ſi fecerit uirtutem,per no-
men meum,poſſit citò malè loqui de me. Qui enim non eſt aduer-
Mat.10.c uerſus nos, pro nobis eſt. * Quiſquis enim ad bibendum dederit
uobis calicẽ aquę,in nomine meo,quòd ſitis Chriſti,amen dico uo
bis,

bis, nequaquàm perditurus eſt mercedem ſuam.
E * Et quiſquis offenderit unum ex puſillis, qui confidunt in me, Mat.18.a
melius foret illi, ſi circundaretur ſaxum molare, circa ceruicē eius, Luc.17.a
& abijceretur in mare. Et * ſi tibi obſtaculo fuerit manus tua, am- Matth.5.d.
puta illam. Bonum eſt tibi, mutilū ad uitā ingredi, *potius* quàm & .18.a
duas manus habentem, abire in gehennam, in ignem inextinguibi-
lem, ubi uermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur.
Et ſi pes tuus tibi obſtaculo fuerit, amputa illū. Bonū eſt tibi, ut in
grediaris ad uitā claudus, *potius* quā ut duos pedes habēs, mitta
ris in gehennam, in ignē inextinguibilem, ubi uermis illorum non
moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi oculus tuus tibi obſtacu-
lo eſt, erue illum. Bonum eſt tibi, ut luſcus introēas in regnū Dei,
*potius *quàm ut duos oculos habens, mittaris in gehennā ignis,
* ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Eſa.66.d
D Vnuſquiſq; enim igne ſalietur, & unaquæq; * uictima ſale ſalie- Ezec.20.f
tur* ª Bonū eſt ſal. Sin autem ſal inſulſus fuerit, quo nam ipſe con- *Leui.2.d
dietur? Habete in uobis ipſis ſalem, & pacem habete inter uos *Matt.5.b
inuicem. Luc.14.d

ª *Bona ac precioſa res eſt ſal.*

CAPVT DECIMVM.

A ET * quum inde ſurrexiſſet, uenit in fines Iudæę, per regio- Matth.19.a
nem quæ eſt ultra Iordanē, & conueniunt rurſum turbæ
ad illum: & ſicut conſueuerat, rurſum docebat eas. Et ade-
untes Phariſæi, interrogauerūt eum: Licetne uiro, uxorem repu-
diare? tentantes illum. At ille reſpondens, dixit illis: Quid uobis
præcepit Moſes? At illi dixerunt: * Moſes permiſit libellum diuor Deu.24.a.
tij ſcribere, & repudiare. Et reſpōdens Ieſus, dixit illis: Ad duritiā Matth.5.a
cordis ueſtri ſcripſit uobis pręceptum iſtud: cæterum ab initio cre
ationis, maſculum & fœminā, fecit illos Deus. *Propter hoc re- Gene.2.d
linquet homo patrem ſuū & matrē, & adglutinabitur uxori ſuæ.
Et erunt duo in carnem unā. Itaq; non iā ſunt duo, ſed una caro.
Quod igitur Deus copulauit, homo ne ſeparet.
Et in domo rurſum diſcipuli illius eadē de re interrogauerūt
illum. Et dicit illis: * Quicunq; repudiauerit uxorem ſuam, & du- Matth.5.d
xerit aliā, adulterium cōmittit aduerſus illam. Et ſi mulier repu- 19.b

 Luc.16.c

diauerit uirũ ſuum,& nupſerit alteri,adulterium committit. B
Math.19.b. * Et attulerunt ad illum puellos,ut tangeret illos:diſcipuli ue=
Luc.18.b. rò increpabant eos,qui adducebant.Quũ uidiſſet autem Ieſus,in=
dignatus eſt,& dixit illis:Sinite puellos uenire ad me, ne prohi=
bete eos:taliũ eſt enim regnum Dei. Amen dico uobis: Quicunq;
nõ acceperit regnũ Dei,tãquã puellus, haud quaquã ingredietur
in illud. Et quum cepiſſet illos in ulnas, impoſitis manibus ſuper
illos,benedixit eis.
Math.19.c. *Et quum exiret in uiam,accurrit quidã,ac genua flexit illi, &
Luc.18.c interrogabat eum:Præceptor bone,quid faciam,ut uitam æternã
Deut.32.f. poſſideam? Ieſus autem dixit illi:Quur me dicis bonum? * Nemo
bonus,niſi unus,+nẽpe+Deus. Præcepta noſti. Ne * cõmittas ad=
Exod.20.c. ulteriũ. Ne occidas. Ne fureris. Ne falſò teſtificeris. Ne fraudes.
Honora patrẽ tuũ & matrẽ. At ille reſpondens,dixit illi: Præce=
ptor,hęc oĩa ſeruaui ab adoleſcẽtia mea. Ieſus autẽ intuitus illũ, di
lexit illũ,& dixit illi: Vnũ tibi deeſt. Abi, *quęcũq; habes uẽde,&
Act.2.e. da pauperibus,et habebis theſaurum in cœlo,& ueni,ſequere me,
4.d ſublata + in humeros+ cruce. At ille mœſtitia affectus propter ſer=
monem,diſcedebat dolens:habebat enĩ poſſeſſiones multas.
Matt.19.c * Et quum circũſpexiſſet Ieſus,dicit diſcipulis ſuis: Quàm diffi= C
Luc.18.c. culter hi,qui pecunias habent,in regnum Dei intrabũt. Diſcipuli
uerò obſtupuerunt ſuper uerbis illius. At Ieſus rurſum reſpon=
dens,dicit illis: Filij,quàm difficile eſt eos, qui fiduciam habent in
pecunijs,regnum Dei ingredi. Facilius eſt camelum per foramen
acus ingredi,quàm diuitẽ in regnum Dei ingredi. Illi uerò ſupra
modũ perculſi ſunt, dicentes intra ſeſe: Et quis poteſt eſſe ſaluus?
Intuitus autẽ illos Ieſus,dicit: Apud homines impoſſibile+ eſt,+ ſed
non apud Deum. Nam omnia poſſibilia ſunt apud Deum.
Matth.19.d * Et cœpit Petrus dicere illi: Ecce, nos reliquimus omnia, &
Luc.18.c ſequuti ſumus te. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Amen dico uo=
bis: Nullus eſt, qui reliquit domum, aut fratres, aut ſorores, aut
patrem, aut matrẽ, aut uxorẽ, aut liberos, aut agros, mea cauſſa
& Euangelij, quin recipiat centupla, nunc in tempore hoc, domos
& fratres, & ſorores, & matres, & liberos, & agros cum perſe=
quutionibus, ac in ſeculo uenturo uitam æternam. * Multi autẽ
Luc.13.e

primi

primi erunt poſtremi : & poſtremi,primi. * Erant autem in uia, Mat. 20.b
aſcendentes Hieroſolymā, & pręcedebat illos Ieſus,erantq́ paue- Luc.10.d
facti,& ſequentes timebant.

D Et adſumptis Ieſus rurſū duodecim,cœpit illis dicere, quę ſibi
euentura eſſent : Ecce,aſcendimus Hieroſolymam,& filius homi-
nis tradetur principibus ſacerdotū & ſcribis , & condemnabunt
eum ad mortem,& tradent illū gentibus, & illudent illi,& flagel-
labunt illum, & inſpuent in illum,& occident eum,& tertia die re
ſurget.* Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes,filij Zebedæi,di Mat.20.c
centes: Præceptor,uolumus ut quicquid petierimns,facias nobis.
Ille uerò dixit eis : Quid me uultis facere uobis? Illi uerò dixerunt
ei : Da nobis, ut unus tibi à dextris, & alter tibi à ſiniſtris, ſedea-
mus in gloria tua . Ieſus autem dixit illis : Neſcitis quid petatis.
Poteſtis bibere poculum,quod ego bibo? & baptiſmate , quo ego
baptizor,baptizari? At illi dixerunt ei : Poſſumus . Ieſus autem
dixit illis : Poculum quidē, quod ego bibo,bibetis,& baptiſmate,
quo ego baptizor, baptizabimini : cæterùm ſedere mihi à dextris
ac ſiniſtris,non eſt meū dare,ſed +ijs contingent+ quibus paratū eſt.

E Et quum audiſſent decem , cœperunt indignari de Iacobo &
Ioanne.Ieſus autem quū uocaſſet eos ad ſe,dicit illis :* Scitis,quòd Matth.20.d
qui uidentur imperare gentibus,dominiū exercent aduerſus illas: Mar.9.d.
& qui magnates ſūt inter eas,poteſtatem exercent in illas. Verùm luc.9.e 22.b
non ſic erit inter uos, ſed quicunq́ uoluerit ex uobis fieri magnus
inter uos,erit miniſter ueſter. Et quicunq́ ex uobis uoluerit fieri
primus,erit omnium ſeruus.Nam & filius hominis , non uenit ut
ſibi miniſtraretur,ſed ut+ipſe+miniſtraret:*ac daret animam ſuā, Ioan.10. b
redemptionem pro multis.

*Et ueniūt Hiericho,quumq́ egrederetur+urbe+Hiericho,ac Matth.20.d
diſcipuli illius,& turba copioſa,filius Timæi,Bartimæus cæcus ſe Luc.18.d.
debat iuxta uiam mendicans:& quum audiſſet, quòd Ieſus Naza-
ræus eſſet,cœpit clamare,& dicere:Fili Dauid Ieſu,miſerere mei.
Et increpabāt illū multi,ut taceret. At ille multò magis clamabat:
Fili Dauid, miſerere mei . Et ſtetit Ieſus, ac iuſſit illum uocari.
Et uocant cæcum,dicentes illi : Bono animo eſto : ſurge,uocat
te. Ille uerò abiecto pallio ſuo, ſurrexit , & uenit ad Ieſum.

Et re-

Et reſpondens dicit illi Ieſus: Quid uis faciam tibi? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, ut uiſum recipiam. Ieſus autem dixit illi: Abi, fides tua ſaluum te reddidit. Ac protinus recepit uiſum: & ſequebatur Ieſum in uia.

CAPVT VNDECIMVM.

Mat.21.a Luc.19 c — ET* quum adpropinquant Hieroſolymis, ad Bethphage, & Bethaniã, iuxta mõtem Oliuarũ, emandat duos è diſcipulis ſuis, & dicit illis: Abite in uicum, qui contra uos eſt, & ſtatim ingrediẽtes in illum, inuenietis pullum adligatum, ſuper quem nullus hominũ ſedit: ſoluite eum, & adducite. Et ſi quis uobis dixerit: Quur facitis hoc? dicite, quod dominus eo opus habet: & continuò illum mittet huc. Abierunt autem, & inuenerunt pullum adligatum iuxta ianuam, foris in biuio: & ſoluũt illum. Et nonnulli eorum, qui illic ſtabant, dicebant illis: Quid facitis, ſoluentes pullum? At illi dixerunt eis, quemodmodum præceperat Ieſus: & ſinebant illos. Et adduxerunt pullum ad Ieſum, & in- A

Ioan.12.b — iecerunt illi pallia ſua: seditq́; ſuper illum. Multi * uerò pallia ſua ſternebant in uiam: alij uerò frondes incidebant ex arboribus, & ſternebant in uiam. Et qui præcedebant, quiq́; ſequeban-

Pſal.117.c. — tur, clamabant, dicentes: *Hos anna, benedictus, qui uenit in nomine domini. Benedictum, quod uenit, regnum, in nomine Domini, patris noſtri Dauid: Hos anna in altiſſimis.

Et ingreſſus eſt Hieroſolymam Dominus, & in templum. Et quum circumſpexiſſet omnia, iamq́; tempus eſſet ueſpertinum, B

Mat.21.b. — egreſſus eſt Bethaniã, cũ duodecim. *Et poſtero die, quum exijſ-

Luc.13.a. — ſent Bethania, eſurijt: *Quumq́; *uidiſſet arborem fici procul, habentem folia, ueniebat, ſi uidelicet inuenturus eſſet aliquid in ea. Et quum ueniſſet ad illam, nihil inuenit, niſi folia. Non enim erat tempus ficorum. Et reſpondẽs Ieſus, dixit ficui: Ne poſthâc ex te in æternum, quiſquàm fructum edat. Et audiebant diſcipu-

Mat.21.b. — li illiùs, *ueniuntq́; Hieroſolymam.

Luc.19.d Ioan.2.b — Et ingreſſus Ieſus in templum, cœpit eijcere eos, qui uendebant & emebant in templo, & menſes argentariorũ, & ſellas uendentium columbas, ſubuertit: & non permiſit, ut quiſquàm deportaret uas per templum. Et docebat, dicens illis: Nonne ſcriptum

eſt?

eſt: * Domus mea, domus precationis uocabitur omnibus genti- Eſa.56.b
bus? Vos autem feciſtis eam, ſpeluncam latronum. Hier.7.a.
*Et audierunt Scribæ, principesq́ ſacerdotum, & quærebant Mat.21.e.
quomodo illum eſſent perdituri. Timebant enim eũ: quia uniuer- Ioan.7.d.
ſa turba obſtupeſcebat ſuper doctrina eius. Et quũ ueſpera facta
eſſet, egreſſus eſt Ieſus è ciuitate, *& manè prætereuntes, uiderunt Mat.21.b
A ficum aruiſſe radicitus: & recordatus Petrus, dicit illi: Rabbi,
ecce ficus illa, quã execratus es, aruit. Et reſpondens Ieſus, dicit
illis: *Confidite Deo. Amen dico uobis, quòd, quicunq; dixerit Mat.17.c
monti huic: Tollaris, ac mittaris in mare: *& non hæſitauerit in Luc.17.c.
corde ſuo, ſed crediderit ᵃfore, ᵇquę dixerit, erit illi quicquid dixe *Iacob.1.a.
rit. *Propterea dico uobis, quæcũq; orantes petitis, credite quòd *Ioan.14.b
accipitis, & erunt uobis. *Et quum ſteteritis orantes, remittite ſi 15.a.16.c
quid habetis aduerſus aliquem: ut & pater ueſter, qui in cœlis eſt, *Mat.6.b.
remittat uobis delicta ueſtra. & 18.c.d.
D *Et ueniunt rurſum Hieroſolymã, & quum ambularet in tem Mat.21.e.
plo, ueniunt ad illum principes ſacerdotũ, & ſcribæ, & ſeniores Luc.20.a
& dicunt illi: Qua autoritate iſta facis? & quis tibi dedit autori-
tatem iſtam, ut iſta facias? Ieſus autem reſpondens, dixit illis:
Quæram à uobis, & ipſe quiddam, & reſpondete mihi: & dicam
uobis, qua autoritate hæc faciã. Baptiſmus Ioãnis, utrũ è cœlo,
an ex hominibus, erat? Reſpõdete mihi. Et ratiocinabãtur apud
B ſe, dicẽtes: ſi dixerimus, è cœlo, dicet: Quur igitur nõ crediditis
illi? At ſi dixerimus, ex hominibus. Timebant populum. Omnes
enim habebant Ioannem, quòd uerè Propheta fuiſſet. Et reſpon-
dentes, dicunt Ieſu: Neſcimus. Et Ieſus reſpondens, dicit illis: Nec
ego dico uobis, qua autoritate hæc faciam:

ᵃ *Hic Chriſtus per ὑποτύπωσιν delineat eorũ hypocriſim, qui ſua fucata uita hominibus magni uidẽtur, quũ tamen nihil proſint, nihilq́; niſi expectationem eorum, qui ſuam ſitiunt atq; eſuriunt ſalutem, fallant: unde & à Chriſto hîc cum arbore fici maledicuntur.*

ᵇ *Vocabitur, pro uerè fuerit omnibus gentibus.*

CAPVT DVODECIMVM.

A ET* cœpit illis per parabolas loqui. Vineam plantauit ho- Mat.21.d
mo, & circũdederat ſepẽ, & foderat lacũ, & ædificauerat Luc.20.a.
turrim: et elocauerat eã agricolis, & peregrè profectus eſt

Et miſit ad agricolas, quũ eſſet opportunũ, ſeruũ, ut ab agricolis
acciperet de fructu uineæ. At illi arreptũ illũ cæciderũt, ac remi-
ſerunt uacuũ. Et rurſum miſit ad illos aliũ ſeruũ, & * illi *, conie-
ctis in eum ſaxis, ei caput contuderunt: & remiſerunt contume-
lijs affectum. Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt, mul-
toſq; alios: hos quidem cæciderunt, alios uerò occiderunt.

Itaq; quum unum adhuc haberet filium ſuum dilectum, miſit
etiam illum, ad illos, poſtremũ, dicens: Reuerebuntur filium meũ.
Geneſ. 37. d Illi uerò agricolæ dicebant inter ſeſe: Hic eſt hæres, * uenite, occi-
damus eum: & noſtra erit hæreditas. Et arreptum illum, occide-
runt, & eiecerunt è uinea. Quid igitur facturus eſt dominus ui-
neæ? Veniet & perdet agricolas, & dabit uineam alijs. An'ne hãc
Pſal. 117. c quidem ſcripturam legiſtis? * Lapidem, quem reprobauerunt hi,
qui ædificabant, hic factus eſt caput anguli: à Domino factum eſt
Mat. 22. b hoc, & eſt admirabile in oculis noſtris. * Et quærebant eum præ-
Lucæ. 20. b hendere, & metuebant turbam: ſciebant enim, quòd aduerſus
ipſos parabolam dixiſſet. Et relicto illo abierunt.

Luc. 20. c. * Et mittunt ad illum quoſdam è Phariſæis, & Herodianis, ut B
eum captarent ſermone. Illi uerò quum ueniſſent, dicunt ei: Præ-
ceptor, ſcimus, quòd uerax es, & non laboras de quoq;: nõ enim
reſpicis perſonam hominũ, ſed * cum ueritate uiam Dei doces.
Licet cenſum dare Cæſari, an non? Demus, an nõ demus? Ille ue-
rò ſciẽs illorũ ſimulationem, dixit illis: Quid me tentatis? Affer-
te mihi denarium, ut uideam. Illi uerò attulerunt. Et dicit eis:
Cuius eſt imago hæc, & inſcriptio? Illi uerò dixerunt ei: Cæſaris.
Mat. 17. d Et reſpondens Ieſus, dixit illis: * Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæ-
Rom. 13. b ſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Et admirati ſunt de eo.

Mat. 22. c * Et ueniunt Sadducæi ad illum, qui dicũt, nõ eſſe reſurrectio-
Luc. 20. d nem, interrogauerunt'q; eum, dicẽtes: Præceptor, Moſes ſcripſit
* Deu. 25. a nobis, * ſi cuius frater moriatur, ac relinquat uxorem, & liberos
Act. 23. a. non relinquat, ut accipiat frater eius uxorem illius, & ſuſcitet ſe-
men fratri ſuo. Septem fratres fuerũt, ac primus accepit uxorem:
iſ'q; moriẽs, non reliquit ſemen: & ſecundus accepit illam, ac mor
tuus eſt, & nec ipſe reliquit ſemen: & tertius ſimiliter. Et accepe-
runt eam ſeptem, nec reliquerũt ſemen. Poſtrema uerò omnium
mortua

mortua eſt & uxor. In reſurrectione igitur, quum reſurrexerint,
cuius illorum erit uxor? Nam ſeptem habuerunt eam, uxorem.
Et reſpondens Ieſus, dixit eis: An non propterea erratis, quód nõ
ſciatis ſcripturas, neq; potentiã Dei? Quum enim à mortuis re=
C ſurrexerint, neq; contrahunt matrimoniũ, neq; nuptum dantur,
ſed ſunt uelut angeli, qui in cœlis ſunt. Cæterùm de mortuis,
quód reſuſcitantur, non legiſtis in libro Moſi, quomodo in Ru=
bo loquutus ſit illi Deus, dicens? *Ego ille Deus Abraham, & Exod.3.a
Deus Iſaac, & Deus Iacob. Non eſt Deus mortuorum, ſed Deus Act.7.d.
uiuentium. Vos igitur multum erratis.
*Et quũ acceſſiſſet quidam è ſcribis, & audiſſet eos diſputãtes, Mat.22.d
uideretq́; quód bene reſpondiſſet eis, interrogauit illum: Quod Luc.10.c.
eſt primũ oĩm præceptorũ? Ieſus aũt reſpondit illi: Primum oĩm
mãdatorũ ⁺eſt⁺: *Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Dominus Deut.6.b
unus eſt. Et diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex to & 30.b
ta anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex totis uiribus tuis. Hoc ⁺eſt⁺
primũ præceptũ. Et ſecundũ ſimile, hoc ⁺eſt⁺: *Diliges proximũ Leuit.19.c.
B tuum, ut teipſum. Maius his, aliud præceptum non eſt. Rom.13.b
Et dixit illi Scriba: Bene, præceptor, in ueritate dixiſti, quód
unus ſit Deus, & non ſit alius præter illum: quódq́; diligere eum
ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex to=
tis uiribus: ac diligere proximum ut ſeipſum, plus ſit quàm uni=
uerſa holocautomata, & uictimæ. At Ieſus quum uideret, quód
cordatè reſpondiſſet, dixit illi: Haud longè abes à regno Dei.
D Et nemo poſt illa, audebat illum interrogare. *Et reſpondens, Mat.22.d
Ieſus, dicebat, docẽs in templo: ⁺Quomodo dicunt Scribæ, Chri= Lucæ.10.e.
ſtum eſſe filiũ Dauid? Nam ipſe Dauid dixit adflatus ſpiritu ſan=
cto: *Dixit Dñs dño meo, ſede à dextris mihi. Donec poſuero ini Pſal.109.a
micos tuos, ſcabellum pedum tuorũ. Ipſe ergo Dauid uocat eum
dñm, & unde filius eius eſt? Et plera q; turba audiebat eũ libẽter.
Et dicebat illis in doctrina ſua: *Cauete à Scribis, qui amant Matth.23.a
ſtolati obambulare, & ⁺amãt⁺ ſalutationes in foris, primaſq́; ſel= Lucæ.20.c.
las in congregationibus, & primos accubitus in cœnis: qui deuo=
rant domos uiduarum, & occaſione oſtentationis, prolixa pre=
cantes. Hi accipient grauius ⁺iudicium.

Lucæ.21.a. * Et quum ſederet Ieſus ex aduerſo * gazophylacij, ſpectabat
*4.Re.12.b quomodo turba mitteret æs in gazophylacium. Et multi diuites mittebant multa. Et uenit quædam uidua pauper, miſitq; minuta duo, quod eſt quadrans. Vocatisq; ad ſe diſcipulis ſuis, dicit illis: Amen dico uobis, quòd uidua hęc pauper plus miſit, quàm omnes qui miſerunt in gazophylacium. Nam omnes ex eo, quod ipſis ſurererat, miſerunt: At hæc è penuria ſua, omnia quæcunq; habebat miſit, totam ſubſtantiam ſuam.

[a] *Verè doces quiſnã ſit uiuendi modus, deo adprobatus, quis, quem ille nobis præſcripſerit.*

[b] *Nemo hanc quæſtionem ſoluerit, niſi figuram cum ſua ueritate examuſſim perpenderit.*

[c] *Iudicium, pro damnatione.*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Math.24.a ET * quum exiret è templo, [a] dicit illi quidã è diſcipulis ſuis: A
Luc.21.a Magiſter, uide cuiuſmodi lapides, & cuiuſmodi ſtructuræ? Et Ieſus reſpondens, dixit illi: Vides has magnas ſtructuras? Non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non diruatur.

Et quum ſederet in monte Oliuarum, è regione templi, interrogabant illum ſecretò, Petrus & Iacobus, & Ioannes & Andreas: Dic nobis quando hæc erunt? Et quod ſignum ⁺eſt⁺, quãdo hæc omnia ſint conſummanda? At Ieſus reſpondens illis, cœpit dicere: Videte, ne quis uos fallat. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, multosq; decipient. Quum autem audieritis bella, & rumores bellorum, ne turbemini: oportet enim
Eſa.19.a fieri, at nondum finis. * Surget enim gens in gentem, & regnum in regnum. Et erunt terræmotus in ſingulis locis, & erunt fames ac turbationes. Initia dolorum hæc.

Matth.10.b * Sed cauete uos uobis ipſis. Tradẽt enĩ uos in cõcilia, & in ſyna- B
&.24.a gogas, cædemini, & ſub præſidibus ac regibus ducemini propter
Luc.12.b me, in teſtimoniũ illis. * Et in omnes gentes oportet prius præ-
&.21.a dicari Euangelium.
Ioan.16.a.
*Mat.24.a * Quum autem duxerint uos tradentes, ne præcogitetis, quid di-
*Mat.10.c cturi ſitis, neq; meditemini: ſed quicquid datum fuerit uobis in
Lucæ.12.b illa hora, hoc loquamini. Non enim eſtis uos qui loquimini, ſed
&.21.b ſpiritus ſanctus. Traditurus eſt autem frater fratrem in mortem. Et pater filium: & inſurgent filij aduerſus parentes, ac morte afficient

cient eos. Et eritis exoſi ab omnibus, propter nomen meum. Qui
uerò ſuſtinuerit uſq; in finem, hic ſaluabitur.
* Porrò quum uideritis obominationem deſolationis, de qua Matt.24.b
dictum eſt à * Daniele propheta, ſtantem ubi non oportet, qui le- Luc.21.c
gerit, intelligat: tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant ad montes, qui *Dani.9.e
uerò fuerit in tecto, ne deſcẽdat in domũ, nec ingrediatur, ut quic-
quàm tollat è domo ſua. Et qui fuerit in agro, ne reuertatur ad ea,
quæ reliquit à tergo, ad tollendum pallium ſuum. Væ autem præ
C gnantibus, & lactantibus in illis diebus. Sed orate, ne fiat fuga ue-
ſtra hyeme. Erunt enim dies illi, talis adflictio, qualis non fuit à
primordio rerum conditarũ, quas condidit Deus, uſq; ad hoc tem
pus, nec futura eſt. Et niſi Dominus abbreuiaſſet dies, haud qua-
A quàm ſalua fuiſſet omnis caro. Sed propter electos, quos elegit, ab-
breuiauit dies.
* Ac tũ ſi quis uobis dixerit: Ecce, hîc Chriſtus, ecce, illic: ne cre Matt.24.c
datis. Exorientur enim pſeudoChriſti, & pſeudoprophetæ, & Luc.17.c
ædẽt ſigna ac prodigia, ad decipiendũ etiã, ſi fieri poſſit, electos.
Vos autem cauete, ecce, prædixi uobis omnia.
* Cæterùm in illis diebus, poſt adflictionem illam, ſol obtene- Mat.24.c
brabitur, & luna nõ dabit ſplendorem ſuũ, & ſtellæ cœli decidẽt: Luc.21.c
& uirtutes, quæ in cœlis ſunt, concutientur. * Et tunc uidebunt Ioel.2.b
filium hominis, uenientem in nubibus, cũ poteſtate multa & glo- *Dani.7.b
ria: & tunc emandabit angelos ſuos, & aggregabit electos ſuos,
D à quatuor uentis, à [b] ſummo terræ, uſq; ad ſummum cœli.
* A ficu uerò diſcite ſimilitudinem, quum ramus eius, iam tener Matt.24.c.
fuerit, produxerit'q; folia, ſcitis, quòd propè ſit æſtas: Sic & uos Luc.21.d
B quum uideritis hæc fieri, ſcitote, quòd propè ſit in foribus. Amen
dico uobis, quòd nõ preterierit generatio hæc, donec oĩa hæc fa-
cta fuerint. Cœlum & terra præteribunt, ſed uerba mea nõ præ- Act.1.a
teribũt. * De die autem illo & hora, nemo nouit, ne angeli quidem,
qui in cœlo ſunt, nec ipſe filius, ſed ſolus pater.
* Cauete, uigilate, & orate: neſcitis enĩ quando tempus ſit. Si- Matt.24.d
cut homo, qui peregrè agit, relicta domo ſua, dedit'q; ſeruis ſuis po 25.a
teſtatem, ac ſuũ cuiq; opus: & ianitori mandauit, ut uigilaret. Vi- Luc.12.d
gilate igitur, neſcitis enim quando dominus domus uenturus ſit, & 19.c.

ſerò an medio noctis, an in gallicinio, an diluculò: ne ſi uenerit repentè, offendat uos dormiētes. Cęterùm quæ dico uobis, omnibus dico. Vigilate.

[a] Græcus textus ad uerbum ſic habet: Dicit ei unus diſcipulorum ſuorum. Cæterùm unus pro quidam, frequens eſt, tum Græcis tum Hebræis. [b] Intelligit ab extremo terræ, uſq; ad extremum cœli. [c] Autoritatem, aut facultatem,

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Mat. 26. a / Luc. 22. a / Ioan. 11. c — ERat* autem Paſcha, & [a] azyma poſt biduum. Et quærebāt ſummi ſacerdotes & ſcribæ, quomodo eum per dolum apprehenſum, occiderent. Dicebant autem: Non in die feſto, ne tumultus fiat populi. A

Matth. 26. a / Luc. 7. d / Ioan. 12. a — * Et quum eſſet Bethaniæ, in domo Simonis leproſi, accumbēte eo, uenit mulier, habens alabaſtrū unguenti nardi piſticæ precioſæ: & cōminuto alabaſtro, effudit illi in caput. Erant aūt quidam qui indignarentur apud ſeſe, dicentes: Ad quid perditio hæc unguenti facta eſt? Nam poterat hoc uendi pluris, quàm trecentis denarijs: ac dari pauperibus. Et infremuerunt aduerſus illam.

At Ieſus dixit: Sinite illam: quur illi moleſtias exhibetis? Bonum opus operata eſt erga me. Sēper eñ pauperes habetis uobiſcū, & quandocunq; uolueritis, poteſtis illis benefacere, me uerò nō ſemper habetis. Quod potuit hæc fecit, præuēnit ut ungeret corpus meum ad ſepulturam. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatū fuerit Euangelium hoc in totum mundum, etiam hoc, quod fecit hęc, dicetur in memoriam ipſius.

Matth. 26. b / Luc. 22. a / Ioan. 13. a — *Et Iudas Iſcariotes, unus è duodecim, abijt ad ſummos ſacerdotes, ut proderet eum illis. B Quo uerò audito, illi gauiſi ſunt, & polliciti ſunt ei pecuniā ſe daturos. Et quærebat, quomodo opportunè illum traderet.

Exod. 12. c. / Matth. 26. b / Luc. 22. a — *Ac primo die azymorum, quum Paſcha immolarent, dicūt illi diſcipuli ipſius: Vbi uis ut abeamus, & paremus, ut edas Paſcha? Et emittit duos è diſcipulis ſuis, & dicit illis: Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo, hydriam fictilem aquę baiulans. Sequimini illum, & quocunq; ingreſſus fuerit, dicite patri familiâs: Magiſter dicit, ubi eſt diuerſorium, ubi Paſcha cū diſcipulis meis edam? Et ille uobis oſtendet triclinium magnū, ſtratum, paratū: illic parate

nobis.

nobis. Et exierūt diſcipuli eius, & uenerūt in ciuitatē, & repere-
runt, quēadmodum dixerat illis: parauerúntq; Paſcha.* Et quum Mat.26.b
ueſpera iam eſſet, uenit cū duodecim. Et quum accumberent, ede- Luc.22.b
C rentq;, dixit Ieſus: Amē dico uobis, unus ex uobis me traditurus Ioan.13.c
eſt, qui edit mecū. At illi cœperūt eſſe mœſti, ac dicere illi ſingula-
tim: Nunquid ego? Et alius: Nunquid ego? Ille uero reſpondens,
dixit illis: Vnus è duodecī, qui intīgit mecū in catinū. Filius quidē
hominis abit, ſicut ſcriptū eſt de ipſo: uæ autē homini illi, per quē
filius hominis traditur. Bonū erat illi, ſi natus nō fuiſſet homo ille.

*Et edentibus illis, ſumpto Ieſus pane, quum gratias egiſſet, fre- Mat.26.c
git, & dedit illis, ac dixit: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meū. Luc.22.b
Et accepto poculo, quum gratias egiſſet, dedit illis. Et biberunt ex 1.Cor.11.c.
eo omnes. Et dixit illis: Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui
pro multis effunditur. Amen dico uobis, poſt hâc haudquaquam
bibero de fructu uitis, uſq; ad diem illū, quū illud bibero nouum,
in regno Dei. Et quum hymnum dixiſſent, exierunt in montem
Oliuarum.

D *Et dicit illis Ieſus: Omnes offendemini in me, in nocte Mat.26.c
hac: quia ſcriptum eſt: * Percutiam paſtorem, & diſpergen- *Zach.13.d
tur oues*. Sed poſteaquàm reſurrexero, præcedam uos in Galilæ Act.1.a
am. Petrus autem dixit illi: Etiam ſi omnes offendantur, at
non ego. Et dicit illi Ieſus: Amen dico tibi, quòd hodie in nocte
hac, priuſquàm bis gallus cecinerit, ter abnegabis me. At ille uehe-
mentius dicebat: Imò, ſi me oportuerit commori tibi, haudquaquā
te abnegauero. Similiter autē & omnes dicebant. *Et ueniunt in Matth.22.d
locum, cuius nomen Gethſemani, & dicit diſcipulis ſuis: Sedete hîc, Luc.22.c
donec digreſſus, orauero. Et aſſumit Petrum & Iacobum & Ioan Ioan.18.a
nem ſecum, cœpitq; expaueſcere & adflictari. Et dicit illis:* Do- Ioan.2.c
lore afficitur anima mea uſq; ad mortem. Manete hîc, & uigilate.
Et progreſſus paululum, proſtratus eſt in terram, & orauit, ut
ſi poſſibile eſſet, tranſiret ab ipſo hora, & dicebat: Abba pater.
Omnia poſſibilia *ſunt* tibi, tranſfer poculū hoc à me. Veruntamen,
men, non quid ego uelim, ſed quid tu.

E Et uenit, & offēdit eos dormiētes, dicitq; Petro: Simō, dormis?
nō potuiſti unam horam uigilare? Vigilate, & orate ne incidatis

Matt. 26.d in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, at caro infirma.
* Et rurſum digreſſus orabat, & eundem dixit ſermonem. Et re-
uerſus, offendit illos rurſum dormientes: erant enim oculi eorum
grauati, neq; ſciebant, quid illi reſponderẽt. Et uenit tertiò, dicitq;
illis: Dormite iam, & requieſcite. Sufficit. Venit hora. Ecce,
traditur filius hominis in manus peccatorũ. Surgite, eamus. Ecce,
Matth.26.e qui prodit me, adpropinquat. * Et continuò, adhuc eo loquente,
Luc.22.d accedit Iudas, qui erat unus è duodecim, & cum illo turba multa
Ioan.18.a cum gladijs & fuſtibus, à ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & ſenio-
ribus. Dederat autem is, qui prodebat eum, cõmune ſignum illis,
dicens: Quemcunq; oſculatus fuero, is eſt, præhendite illum, &
2.Reg.20.b abducite cautè. Et * quum ueniſſet, protinus accedit ad illum, di-
citq; ei: Rabbi rabbi, ac deoſculatus eſt eũ. Illi uerò iniecerunt in
illum manus ſuas, & præhenderunt eum. Vnus autem quiſpiam
adſtantium, educto gladio, percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis, &
amputauit eius auriculam.

Mat.26.f. * Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Tanquã ad latronem exiſtis
Luc.22.d cum gladijs ac fuſtibus, ad comprehendendum me, quotidie eram
Eſa.53.b apud uos in templo, docens, & non præhendiſtis me: ſed * *iſta
Marc.15.c. fiunt, * ut impleantur ſcripturæ. Et relicto illo, omnes fugerunt.
Et unuſquiſpiã adoleſcentulus ſequebatur illũ, circũamictus ſin-
done ſuper nudum, & præhenderunt illum adoleſcentuli. Ille
uerò relicta ſindone, nudus effugit ab illis.

Mat.26.f * Et abduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem, & conueniũt
Luc.22.d cum illo omnes ſummi ſacerdotes, & ſeniores & ſcribæ. Et Petrus
Ioã.18.b eminus ſequebatur illum, donec ueniſſet in atrium ſummi ſacerdo-
Mat.26.f. tis: & erat ſedens unà cum miniſtris, & calefiebat ad lumen. * Sũmi
uerò ſacerdotes, & totum concilium, quærebant aduerſus Ieſum
teſtimonium, ut morti eum traderent: nec inueniebant. Nam mul-
ti falſò teſtificabantur aduerſus illum, nec erant ſatis idonea teſti-
monia. Et quidam aſſurgebant, & falſum teſtimonium ferebant
Ioan.2.c aduerſus illum, dicentes: Nos audiuimus eum dicentem: Ego * di-
ruam tẽplum hoc, quod eſt manibus factũ, & tribus diebus aliud,
ſine manibus factum, extruam. Et ne ſic quidem ſatis idonea erant
teſtimonia illorum.

G * Et ſurgens, ſummus ſacerdos in medium, interrogabat Ieſum, Math.26.f
dicens: Non reſpondes quicquàm? Quid iſti aduerſum te teſti-
ficantur? At ille tacebat, neq; quicquàm reſpondebat. * Rur- Luc.22.e
ſum ſummus ſacerdos interrogabat eum, & dicit illi: Tu es ille
Chriſtus, filius benedicti? Ieſus autem dixit: Ego ſum: * & uide- Ioan.6.g.
bitis filium hominis ſedentem à dextris uirtutis, & uenientem cũ
nubibus cœli. * Summus autem ſacerdos dilaceratis ueſtibus ſuis, Matth.26.g
dicit: Quid prɇterea opus habemus teſtibus? Audiſtis blaſphe-
miam. Quid uobis uidetur? Illi uerò omnes condemnauerunt eum
eſſe reum mortis. Et cœperunt quidam inſpuere in eum, & ob-
uelare faciem illius, & colaphis eum cædere, & dicere illi: Diuina.
* Ac miniſtri alapas illi impingebant. 3.Reg.22.d

*Et quum eſſet Petrus in atrio, infernè uenit una ancillarum Iob.16.b
ſummi ſacerdotis, quumq; uidiſſet Petrũ calefacientem *ſe* intui- *Mat.26.g
tà illum, dicit: Et tu cum Nazareno Ieſu fuiſti? At ille negauit, di- Luc.22.d
cens: Non noui, neq; ſcio, quid dicas. Et exiuit foras in ueſtibulum Ioan.18.b
F & gallus cecinit. Et ancilla quum uidiſſet eum, rurſum cœpit di-
cere his qui adſtabant: Hic ex illis eſt. At ille rurſum negabat. Ac
paulò poſt iterum qui adſtabant, dicebant Petro: Verè, ex illis es.
Nam & Galilæus es, & loquela tua conuenit. At ille cœpit exe-
crari, ac deiurare: Non noui hominem iſtum, de quo dicitis. Et
ſecundariò gallus cecinit. Recordatusq; eſt Petrus uerbi, quod di-
xerat illi Ieſus: * Priuſquam gallus cecinerit bis, abnegabis me ter. Matt.24.d.
[b] Et exorſus, flebat.

[a] *Tempus infermentatorum, hic per azyma intelligit.* [b] *Et in fletum prorupit. Sic ſonant græca, quaſi dicas, illum à fletu ſe continere non potuiſſe.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

A ET * confeſtim diluculò conſilio inito, ſummi ſacerdotes cũ Pſal.2.a.
ſenioribus & ſcribis, ac toto cõſeſſu, uinctum Ieſum ab- Matt.27.a
duxerunt, tradiderúntq; Pilato. * Et interrogauit eum Pi- Lucæ.23.a.
latus: Tu es ille rex Iudɇorum? At ille reſpondens, dixit illi: Tu Ioan.18.d *Mat.27.b
dicis. Et accuſabant eũ ſummi ſacerdotes de multis. Pilatus autem
rurſus interrogauit illum, dicens: Non reſpondes quicquàm?
Ecce, quam multa aduerſus te teſtantur. Ieſus autem deinde nihil

reſpondit, adeò ut admiraretur Pilatus.
Mat.27.b * Cæterùm, in feſto dimittebat illis unum uinctum, quemcunq;
poſtulaſſent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditio
nis autoribus fuerat uinctus, qui per ſeditionem cædem patraue-
rant. Et quũ exclamaſſet turba, cœpit flagitare, †ut faceret†, quẽ-
admodum ſemper fecerat ipſis. Pilatus autem reſpondit eis, di-
cens: Vultis dimittam uobis regem illum Iudæorum? Sciebat
enim, quòd propter inuidiam tradidiſſent illum ſummi ſacerdo-
Matt.27.d. tes. * Summi uerò ſacerdotes concitauerunt turbam, ut potius
Barabbam dimitteret ipſis.
Mat.27.c * Pilatus autẽ rurſum reſpondens, dixit illis: Quid igitur uultis B
Luc.23.b faciam †ei,† quem dicitis regem Iudæorum? At illi rurſum cla-
mauerunt: Crucifige illum. Pilatus autem dicebat illis: Quid enim
mali fecit? At illi uehementius clamauerunt: Crucifige eum. Pila-
tus uerò uolens turbæ facere ſatis, dimiſit illis Barabbam: & tradi
dit Ieſum flagellatum, ut crucifigeretur.
Matth.27.d * Milites autem abduxerunt eum intrò in atrium, quod eſt
Ioan.19.a Prætorium, & conuocant totam cohortem: & induunt illum
purpura, & circũponunt ei contextam ſpinis coronam, & cœpe-
runt ſalutare illum: Aue rex Iudæorum. Et uerberabãt illius ca-
put arundine, & inſpuebant in illum, & poſitis genibus adora-
bant illum.
Ioan.19.b * Et quum illuſiſſent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt
illum ueſtibus proprijs: & educunt eum, ut crucifigerent eum.
Matt.27.d. * Et coëgerunt prætereuntem quendam Simonem Cyrenenſem, C
Luc.23.c qui ueniebat ex agro, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret cru-
cẽ eius. Et ducunt eũ in Golgotha locũ, quod eſt interpretandum,
Caluariæ locus. Et dederunt illi bibere uinum myrrhatum, ſed
non ille ſumpſit.
Pſal.21.b * Quumq; crucifixiſſent eum, partiti ſunt ueſtimenta eius, mit-
Matt.27.d. tentes ſortem ſuper illa, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia,
Ioan.19.c & crucifixerũt eum. Et erat inſcriptio cauſæ illius inſcripta: Rex
Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum à dextris,
Eſa.53.b & alterum à ſiniſtris eius. Et impleta eſt ſcriptura, quæ dicit: *Et
Mar.14.f cum iniquis deputatus eſt.

Et qui

* Et qui præteribant, conuiciabantur illi, mouentes capita ſua, Matth.27.e
ac dicentes: Væ qui demoliris templū, & in tribus diebus extruis, Luc.23.d
ſerua te ipſum, & deſcende de cruce. Similiter & ſummi ſacerdo-
tes illudentes inter ſeſe cū ſcribis, dicebant: Alios ſeruauit, ſeipſum
ſeruare nō poteſt. Chriſtus ille rex Iſraëlis deſcendat nunc de cru-
ce, ut uideamus, & credamus. Et qui crucifixi fuerant cum illo,
probra iaciebant in eum.

D * Quum uero facta eſſet hora ſexta, tenebræ ortæ ſunt ſuper Mat.27.e
totam terram, uſq; ad horam nonam. Et hora nona clamauit Ieſus Luc.23.e
uoce magna, dicens: Eloi, Eloi, lama ſabachthani: quod eſt inter-
pretandum: *Deus * meus, Deus meus, quur me deſeruiſti? Et Pſal.21.a
quidam adſtātium quum audiſſent, dicebant: Ecce, Heliam uocat.
* Accurrit autem quidam, & impleta ſpongia aceto, impoſitaq; Matt.27.e.
arundini, potum dabat ei, dicens: Sinite uideamus, an uenturus Ioan.19.e
ſit Helias ad deponendum eum.

Ieſus autem emiſſa uoce magna, expirauit. Et uelum templi
ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſq; ad imum. *Quum uidiſſet
autē Centurio, qui aſtabat ex aduerſo illi, quòd ſic, emiſſo clamo
re, expiraſſet, dixit: Verè, homo hic, filius erat Dei. Erant autem
E &* mulieres è longinquo ſpectantes, inter quas erat Maria Ma- Matth.27.f
gdalene, & Maria Iacobi parui, & Ioſe mater, & Salome: quæ Luc.23.e
etiam, quum eſſet in Galilæa, ſecutæ fuerant illum, & miniſtraue-
rant ei: aliæq; complures, quæ ſimul aſcenderant cum eo Hiero-
ſolyma,

* E quum iam ueniſſet ueſpera, quoniam erat paraſceue, quod Matt.27.g.
eſt Proſabbatū, uenit Ioſeph, ortus ex * ciuitate * Arimathæa, ho- Luc.23.e.
neſtus ſenator: qui & ipſe erat expectans regnum Dei, & ſumpta Ioan.19.d
audacia, ingreſſus eſt ad Pilatum, & petijt ab eo corpus Ieſu. Pila-
tus autem admiratus eſt, ſi iam mortuus eſſet: & accerſito ad ſe
Centurione interrogauit illum: an iandudum mortuus fuiſſet. Et
re cognita ex Centurione, donauit corpus ipſi Ioſeph. Et *is* mer
catus ſindonē, depoſitū eum, inuoluit ſindoni, depoſuitq; eum in
monumento, quod erat exciſum è petra. Et aduoluit lapidem ad
oſtium monumenti. At* Maria Magdalene, & Maria Ioſe ſpecta- Math.27.g.
bant, ubi poneretur.

*ᵃ Ex magnitudine ſupplicij, etiam peccata mundi (quæ Chriſtus in ſe tranſtulit) quāta fue-
rint, colligamus: ſenſit enim mortem, infernum & condemnationem á nobis cōmerita. Atq;
ita clamauit: Deus meus, Deus meus, quur me deſeruiſti?*

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Matth.28.a ET * quum præteriſſet Sabbatum, Maria Magdalene, & A
Luc.24.a Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut uenirent &
Ioan.20.a ungerent eum. Et ualde manè primo ᵃ Sabbatorum ueni-
unt ad monumentum, exorto ſole, dicebantq; inter ſeſe: Quis re-
uoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti. Et quum reſpexiſſent,
uident lapidem eſſe reuolutū: nam erat magnus ualde. Et ingreſſæ
in monumentum, uiderunt adoleſcentem ſedentem à dextris, ami-
ctum ſtola candida: & expauerunt.

Matt.28.a At * ille dicit eis: Ne expaueſcatis: Ieſum quæritis Nazarænū,
Luc.24.a qui fuit crucifixus: ſurrexit non eſt hîc. Ecce, locus, ubi poſue-
rant illum. Sed abite, & dicite diſcipulis eius, & Petro, quòd ⁺ille⁺
Act.1.b præcedit uos in Galilæam: * illic eum uidebitis, ſicut dixit uobis.
Et egreſſæ citò, fugerunt à monumento. Habebat autem illas tre-
mor & ſtupor: neq; quicquā dicebant. Timebant enim.

Mat.. 28.a. * Quū ſurrexiſſet autē ⁺Ieſus⁺ manè, primo⁺die⁺ Sabbati, adpa-
Luc.24.a ruit primùm Mariæ Magdalene, de qua eiecerat ſeptē dæmonia.
1.Cor.15.a Illa profecta, renunciauit his, qui cū illo fuerant, lugētibus ac flen-
tibus. Et illi, quum audiſſent, quòd uiueret, ac uiſus eſſet ab illa, B
Luc.24.b non crediderunt. * Poſt hæc autem duobus ex ipſis, ambulanti-
bus adparuit in alia forma, euntibus rus. Et illi abierunt, ac renū-
ciauerunt reliquis: nec his⁺illi⁺ crediderunt.

Luc.24.c * Poſtea, diſcumbentibus illis undecim, adparuit, & exprobra-
uit⁺illis⁺ incredulitatem ipſorum, & cordis duritiam: quòd his, qui
Matt.28.c ipſum uidiſſent reſurrexiſſe, nō credidiſſent. Et dicebat eis: * Pro-
Ioan.20.c fecti in mundum uniuerſum, prædicate Euangelium ᵇ omni crea-
turæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluabitur: qui uerò nō
Act.5.b.& a crediderit, condemnabitur.

16.c.19.a Porrò, ſigna eos qui crediderint, hæc ſubſequentur. * Per C
*Act.2.a nomen meū dæmonia eijciēt, linguis, *loquentur nouis, *ſerpentes
*Luc.10.b. tollēt: & ſi quid letale biberint, neutiq; nocebit eis. * Super ægro-
Act.28.a tos manus imponent, & benè habebunt.
*Act.14.b

* Itaq;

*Itaq; Dominus quidem, poſtquam loquutus fuiſſet eis, receptus eſt in cœlum, & conſedit à dextris Dei. Illi uerò egreſſi, prædicauerunt ubiq;, *Domino cooperante, & ſermonem confirmante per ſigna ſubſequentia.

*Luc.24.d
Act.1.b.7g
*Heb.2.a

*Quod hîc græcis eſt τῆς μιᾶς σαββάτων, id eſt, una ſabbatorũ, pro primo ſabbatorũ, ex conſuetudine Hebraica inoleuit. Vt in primo capite Geneſeos admonuimus. Et ualde manè, pro ſummo diluculo. Sicut infra, magnus ualde, pro maximus, uel multò maximus, ex proprietate quoq; hebræi ſermonis eſt. *Fortaſſis omnis homo, appellatione omnis creaturæ ſignificatur. Quòd uniuerſa quæ creata ſunt, hominum gratia creata ſint.. Sitq; creatura humana, quaſi uniuerſa. Budæus uerò aliã adfert cauſſam, nempè hanc. Quòd homini cum plantis anima uegetabilis conueniat, cum brutis ſenſus, & cum angelis mens & ratio.

(*)

EVANGELII SECVNDVM MARCVM FINIS.

SACROSANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

Præfatio.

QVoniam complures adgreſſi ſunt in ordinem redigere narrationem, de peractis inter nos rebus: ſicuti tradiderunt nobis hi, qui ab initio ipſi uiderunt, ac miniſtri facti ſunt uerbi: decretum eſt & mihi, cuncta ab initio exactè adſequuto, deinceps tibi ſcribere, optime Theophile: ut cognoſcas earum rerum, de quibus edoctus es, certitudinem.

CAPVT PRIMVM.

FVIT IN DIEBVS HERODIS, REGIS IVDAEAE, A
1.Par.25.b. ſacerdos quidam, nomine Zacharias, *de uice Abiæ, & uxor illius è filiabus Aharonis, & nomen eius Elizabet. Erant autem iuſti ambo corà̀m Deo, incedentes in omnibus præceptis, ac iuſtificationibus Domini, irreprehenſibiles. Nec erat illis proles, eò quòd eſſet Elizabet ſterilis, & ambo progreſſi in diebus ſuis eſſent.

Factum eſt autem, quum is ſacerdotio fungeretur, in ordine uicis ſuæ, corà̀m Deo, ſecundum conſuetudinem functionis ſacerdotalis, ſors illi obuenit, ut ſuffiret, *ingreſſus in templum Domi-
Exo.30.b
Heb.9.a ni, & omnis multitudo populi precabatur foris, hora ſuffimenti. Viſus eſt aũt illi angelus Dñi, ſtans à dextris altaris ſuffimenti. Et Zacharias quũ uidiſſet, turbatus fuit, ac timor irruit ſuper eum.

Dixit autem ad illum angelus: Ne timeas, Zacharia, quoniã exaudita eſt deprecatio tua: uxorq́ tua Elizabet gignet tibi filiũ, & uocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi ſuper eius natiuitate gaudebunt: erit enim magnus corà̀m Domino, & uinum, atq; ſiceram non bibet. Et ſpiritu ſancto replebitur iam inde ab utero matris ſuæ: multosq́ filiorum Iſraëlis conuertet ad Dominum Deum ipſorum. Et ipſe præ-
Mala.3.d. cedet in conſpectu eius, in ſpiritu & uirtute *Heliæ: *ut conuer-
Matth.11.b. tat corda patrum in filios, & inobedientes ad prudentiam iuſtorum,

rum, ut præparet Domino plebem inſtructam

B Et dixit Zacharias ad angelum: Quî cognoſcam iſthuc? Ego
*enim ſum ſenex, & uxor mea progreſſa in diebus ſuis. Et reſpon Gene.17.c.
dens angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, qui adſto in conſpectu & 18.b.
Dei: emādatusq; ſum, ut loquar ad te, & euangelizem tibi hæc. Et Iudi.13.b.
ecce, eris tacēs, & nō ualens loqui, ad eū uſq; diē, quo fiāt hæc: *eo 4.Reg.7.a.
quod non credidiſti uerbis meis, quę implebuntur in tempore ſuo.

Et erat populus expectans Zachariam, & mirabātur, dum ipſe morabatur in templo. Egreſſus autem, non poterat loqui illis: & cognouerūt, quod uiſionem uidiſſet in templo. Et ipſe innuebat illis, permanſitq; mutus.

Et factum eſt, ut impleti ſunt [b] dies muneris eius, abijt in domū ſuā. Poſt hos aūt dies cōcepit Elizabet uxor eius: & occultauit ſe menſibus quinq;, dicēs: Sic fecit mihi Dominus, in diebus quibus reſpexit, ad auferendum opprobrium meū inter homines.

* In mēſe aūt ſexto, emādatus eſt angelus Gabriel a Deo, iu ciui Matth.1.c
tatē Galilæę, cui nomē Nazareth, ad uirginē deſponſatā uiro, cui
nomen *erat* Ioſeph, de domo Dauid, ac nomē uirginis, Maria.
Et ingreſſus angelus ad eam, dixit: Aue gratioſa, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres.

C Illa uero quū uidiſſet, perturbata fuit ſup oratione eius, & cogi
tabat, qualis eſſet hęc ſalutatio. Et dixit angelus ei: Ne timeas Ma
ria: [c] inueniſti enim gratiā apud Deum. Ecce, *cōcipies in utero, Gene.16.c.
& paries filiū, *& uocabis nomē eius, Ieſum: hic erit magnus, & fi- & 17.c.
lius altiſſimi uocabitur. Et *dabit illi Dominus Deus ſedem Da- Iudi.13.b.
uid, patris ipſius, regnabitq; ſuper domum Iacob in æternum: *& 4.Reg.13.a.
regni eius non erit finis. Eſa.7.c.

Dixit aūt Maria ad angelū: Quomodo erit iſthuc: quandoqui- Matt.1.c
dem uirū non [d] cognoſco? Et reſpondēs angelus, dixit ei: Spiritus *Luc.2.c
ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obūbrabit tibi. Qua- Philip.2.a.
propter, & quod naſcitur, ſanctum, uocabitur filius Dei. Atq; ec- *Eſa.9.b
ce, Elizabet, cognata tua, & ipſa cōcepit filium in ſenectute ſua: & *Danie.7.d
hic menſis, ſextus eſt illi, quæ uocatur ſterilis. [e] *Quia non erit im- Mich.4.b
poſſibile apud Deum omne uerbū. Dixit aūt Maria: Ecce, ancilla Heb.1.b
Domini, fiat mihi ſecundū uerbū tuū. Et diſceſſit ab illa angelus. *Mar.9.e.
Luc.18.c

Exur-

Exurgens autem Maria, in diebus his, profecta eſt in monta-
na cum feſtinatione in ciuitatem Iudæ: & ingreſſa eſt domum Za-
chariæ, ſalutauitq; Elizabetam. Et factum eſt, ut audiuit Eli- F
zabeth ſalutationem Mariæ, ſubſiliit infans in utero eius.
Et Elizabet repleta eſt ſpiritu ſancto, exclamauitq; uoce ma- D
gna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus
uentris tui. Et unde mihi hoc, ut ueniat mater Domini mei ad
me? Ecce enim, ut facta eſt uox ſalutationis tuæ ad aures meas,
ſubſiliit præ gaudio infans in utero meo. Et beata, quæ credidit:
quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt ei à Domino.

Eſa. 61. b Et ait Maria: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit
ſpiritus meus in Deo, ſaluatore meo. Quia reſpexit ad humilita-
tem ancillæ ſuæ: ecce enim, abhinc beatam me dicent omnes gene-
rationes. Quia fecit mihi magnifica, qui potens eſt, & ſanctum no
men eius. Et miſericordia eius in progeniem & progeniem, timē-
tibus eum. Fecit fortitudinem brachio ſuo, diſperſit ſuperbos co-
1. Reg. 2. a gitatione cordis ipſorum. Detraxit *potentes è ſoliis, & exalta-
Eccli. 10. c uit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſraëlem puerum ſuum, ut memor ſit miſericordiæ, (ſi-
Gene. 22. c cut loquutus eſt ad patres noſtros, * Abrahamo, & ſemini eius)
in æuum. Maria autem manſit cum illa circiter menſes tres: & re-
uerſa eſt in domum ſuam.

Elizabetæ uerò completum eſt tempus, ut pariendum eſſet ei, E
& genuit filium. Et audierunt uicini & cognati eius, quòd ma-
gnificaſſet Dominus miſericordiam ſuam erga illam: & congau-
Gene. 17. b. debant ei. Et *factum eſt in die octauo, uenerunt ad circunciden-
Leuiti. 12. a dum puellum, & uocabant eum ſub nomine patris ſui, Zachariā.
Et reſpondens mater eius, dixit: Nequaquàm, ſed uocabitur Io- A
annes. Et dixerunt ad illam: Nemo eſt in cognatione tua, qui uo-
cetur iſto nomine. Innuebant autem patri eius, quidnam uellet uo
cari eum. Et quum poſtulaſſet tabellulam, ſcripſit, dicens: Ioannes
eſt nomen eius. Et admirati ſunt uniuerſi. Apertum eſt autem os
eius ilicò, & lingua eius: & loquebatur, benedicens Deo. Et fa-
ctus eſt timor ſuper omnes uicinos eorum, & in uniuerſis monta
nis Iudææ, diuulgabantur omnia uerba hæc. Et poſuerunt, unuſ-
quiſq;

quiſq; qui audierant, in corde ſuo, dicentes: Quiſnam puellus hic Pſal.13.b
erit? Et manus Domini erat cum eo.

F Et Zacharias pater eius repletus eſt ſpiritu ſancto, propheta-
uitq́;, dicens: Benedictus Dominus Deus Iſraëlis: quia uiſitauit,
& fecit redemptionem populo ſuo. Et erexit * cornu ſalutis no-
bis, in domo Dauid, pueri ſui. Sicut loquutus eſt per os ſanctorũ, Gene.22.c
qui à ſeculo fuerunt prophetarum ſuorum. Salutem ex inimicis Eſai.28.d
noſtris, & è manu omnium, qui oderunt nos. Vt faciat miſericor- Hebr.9.c
diam erga patres noſtros, ac memor ſit Teſtamenti ſui ſancti. Iuſ-
iurandum, * quod iurauit ad Abrahamum patrem noſtrum, ut
daret nobis. * Vt ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum
liberati, ſeruiamus ipſi. In ſãctitate & iuſtitia coràm ipſo, omnibus
diebus uitę noſtræ. Et tu puelle, propheta altiſſimi uocaberis:
pręibis enim ante faciem Domini, ad parandũ uias eius. Ad dan-
dam cognitionem ſalutis populo eius, per remiſſionem peccatorũ
ipſorũ. Per uiſcera miſericordię Dei noſtri, quibus uiſitauit nos
Oriens ex alto. Vt illuceſcat his, qui in tenebris, &[f] umbra mor-
tis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis.

Puellus autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu: eratq́; in de-
ſertis, uſque ad diem oſtenſionis ſui apud Iſraëlem.

[a] Vt conuertat corda patrum cum filijs. Lucas enim per ἐπὶ τέκνα expreſſit id quod eſt apud Malachiam על בנים Deinde quod uetus interpres, reddidit, ad prudentiam iuſtorum, græcè ſonat ἐν φρονήσει δικαίων id eſt in prudentia iuſtorum. [b] Dies officij, aut miniſterij eius. [c] In fauore es apud Deũ, aut, Deus erga te benè adfectus eſt. [d] Quãdo quidem nullo cum uiro concumbo. [e] Quia nihil quicquam erit apud Deum impoſſibile. [f] Profundiſſima, umbra cuiuſmodi eſt umbra ſepulchralis mortuorum.

CAPVT SECVNDVM.

A FActum eſt autem in diebus illis, exijt decretum à Cæſare
Auguſto, ut deſcriberetur totus orbis. Hęc deſcriptio 1 Regũ.15.
prima, facta eſt pręſide Syrię Cyrenio. Et ibant omnes ut 16.a.20.b
deſcriberentur, in ſuam quiſque ciuitatem. Aſcendit autem & Io-
ſeph à Galilęa, de ciuitate Nazareth, in Iudęã, in ciuitatẽ Dauid, Math.1.c
* quę uocatur Bethlehẽ: eò quòd eſſet de domo & familia Dauid,
ut deſcriberetur, cum Maria, deſponſata ſibi uxore, quę erat pręgnans.
* Factum eſt autem, quum eſſent ibi, completi ſunt dies, ut

pariendum eſſet ei: & peperit filium ſuum primogenitũ, ac faſcijs eum inuoluit, reclinauitq́ eum in præſepi: propterea quòd non eſſet eis locus in diuerſorio.

Et paſtores erant in eadẽ regione, excubantes in agro, & cuſtodientes cuſtodias noctis ſuper gregẽ ſuum.* Et ecce, angelus Domini adſtitit illis, & gloria Domini circumfulſit illos: & timuerũt timorem magnum. Et dixit illis angelus: Ne timeatis. Ecce enim, euangelizo uobis gaudium magnũ, quod erit uniuerſo populo: quia natus eſt uobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis ſignum. Inuenietis infantem faſcijs inuolutum, poſitum in præſepi. Et ſubitò erat cum angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altiſſimis, Deo, & in terra pax, * hominibus bona complacentia.

1. Timo. 3. b

Et factum eſt, ut diſceſſerunt ab eis in cœlum angeli, & homines illi paſtores, loquebantur inter ſeſe: Tranſeamus iam Bethlehem uſque, & uideamus hanc rem, quæ facta eſt, quam Dominus indicauit nobis. Et uenerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam & Ioſeph unà cum infante, qui in præſepi poſitus erat. Quum uidiſſent autem, diuulgauerunt ea de re, quæ dicta erat ipſis de puello hoc: & omnes qui audierunt, mirati ſunt de his, quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. Porrò Maria conſeruabat omnia uerba hæc, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes ac laudantes Deum ſuper omnibus, quæ audierãt & uiderant, quemadmodum dictum fuerat ipſis. C

Gene. 17. b. Luc. 1. c

* Et quum completi eſſent dies octo, ut circuncideretur puellus, uocatum eſt nomẽ eius, Ieſus, * quod uocatum erat ab angelo, priùs quàm in utero conciperetur.

Et quũ cõpleti eſſẽt dies purgationis eorũ, ſecundũ legẽ Moſi, * adduxerũt eũ Hieroſolymã, ut ſiſterẽt eũ Dño, ſicut ſcriptũ eſt in lege dñi: *Omne maſculinũ adaperiẽs uuluã, ſanctũ Dño uocabitur: & ut darent hoſtiã, ſecundũ quod dictũ eſt in lege dñi, par turturum, aut duos pullos columbarum. D

Leuit. 12. b. 1. Reg. 1. d Exod. 13. a. Num. 8. c

Et ecce, erat homo Hieroſolymis, cui nomẽ Simeõ, & homo iſte iuſtus ac pius, expectans cõſolationẽ Iſraëlis: & ſpiritus ſanctus erat ſuper eũ. Eratq́ ei oraculũ datũ à ſpiritu ſancto: Quod nõ uiſurus

ſurus eſſet mortẽ prius, quàm uideret Chriſtum dñi. Et uenit per
ſpiritum in templum.

E Quũ aũt inferret parẽtes puellũ Ieſum, ut facerent* ſecundũ cõ- Leuit.12.b.
ſuetudinẽ legis pro eo: ipſe quoq; accepit eũ in ulnas ſuas, & be-
nedixit Deo, ac dixit: * Nũc dimittis ſeruũ tuũ Dñe, ſecundũ uer Gene.46.e.
bũ tuũ in pace: Quia uiderũt oculi mei Salutare tuũ, quod para- Eſai.49.b
ſti ãte faciẽ omniũ populorũ. Lumẽ * ad reuelationẽ gẽtiũ, & glo Act.13.c
riã plebis tuę Iſraëlis.

Erat aũt pater et mater eius, mirãtes ſuper his, quę dicebãtur de
illo: et benedixit illis Simeõ, dixitq; ad Mariã matrẽ eius: Ecce
poſitus eſt hic in ruinã, & in reſurrectionẽ multorũ in Iſraële: &
in ſignũ, cui contradicitur. Quin & * tuã ipſius animã penetrabit Pſal.104.c.
gladius, ut reuelẽtur ex multis cordibus cogitatiões.

F Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuelis, ex tribu Aſer, hæc
ꝓgreſſa erat in diebus multis, & uixerat cũ uiro ãnis ſeptẽ à uir-
ginitate ſua. Et hæc uidua annorũ fermè octoginta quatuor, quę
nõ diſcedebat de tẽplo, ieiuniis ac precationibus ſeruiens nocte ac
die. Et hęc eadẽ hora ſuperueniẽs uiciſſim cõfitebatur Dño, * & 1.Cor.14.e
loquebatur de illo õnibus expectãtibus redẽptionẽ Hieroſolymis 1.Tim.2.b

Et ut perfecerunt oĩa, ſecũdũ legẽ Dñi, reuerſi ſũt in Galilæã,
in ciuitatẽ ſuã Nazareth. Puellus aũt ſuccreſcebat, atq; cõfortaba
tur ſpiritu: et implebatur ſapientia: & gratia Dei erat ſuper eum

Ibãt aũt parẽtes eius quotãnis Hieroſolymã, die feſto Paſchę. Et
quũ factus eſſet ãnorũ duodecim, aſcendẽtibus illis Hieroſolymã
* ſecũdũ conſuetudinẽ diei feſti, cõſũmatiſq; diebus quũ redirent Exo.23.b
ipſi, remanſit puer Ieſus Hieroſolymis, et non cognouerunt pa- 34.c
rentes eius. Arbitrati uerò illum eſſe in comitatu, uenerũt itinere Leuit.23.a
diei, et requirebant eum inter cognatos, et inter notos. Et quum
G non inueniſſent eum, reuerſi ſunt Hieroſolymam, quęrentes eum. Exod.2.b
* Et factum eſt poſt dies tres, inuenerunt illũ in templo, ſedentem
in medio doctorum: & audientẽ illos, et interrogantẽ eos. Stu- Matth.7.e.
pebant* aũt õnes audiẽtes eũ, ſuper intelligẽtia, & reſponſis eius. Mar.1.b
Luc.4.d

Et quũ uidiſſẽt eũ, perculſi ſũt. Et ad eũ dicebat mater eius: Fili
quid feciſti nobis ſic? Ecce, pater tuus et ego, dolẽtes quęrebamus
te. Et dixit ad illos: Quid* * eſt, * q; quęrebatis me? An neſciebatis, Ioan.2.a

Luc.9.e quod in his quę patris mei ſũt, oportet eſſe me? Et* illi non intel-
18.d lexerũt ſermonẽ, quẽ loquutus eſt ipſis. Et deſcẽdit cũ eis, uenitq́; C
Nazareth: & ſubditus erat illis. Mater autem eius conſeruabat
1.Reg.2.c omnia uerba hęc in corde ſuo. * Et Ieſus proficiebat ſapientia, &
ætate & gratia apud Deum, atque homines.

[a] Hominibus, quibus eo quod fecit Dominus, benè complacitum eſt. [b] Conſecrabitur Domino, aut deuotum erit uni Domino. [c] Prouectioris erat ætatis. Venire autem in dies pro procedere in multam ætatem, frequens eſt apud Moſen.

CAPVT TERTIVM.

ANno autem decimo quinto imperij Tiberij Cæſaris, Pon A
Luc.23.a tio Pilato præſide Iudææ, *Tetrarcha uerò Galilææ He-
rode, Philippo autẽ fratre eius Tetrarcha Ituræę & Tra
chonitidis regionis, & Lyſania Abilenes Tetrarcha, ſub Ponti-
ficibus Anna & Caiapha, factum eſt uerbum Domini per Ioan-
Mat.3.a nem, Zachariæ filium, in deſerto. *Et uenit in omnem regionem
Mar.1.a. finitimam Iordani, prædicãs baptiſmum pœnitentiæ, in remiſſio
Ioan.1.b. nem peccatorum. Sicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaię pro D
Eſa.40.a phetæ, dicentis: Vox*clamantis in deſerto, parate uiam Domini,
rectas facite ſemitas eius. Omnis uallis implebitur, & omnis mõs
& collis humiliabitur: eruntq́; obliqua in rectam, & aſperæ in
uias planas. Et uidebit omnis caro Salutare Dei.
Mat.3.a * Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant, ut baptizarentur ab B
ipſo: Progenies uiperarum, quis ſubmõſtrauit uobis, fugiendum
eſſe à uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentia: & ne
cœperitis dicere intra uos ipſos: Patrẽ habemus Abrahamũ. Dico
enim uobis, potẽs eſt Deus, de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abra
Mat.3.a hamo. Iam uerò & ſecuris ad radicẽ arborum poſita eſt. * Omnis
& 7.b ergo arbor, nõ faciẽs fructũ bonũ, exciditur, & in ignẽ cõijcitur. E
Act.2.d Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?
Reſpondens autem, dicit illis: Qui habet duas tunicas, impertiat
non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Venerunt autem
& Publicani, ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter,
quid faciemus? At ille dixit ad illos: Nihil amplius, prẹter id quod
conſtitutũ eſt uobis, exigatis. Interrogabant aũt eum, & qui mili-
tabant, dicentes: Et nos quid faciemus? Et dixit ad illos: Neminẽ
concutiatis

cõcutiatis, neq; calumniemini:& cõtenti eſtote ſtipendijs ueſtris.
C Expectante aũt populo, & cogitantibus omnibus in cordibus
ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus, reſpondit Ioãnes, dicẽs Matth. 3. b
uniuerſis: * Ego quidem aqua baptizo uos, ſed ueniet fortior me Mar. 1. a
cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamentorum. *Ipſe Ioan. 1. c.
uerò uos baptizabit ſpiritu ſancto & igni: *cuius uentilabrum in *Ezec. 36 b
manu ipſius, & perpurgabit aream ſuam, congregabitq; triticum *Matt. 3. b
in horreum ſuum, paleam autem comburet igni inextinguibili.
Multa quidem & alia exhortans, euangelizabat populo. Matt 14. a.
* Herodes autem Tetrarcha, quum corriperetur ab eo, de He=
rodiade uxore fratris ſui, deq; omnibus malis, quæ faciebat
Herodes, adiecit & hoc ſuper õnia, & incluſit Ioannẽ in carcere.
* Et factum eſt, quum baptizaretur omnis populus, ut & Ieſu Matth. 3. b.
baptizato & orante, apertum ſit cœlum: & deſcendit ſpiritus ſan= Mar. 1. a
ctus corporali ſpecie, ſicut columba, in ipſum. Et uox de cœlo Ioan. 1. d
facta eſt, dicens: [a] Tu es filius meus dilectus, in te mihi benè placui.
D Et is ipſe Ieſus erat fermè annorum triginta incipiens eſſe, ut
*putabatur filius * Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Matth. 13. b
Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph, qui fuit Ma= Mar. 6. a
tatthiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Heſli, qui fuit Lucæ. 4. c
Nagge, qui fuit Maath, qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioan. 1. e
Ioſech, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Rheſia, qui fuit Zo= *Matth. 1. a
robabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit
Addi, qui fuit Coſam, qui fuit Elmadam, qui fuit Her, qui fuit
Ieſo, qui fuit Heliezer, qui fuit Iorã, qui fuit Mattha, qui fuit Leui,
qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Ionam, qui
fuit Heliacim, qui fuit Melea, qui fuit Menam, qui fuit Matha=
E than, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, qui
fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, qui
fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſrom, qui fuit Phares,
qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ,
qui fuit Tharæ, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit
Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit
Caĩnã, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit La=
mech, qui fuit Mathuſala, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit

Malaleel, qui fuit Caïnan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

[a] Tu es filius meus, filius, inquam, dilectus, in te opus meum probaui. Placet enim ſibi Deus in hoc ſuo opere. Vt ſcribit Budæus. [b] Ita Christus fuit filius hominis, nempe filius Adæ, Abrahæ, Dauid, &c. Quibus ſingillatim diuinæ promiſſiones de benedicto ſemine ex ipſis naſcituro, factæ fuêre: atq; hi homines hactenus filij & de linea Dei, eſſe cẽſentur. Idẽ repete generationẽ Ieſu Chriſti. Et ipſe Ieſus erat fermè annorum triginta incipiens eſſe, ut putabatur, filius Ioſephi, qui fuit Heli, &c.

CAPVT QVARTVM.

Matth. 4. a. IEſus* autem plenus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane: A
Mar. 1. b. & actus eſt per ſpiritum in deſertum, ac diebus quadra-
*Exo. 34. d ginta tentabatur à diabolo, * nihilq; comedit in diebus il-
3. Reg. 19. b lis: & conſummatis illis, deinde eſurijt. Dixit autem illi diabolus:
Si filius Dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat. Et reſpondit ad illum
Deut. 8. b. Ieſus, dicens: Scriptum eſt: Non* de ſolo pane uiuet homo, ſed de
omni uerbo Dei.

Et ſubduxit illum diabolus in montem excelſum, & oſtendit
illi omnia regna orbis terræ, in puncto tẽporis. Et dixit illi diabo-
lus: Tibi dabo poteſtatem hanc uniuerſam, & gloriam illorũ: quia
mihi tradita ſunt, & cuicunq; uelim, do illam: tu ergo ſi adoraue-
ris, *prouolutus* coram me, erunt tua omnia. Et reſpondẽs Ieſus, D
Deut. 6. b dixit illi: Abi poſt me Satana. Scriptum eſt enim: Adorabis* Do-
minum Deum tuum, & illum ſolum coles.

Et duxit illum Hieroſolymã, ſtatuitq; eum ſuper pinnã templi, B
& dixit illi: Si filius Dei es, mitte te ipſum hinc deorſum. Scriptũ
Pſal. 90. b eſt enim, *quod angelis ſuis mandabit de te, ut conſeruent te, &
in manibus tollant te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuũ.
Deut. 6. c Et reſpondens Ieſus, dixit illi: Dictum eſt: * Non tentabis Do-
minum Deum tuum. Et conſummata omni tentatione, diabolus
receſſit ab illo uſq; ad tempus.

Matth. 4. b. *Et reuerſus eſt Ieſus uirtute ſpiritus in Galilæam: & fama exijt
Mar. 1. b de eo, per uniuerſam regionem. Et ipſe docebat in ſynagogis eo-
rum: & glorificabatur ab omnibus.

Matth. 13. g *Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus, & intrauit ſecundum cõ-
Mar. 6. a ſuetudinem ſuam, die Sabbatorũ, in ſynagogã, & ſurrexit, ut le-
2. Eſd. 8. b geret. Et traditus eſt illi * liber Eſaiæ prophetæ. Et ut explicuit

librum

librum, inuenit locũ, ubi ſcriptũ erat: *Spiritus Domini ſuper me, Eſai, 61. a.
propterea quód unxit me, ad euãgelizandũ pauperibus emãdauit
me, ut ſanẽ cõtritos corde: ut prædicẽ captiuis [a] dimiſſionẽ, & cæ-
cis uiſum, ut dimittã confractos dimiſſione, ut prædicẽ annũ Do-
C mini acceptum. Et quũ complicuiſſet [b] librum, reddidiſſetq; mini-
ſtro, conſedit. Et omnium in ſynagoga oculi, erant defixi in eum.
Cœpit autẽ dicere ad illos: Hodie impleta eſt hæc ſcriptura in au-
ribus ueſtris. *Et omnes teſtimoniũ illi dabant, & mirabantur ſu- Matth 13. g
per [c] gratia ſermonum, qui procedebant ex ore ipſius, dicebantq;: Mar. 6. a
*Nonne hic eſt filius Ioſeph? *Ioan. 6. e
Et dixit ad illos: Omnino dicetis mihi hãc ſimilitudinẽ. *Medice *Iob. 4. a
cura teipſum. Quæcunq; audiuimus facta in Capernaũ, fac & hîc
in patria tua. Dixit aũt: Amen *dico uobis: Nemo propheta acce- Matth. 13 g
ptus eſt in patria ſua. *Sed in ueritate dico uobis, multę uiduæ erãt Mar. 6. a
in diebus Heliæ in Iſraël, quando clauſum eſt cœlũ in annos tres, Ioan. 4. e
& menſes ſex, quum facta eſſet fames magna per omnem terram, *3 Re. 17. a
& ad nullam earum miſſus eſt Helias, niſi in Sarephtha Sidonis, ad Iacob. 5. c
mulierem uiduã. Et *multi leproſi erant in Iſraël ſub Heliſæo pro- 4. Reg. 5. c
pheta, & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus.
D Et repleti ſunt oẽs in ſynagoga ira, hęc audiẽtes. Et inſurrexe-
runt, eieceruntq; illũ e ciuitate: & duxerunt illum uſq; ad ſuperci-
liũ montis, ſuper quem ciuitas illorũ erat ædificata, ut præcipita-
rẽt eũ. Ipſe aũt tranſiens per mediũ illorũ ibat. *Et deſcẽdit Caper- Matth 4. b
naũ, ciuitatem Galileæ, & docebat illos Sabbatis. *Et ſtupebãt ſu- Mar. 1. b
per doctrina eius: [d] quia cũ poteſtate *cõiunctus *erat ſermo ipſius. Ioan. 2. b
* Et in ſynagoga erat homo habens ſpiritum dæmonis immun- *Matth. 7. c
di: & exclamauit uoce magna, dicens: Eia, [e] quid nobis & tibi Ieſu Lucæ. 2. g
Nazarene? Veniſti ad perdendum nos? Scio te qui ſis, ſanctus ille *Mar. 1. c
Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmuteſce, & exi ab eo. Et
quũ proieciſſet illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilq;
illi nocuit. Et factus eſt pauor ſuper omnes, & colloquebantur in-
ter ſeſe, dicentes: Quis ſermo hic eſt? Quia cũ autoritate ac pote-
ſtate imperat immũdis ſpiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fa-
ma de illo in omnem locum undiq; finitimæ regionis.
*Quũ ſurrexiſſet autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Matth. 8. b Mar. 1. c

Simonis

Simonis. Socrus aũt Simonis tenebatur febri magna, & rogauerũt illũ pro ea: & adſtans ſupra eã increpauit febrẽ, & [a]febris[a] dimiſit eam. Statimq́ꝫ ſurgens, miniſtrabat illis.

Matth.8.b. * Quum autem ſol occideret, omnes qui habebant infirmos mor E
Mar.1.c bis uarijs, ducebant illos ad eum: at ille ſingulis manus imponens,
Mar.3.b ſanabat eos.* Exibant autem & dæmonia à multis, clamantia ac dicentia: Tu es Chriſtus, ille filius Dei. Et increpans, non ſinebat ea loqui, quod ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.

Facto autem die egreſſus, ibat in deſertum locum, & turbę quęrebant eum, & uenerũt uſque ad ipſum: & detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: Nam in hoc emandatus ſum. Et prędicabat in ſynagogis Galilęæ.

[a] *Aut miſſionem. Loquitur enim de libertate.* [b] *Græcus hic ſuperius utitur diminutiua uoce τὸ βιβλίον.* [c] *Græcus textus habet: ob uerba gratiæ procedentia ex ore eius. Id eſt, mirabantur ſuper uerbis gratioſis.* [d] *Quia in poteſtate erat ſermo eius meritò ſtupebant in doctrina eius. De rebus enim ſacris ſuo iure ſuaq́; autoritate diſſerebat. Et ipſe unus omnia nouit, & potuit.* [e] *Quid nobis tecum eſt Ieſu Nazarene.*

CAPVT QVINTVM.

Matth.4.c. FActum eſt* autem, quum turba immineret ei, ut audiret A
Mar.1.b uerbum Dei, & ipſe ſtabat iuxta ſtagnum Genezareth, & uidit duas naues ſtantes ad ſtagnum: piſcatores autẽ deſcẽderant ex illis, & abluerant retia. Ingreſſus autem in unam nauim, quę erat Simonis, rogauit eũ, ut à terra abduceret puſillum:
Ioan.21.a. & ſedens docebat de naui turbas.

* Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia ueſtra in capturam. Et reſpondens Simon, dixit illi: Pręceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus, [a]ob tuum autem uerbum laxabo rete. Et quum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Diſrũpebatur autem rete eorũ. Et annuerunt ſocijs, qui erant in altera naui, ut uenirent & adiuuarẽt ipſos: & uenerunt, atque impleuerunt ambas naues, ita ut mergerentur.

Quod quum uideret Simon Petrus, accidit ad genua Ieſu, dicẽs: Exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Stupor enim circundederat

B dederat eum, & omnes qui cum illo fuerant, ſuper captu piſcium,
quem ceperant: ſimiliter autẽ & Iacobum & Ioannem, filios Ze-
bedęi, qui erãt ſocij Simoni. Et dixit ad Simonẽ Ieſus: Ne metuas,
abhinc homines uenatu capies. Et ſubductis in terram nauibus,
* relictis omnibus, ſequuti ſunt eum. Matth. 4. c.

* Et accidit, quum eſſet in quadam ciuitate, & ecce, uir plenus Matt. 8. a
lepra: quumq; uidiſſet Ieſum, proſtratus in faciem, rogauit eum, Mar. 1. d.
dicens: Domine, ſi uis, potes me mundare. Et protenſa manu teti-
git eum, dicens: Volo, mundus eſto. Et confeſtim lepra diſceſſit
ab illo. Et ipſe pręcepit illi, ne cuiq; diceret: ſed uade, oſtende tei-
pſum ſacerdoti, & offer pro emũdatione tui, * quemadmodũ prę- Leuit. 14. a.
cepit Moſes in teſtimonium illis. Peruagabatur autem magis ru-
mor de illo, & conueniebant turbę multę, ut audirent, & ſanaren-
tur per ipſum ab infirmitatibus ſuis. Ipſe autem agebat in ſeceſſu
in deſertis, & orabat.

C * Et factum eſt quodam die, & ipſe docebat, erantq; Phariſæi Matth. 9. a.
ſedentes, ac legis doctores, qui uenerant ex omni caſtello Galilęæ, Mar. 2. a.
& Iudęæ & Hieruſalem. Et uirtus Domini aderat ad ſanandum
eos. Et ecce, uiri portãtes in lecto hominem, qui erat paralyticus:
& quęrebãt eum inferre, & ponere ante illum. Et non inuenientes
qua parte illum inferrent prę turba, aſcenderunt ſuper tectum, ac
per tegulas demiſerunt eum cũ lectulo in mediũ, ante Ieſũ. Quorũ
fidẽ, ut uidit, dixit illi: Homo, remittũtur tibi peccata tua. Et cœ-
perũt cogitare ſcribę & Phariſęi, dicẽtes: Quis eſt is, qui loquitur Pſal. 50. a
blaſphemias? * Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus? Eſai. 43. d

Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum, reſpondens dixit 44. d.
ad illos: Quid cogitatis in cordibus ueſtris? Vtrum eſt facilius
dicere: Remittuntur tibi peccata tua? an dicere: Surge, & ambula?
* Vt autem ſciatis, quòd filius hominis habet poteſtatem in terra, Matth. 9. a.
remittendi peccata, dixit paralytico: Tibi dico, ſurge, tolle lectulũ Mar. 2. a.
tuum, et uade in domum tuam. Iſq; confeſtim ſurgens corãm illis, Ioan. 5. a
tollebat in quo iacuerat, abijtq; in domum ſuam, glorificans Deũ.
Et ſtupor corripuit omnes, & glorificabant Deum: et repleti ſũt
timore, dicentes: Vidimus incredibilia hodie. Matth. 9. a.

D * Et poſt hęc exijt, ac uidit publicanum, nomine Leui, ſedentẽ Mar. 2. b.

ad teloniū, & dixit illi: Sequere me. Atq; is relictis omnibus, ſur-
gens, ſequutus eſt eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in do-
mo ſua, & erat turba multa publicanorum & aliorum, qui cū illis
accumbebant. Et murmurabant Scribæ & Phariſæi aduerſus di-
Luc. 7.e ſcipulos eius, dicentes: * Quare cū publicanis & peccatoribus edi-
tis & bibitis? Et reſpondens Ieſus, dixit ad illos: Nō egent qui ſani
1. Tim. 1.c ſunt medico, ſed qui male habent. * Non ueni uocare iuſtos, ſed
peccatores ad pœnitentiam.
Matth. 9. b * At illi dixerūt ad eū: Quare diſcipuli Ioannis ieiunāt frequēter,
Mar. 2. b & obſecrationes faciūt, ſimiliter & Phariſæorum, tui uero edunt
& bibunt? Quibus uero ipſe dixit: Num poteſtis facere, ut filij
thalami, dum cum illis eſt ſponſus, ieiunent? Venient autem dies,
& quū ablatus fuerit ab illis ſponſus, tūc ieiunabūt in illis diebus.

Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos: Nemo immiſſuram no
ui ueſtimenti immittit in ueſtimentum uetus: alioqui & nouū rū-
pit, & ueteri non conuenit immiſſura ex nouo. Et nemo mittit ui-
nū nouum in utres ueteres: alioqui rumpet uinū nouum utres, &
ipſum effundetur, & utres peribunt. Sed uinū nouū in utres no-
uos mittendum eſt, & utraq; conſeruantur. Et nemo qui biberit
uetus, ſtatim uult nouum: dicit enim, uetus melius eſt.

[a] *Tuo tamē iuſſu demittā rete.* [b] *Græcus legit* ὃς ἦν παραλελυμένος *id eſt, qui erat reſolut⁹*

CAPVT SEXTVM.

Matth. 12. a ACcidit* autē ut in ſabbato ſecundo primo tranſiret per ſa- A
Mar. 2. c ta, ac uellebāt ſpicas diſcipuli eius, edebantq; confricantes
manibus. Quidā autem Phariſæorū dicebāt illis: Quid fa-
citis, quod nō licet facere in Sabbatis? Et reſpōdens Ieſus, ad eos
dixit: Ne hoc quidē legiſtis, quod fecit Dauid, quū eſuriſſet ipſe,
1. Reg. 21. b & qui cū illo erāt? * Quō intrauit in domū Dei, * & panes propo
* Exo. 25. c ſitionis ſumpſit editq;: ac dedit etiā his qui ſecū erant, quos non li-
cet edere, niſi ſolis ſacerdotibus? Et dicebat illis: Dn̄s eſt filius ho-
Matth. 12. b minis etiā Sabbati. * Factū eſt aūt & in alio Sabbato, ut intraret
Mar. 3. a in ſynagogā, ac doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera,
erat arida. Obſeruabāt autē eū Scribæ ac Phariſæi, an in Sabbato
ſanaturus eſſet, ut inuenirēt, unde accuſarent eū. Ipſe uero ſciebat
cogitatiōes eorū, & dixit homini, qui habebat manū aridā: Surge,
& ſta

& ſta in mediũ. Ille uerò ſurgens ſtetit. Dixit igitur Ieſus ad illos
interrogabo uos: Quid? licet Sabbatis benefacere? an malefacere?
animã ſeruare, an perdere? Et circũſpectis illis omnibus, dixit ho-
mini: Extẽde manũ tuã. Ille autẽ fecit, *& reſtituta eſt manus eius 3.Reg.13.b.
ſana ſicut altera. Ipſi autẽ repleti ſunt amẽtia, & colloquebantur
inter ſeſe, quidnam facerent Ieſu.

B *Factũ eſt autẽ in illis diebus, exijt in montẽ ad orandũ: eratq; Matth.14.e
pernoctãs in deprecatiõe Dei. *Et quũ dies factus eſſet, aduocauit Mar.6.e.
diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos et Apoſtolos no- *Mat.10.a
minauit: Simonẽ, quẽ & nominauit Petrum, & Andreã fratrem Mar.3.b
eius, Iacobũ & Ioannem, Philippũ & Bartholomæũ, Matthæum 6.a
& Thomã, Iacobũ Alphæi filiũ, & Simonẽ qui uocatur Zelotes, Luc.9.a
& Iudam Iacobi, & Iudam Iſcarioten, qui idem fuit proditor. Act.1.b

Et deſcendẽs cũ illis, ſtetit in loco cãpeſtri, turbaq; diſcipulorũ Matth.4.e.
eius, *& multitudo copioſa plebis ex omni Iudæa & Hieruſalẽ, & Mar.3.a.
à maritima Tyro & Sidone: qui uenerãt ut audirẽt eũ, & ſanaren
tur à morbis ſuis, & qui uexabãtur à ſpiritibus immũdis: & ſana-
bãtur. Et omnis turba quærebat eũ tãgere, quia potẽtia ab illo exi
C bat, & ſanabat omnes. *Et ipſe attollẽs oculos ſuos in diſcipu- Matth.5.a.
los, dicebat: Beati pauperes, quia ueſtrũ eſt regnũ Dei. Beati qui
eſuritis nũc, quia ſaturabimini. Beati qui fletis nũc, quia ridebitis.
Beati eſtis, quũ oderint uos homines, & ſeparauerint uos, & pro-
bra obiecerint, & eiecerint nomẽ ueſtrũ, tanquã malũ, propter fi-
liũ hominis. Gaudete in illo die, & exultate: ecce enĩ, merces ueſtra
multa eſt in cœlis. Secũdũ hæc enĩ faciebãt prophetis patres eorũ.
*Verũtamẽ, uę uobis diuitibus, quia abſtuliſtis cõſolationẽ ueſtrã. Amos.6.a
Væ uobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ uobis qui ridetis
nũc, quia lugebitis & flebitis. Vę uobis quũ benè loquuti de uobis
fuerint oẽs homines, ſecũdũ hæc enĩ faciebãt pſeudoprophetis pa-
tres eorũ. Sed uobis dico, qui auditis: Diligite inimicos ueſtros,
benefacite his, qui uos oderũt. Bñdicite deuouẽtibus uos. Et orate
pro his, qui contumelijs afficiũt uos. *Percutiẽti te in maxillã, prębe Mat.5.e
be & alterã: & ab eo qui aufert tibi palliũ, etiã tunicã noli prohi-
bere. Omni autem exigenti abs te, tribue: & ab eo qui aufert quæ Eccli.31.b
tua ſunt, ne repoſcas. *Et prout uultis, ut faciant uobis homines, Tob.4.c
uos quoq; facite illis ſimiliter.

 Marc.7.a

Matth.5.e * Et ſi diligatis eos,qui uos diligunt,quæ uobis eſt gratia? Nã D
& peccatores eos,à quibus diliguntur,diligunt. Et ſi benefeceri-
tis his,qui uobis benefaciunt, quæ uobis eſt gratia? Siquidem &
peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuum dederitis his, à quibus ſpe-
ratis uos recepturos, quæ gratia eſt uobis? Nam & peccatores
peccatoribus dant mutuum,ut recipiant paria. Quinnimò diligite
inimicos ueſtros, & benefacite:& mutuum date, nihil inde ſperã-
tes. Et erit merces ueſtra multa, & eritis filij altiſſimi:quia ipſe
benignus eſt erga ingratos & malos.
Matth.7.a. * Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt.
18.c. Nolite iudicare,& non iudicabimini.Nolite condemnare, & non
Prou.11.c condemnabimini. Abſoluite,& abſoluemini.*Date,& dabitur uo
bis.Menſuram bonam,preſſam,& concuſſam,& ſupereffluentem
Matth.7.a. dabunt in ſinũ ueſtrum. * Eadem quippe menſura,qua metimini,
Mar.4.c remenſurabitur uobis.
Math.15.b. * Dicebat autem illis ſimilitudinẽ: Nunquid poteſt cæcus cæ-
Matt.10.c cum ducere? nonne ambo in foueam cadent? Non * eſt diſcipulus
Ioan.13.b ſupra magiſtrum ſuum:perfectus autem omnis erit,ſicut magiſter
* Matt.7.a ipſius.*Quid autem uides feſtucam in oculo fratris tui,trabem au
tem,quæ in oculo proprio eſt,non animaduertis? Aut, quomodo
potes dicere fratri tuo:frater,ſine eijciam feſtucam, quæ in oculo
tuo eſt,ipſe in oculo tuo trabem non uidens? Hypocrita, eijce pri-
mùm trabem ex oculo tuo,& tunc perſpicies , ut eijcias feſtucam,
quæ eſt in oculo fratris tui.
Matth.7.b. * Etenim non eſt arbor bona,quæ facit fructum carioſum:neq; E
& 12.d arbor carioſa,faciens fructum bonum. Vnaquæq; enim arbor ex
fructu ſuo cognoſcitur.Neq; enim è ſpinis colligunt ficus, neq; è
rubo uindemiãt uuam. Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui
profert bonũ:& malus homo,ex malo theſauro cordis ſui profert
Matth.12.d malum.*Ex abundantia enim cordis loquitur os eius.
* Mala.1.a *Quid autem uocatis me, Dñe, Dñe:& non facitis quæ dico?
Mat.7.b * Quiſquis uenit ad me,& audit ſermones meos,& facit eos, oſtẽ-
25.a dam uobis,cui ſimilis ſit.Similis eſt homini ædificanti domũ, qui
*Matth.7.c fodit in altũ,& poſuit fundamẽtum ſuper petrã. Inundatione au-
Iacob.e.c tẽ facta,illiſum eſt flumẽ domui illi: & nõ potuit eã mouere. Fun-
data

data enim erat ſuper petram. Qui autem audiuit & nõ fecit, ſimi*
lis eſt homini, qui ædificauit domum *ſuam *ſuper terrã, abſq; fun-
damento: in quam illiſus eſt fluuius, & continuò cecidit, & facta eſt
ruina domus illius magna.

CAPVT SEPTIMVM.

A QVum * autẽ conſummaſſet omnia uerba ſua, audiente po- Matth.8.a
pulo, intrauit Capernaum. Centurionis autem cuiuſdam Ioan.4.f
ſeruus male habens *erat moriturus: qui erat illi charus.
Quum audiſſet autem de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudęorũ, ro-
gans eum, ut ueniret, & ſeruaret ſeruum ſuum. At illi, quum ueniſ-
ſent ad Ieſum, rogabant eum ſtudioſè, dicentes: Dignus eſt, ut hoc
illi pręſtes: diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædifi-
cauit nobis. Ieſus autem ibat cum illis.

Et quum iam non lõgè abeſſet à domo, miſit ad eum Centurio
amicos, dicens ei: Domine, noli uexari: Non enim ſum idoneus, ut
ſub tectum meum intres. Quapropter nec meipſum ſum dignũ ar-
bitratus, ut uenirem ad te: ſed dic uerbo, & ſanabitur puer meus.
Nã & ego homo ſum, ſub poteſtate cõſtitutus, habẽs ſub me ipſo
milites: & dico huic, uade, & uadit: & alteri, ueni, & uenit, & ſeruo
meo, fac hoc, ac facit. Auditis autem his, Ieſus miratus eſt eum: &
conuerſus, ſequenti ſe turbæ dixit: Dico uobis, ne in Iſraël quidem
tantam fidem inueni. Et reuerſi, qui miſſi fuerant, in domum, inue-
nerunt ſeruum, qui languerat, ſanum.

B Et factum eſt deinceps, ibat in ciuitatem, quę uocatur Nain: &
ibant cum eo diſcipuli eius multi, turbaq; copioſa. Quum aũt ad-
propinquaret portę ciuitatis, & ecce, defunctus efferebatur, filius
unigenitus matri ſuæ, & hæc uidua erat: & turba ciuitatis multa
cũ illa. Quã quũ uidiſſet Dominus, intimè miſertus eius, dixit illi:
Noli flere. Et acceſſit, tetigitq; loculũ. Porrò qui portabãt ſubſti-
terũt, & dixit: Adoleſcẽs, tibi dico ſurge. Et *reſedit, qui erat mor- 3.Reg.17.c
tuus, & cœpit loqui: & dedit illum matri ſuæ. Accepit autẽ omnes 4.Reg.4.d
timor, & glorificabant Deum, dicentes: *Propheta magnus ſurre- Act.9.f
xit inter nos, & uiſitauit Deus populum ſuum. Et exijt ſermo hic & 20.b
*in tota Iudæa de eo, & in omni finitima regione. *Ioan.4.c

*Et renunciauerunt Ioanni diſcipuli ipſius de his omnibus. Et & 6.b.
*Matt.11.a

conuocauit Ioannes duos de diſcipulis ſuis, miſitqꝫ ad Ieſum dicẽs:
Tu es, qui uenturus erat? an aliũ expectamus? Quum autẽ ueniſ-
ſent ad eũ uiri, dixerunt: Ioannes Baptiſta emãdauit nos, ad te, di-
cens: Tu es ille, qui uenturus erat? an alium expectamus? In eadem C
autem hora multos curauit à morbis, ac plagis, & ſpiritibus malis:
& cæcis multis donauit uiſum. Et reſpondẽs Ieſus, dixit illis: Pro-
Eſa.35.a fecti renũciate Ioanni, quę uidiſtis & audiſtis. *Cæci uidẽt, claudi
ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt,
Eſa.61.a *pauperes Euangelio donantur. Et beatus eſt, quicunqꝫ non fue-
rit offenſus in me.

Matth.11.a. *Et quum diſceſſiſſent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere
ad turbas: Quid exiſtis in deſertum ut uideretis? harundinẽ uen-
to agitari? Sed quid exiſtis uiſuri? Hominem mollibus ueſtimen-
tis indutum? Ecce, qui ueſtitu ſplendido ueſtiuntur, & in delicijs
agunt, in Regijs ſunt. Sed quid exiſtis ad uidendum? Prophetã?
Vtiqꝫ dico uobis, & plus quàm prophetã. Hic eſt de quo ſcriptum
Mala.3.a eſt: *Ecce, ego emando nunciũ meũ ante faciem tuam, qui præpa-
Mar.1.a rabit uiam tuam ante te. Dico enim uobis: Maior inter natos mu-
lierum propheta Ioanne Baptiſta, nemo eſt. Attamen, qui minor
eſt in regno Dei, maior eſt illo.

Et omnis populus audiens, & publicani, iuſtificauerunt Deũ,
baptizati baptiſmo Ioannis. Phariſæi aũt & legiſperiti conſilium
Dei ſpreuerunt, aduerſus ſemetipſos, non baptizati ab eo.

Matth.11.c. Dixit *aũt Dñs: Cui ergo ſimiles dicã homines generationis hu- D
ius? Et cui ſimiles ſunt? Similes ſunt puellis, ſedentibus in foro, &
acclamantibus inter ſeſe, ac dicẽtibus: Cantauimus uobis tibijs, &
non ſaltaſtis, cecinimus uobis lugubria, & non ploraſtis. Venit enĩ
Matth.3.a Ioannes Baptiſta, * neqꝫ edens panem, neqꝫ bibens uinum, & dici-
tis: Dæmonium habet. Venit filius hominis, edens ac bibens, &
dicitis: Ecce, homo edax, & uinipotor, amicus publicanorũ & pec-
Matt.26.a catorũ. Et iuſtificata eſt ſapiẽtia à filijs ſuis omnibus. *Rogabat
Mar.14.a aũt eũ quidã è Phariſæis, ut caperet cibũ cũ ipſo. Et ingreſſus do-
*Ioan.12.a mũ Phariſæi, accubuit. Et *ecce, mulier, quę fuerat in ciuitate pec-
catrix, ut cognouit, quòd accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit
alabaſtrum unguenti: ſtansqꝫ ad pedes eius à tergo, flens, lachry-
mis

mis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui extergebat.
E Et deoſculabatur pedes eius, & unguento ungebat.
*Videns autem Phariſæus, qui uocauerat eũ, dixit intra ſe: dicens: Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret utiq;, quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit ipſum, quia peccatrix eſt. Et reſpondens Ieſus, dixit ad illum: Simon, habeo quiddam, quod tibi dicam. At ille ait: Magiſter, dic. Duo debitores erant cuidam creditori, unus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta. Quum autem illi nõ eſſent ſoluendo, condonauit utriſq;. Horum igitur, dic, uter eum plus diliget? Reſpondẽs autem Simon, dixit: Exiſtimo, quòd *is,* cui plus condonauit. At ille dixit ei: Rectè iudicaſti. Luc. 15. d.

Et conuerſus ad mulierem, ait Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem, lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis ſui exterſit. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem, ex quo intraui, non ceſſauit deoſculari pedes meos. Oleo caput meum non unxiſti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittantur peccata eius multa, quoniam dilexit multùm. [d]Cui autem minus remittitur, *is* minus diligit.

Dixit aũt ad illam: Remittantur tibi peccata. Et cœperunt, qui ſimul accũbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui etiã peccata remittit? Dixit aũt ad mulierẽ: Fides tua te ſaluã fecit, uade cũ pace.

[a] *Animam agebat, qui erat illi in precio habitus.* [b] *Hic non eſt* εἰς *ſed* ἐν, *quod uarijs in locis per præpoſitionem per, reddi poteſt.* [c] *Eo, refert Ioannem. Porrò hic uide, quid ſit non baptizari iuxta inſtitutum Chriſti.* [d] *Græca ad uerbum ſonant: Cui autem parùm remittitur, parùm diligit,* ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ.

CAPVT OCTAVVM.

A ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ſingulas ciuitates & caſtella, prædicans & annuncians regnũ Dei: & duodecim cum illo, *ſimulq; mulieres aliquæ, quæ erãt ſanatæ à ſpiritibus malis, & infirmitatibus: Maria, *quæ uocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chuzæ, procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quę miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Luc. 23. e. Luc. 24. a.

*Quum autem turba plurima conueniret, & è ſingulis ciuitatibus Mat. 13. a Mar. 4. a

tibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem: Exijt, qui ſe-
mentem faciebat, ad ſeminandum ſemen ſuũ: & inter ſeminãdum,
aliud cecidit circa uiam, & conculcatum eſt, & uolucres cœli deuo
rauerũt illud. Et aliud cecidit ſuper petram, & enatum aruit, quia
non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul ena-
tæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam,
& enatum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui
habet aures ad audiendum, audiat.
Mat 13.b * Interrogabant autẽ eum diſcipuli eius: dicentes: quæ eſſet iſta B
Mar 4.a parabola. At ille dixit: [a] Vobis datum eſt, noſſe myſteria regni
Eſa.6.b. Dei, cæteris aũt per parabolas: ut *uidentes, non uideant, & au-
dientes, non intelligant. Eſt autem hæc parabola.
Semen, eſt ſermo Dei. Qui autem iuxta uiam, hi ſunt, qui au-
diunt, deinde uenit diabolus, & tollit ſermonem de corde eorum,
ne credentes, ſeruentur. Nam qui ſuper petram, hi ſunt, qui quum
audierint, cum gaudio ſuſcipiunt ſermonem: & hi radicem nõ ha-
bent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis, recedunt.
Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audierunt, & à ſolicitu-
dinibus, & diuitijs ac uoluptatibus uitæ euntes, ſuffocantur, nec
fructum perferũt. Quod autem in bonam terram, hi ſunt, qui cor-
de honeſto ac bono audientes ſermonem, retinent, & fructum af-
ferunt per patientiam.
Matth.5.b. * Nemo uero quum lucernam accenderit, operit eam uaſe, aut
Mar 4.b ſubter lectum ponit: ſed ſuper candelabrum ponit, ut intrantes ui-
Luc.11.c deant lumen. Non *eſt enim occultum, quod non manifeſtum ſit
*Mat.10.d futurum: nec abſconditum, quod non ſit cognoſcendum, & in pro
Mar.4.b patulum uenturum. Videte ergo quomodo audiatis. * Quiſquis
*Matth.13 enim habet, dabitur illi: & quicunq; non habet, [b] etiam quod uide-
& 25.c tur habere, auferetur ab eo.
Mar.4.c
Luc 19.c. * Venerunt autem ad illum mater & fratres eius: & non pote- C
*Mat.12.c rant adire eum præ turba, & renunciatũ eſt illi, dictumq;: Mater
Mar.3.c. tua & fratres tui ſtant foris, uolentes te uidere. Qui reſpondens,
dixit ad eos: Mater mea & fratres mei, hi ſunt, qui ſermonem Dei
audiunt, ac faciunt illum.
Mat.8.c. * Factum eſt autem quodam die, & ipſe aſcendit in nauim, ac di-
Mar.4.d. ſcipuli

ſcipuli eius, & dixit ad illos: Traijciamus in ulteriorē ripā ſtagni,
ac ſoluerunt. Cæterum nauigantibus illis, obdormiuit: & ingruit
procella uenti in ſtagnum, & complebantur, ac periclitabantur,
Accedentes autem, ſuſcitauerunt eum, dicentes: Pręceptor, pręceptor
ceptor perimus. At ille experrectus, increpauit uētum, ac tempe-
ſtatem aquę: & ceſſauerunt, factaq; eſt tranquillitas. Dixit autē
illis: Vbi eſt fides ueſtra? Timentes autem mirati ſunt inter ſe,
dicentes: Quiſputas hic eſt? quia uentis quoq;, et aquę imperat:
& obediunt ei? * Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorum, *Matth. 8. d.*
quę eſt contra Galilęam. *Mar. 5. a.*

D Et quum * de naui * egreſſus eſſet, ad terram, occurrit illi uir
quidam è ciuitate, qui habebat dæmonia iam temporibus multis.
Et ueſtimento non induebatur, neque in domo manebat, ſed in
monumentis. Is, ut uidit Ieſum, et exclamaſſet, procidit ante illum,
ac uoce magna dixit: Quid mihi rei tecum eſt Ieſu, fili Dei altiſſi-
mi? Obſecro te, ne me torqueas. Pręcipiebat enim ſpiritui immū-
do, ut exiret ab homine. Frequenter enim corripuerat illum, &
uinciebatur catenis, et compedibus cuſtodiebatur. Et ruptis uin-
culis, agebatur à dæmonio in deſerta.

Interrogauit autem illum Ieſus, dicens: Quod tibi nomen eſt?
At ille dixit: Legio. Quia intrauerunt dæmonia multa in eum.
Et rogauerunt illum, ne imperaret ipſis, ut in abyſſū irent. Erat
* autem ibi grex porcorum multorum, paſcentium in monte, & *Matth 8. d*
rogabant eum, ut permitteret ipſis in illos ingredi. Et permiſit il- *Mar. 5. b.*
lis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, et intrauerunt in porcos:
& impetu abijt grex per pręceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt.
Porrò, ut uiderunt quod acciderat ij qui paſcebant, fugerunt, ru-
moremq; renunciauerunt in ciuitatem ac uillas.

E Exierunt autem ut uiderent, quod factum erat, et uenerunt ad
Ieſum: et inuenerunt hominem à quo dæmonia exierant, ueſtitū,
ac ſana mente, ad pedes Ieſu ſedentem, et timuerunt. Renunciaue-
runt autem illis etiam qui uiderant, quomodo ſanus factus eſſet
is, qui agitabatur à dæmonio. Et rogauerunt illum omnis multi-
tudo Gadarenorum, ut diſcederet ab ipſis: Nam timore magno
tenebantur. * Ipſe autem conſcenſa naui, reuerſus eſt. Rogauerat *Mar. 5. b*

enim illum uir a' quo dæmonia exierant, ut cum eo eſſet, ſed ablegauit eum Ieſus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quęcunque tibi fecerit Deus. Et abijt per totam ciuitatē, prędicans quęcunque ſibi feciſſet Ieſus.

Matth. 9. c. Mar. 5. c. * Factum eſt autē quum rediret Ieſus, excepit illum turba: nam omnes expectabant eum. Et ecce, uenit uir, cui nomen Iaïrus, & ipſe princeps ſynagogæ erat, accidit que ad pedes Ieſu, rogans eum, ut intraret in domū ſuam: quoniā unigenita filia erat ei, ferè annorum duodecim, & hęc moriebatur. Verùm inter eundum, turbę coarctabant eum.

Matth. 9. c. Mar. 5. c. * Et mulier, quę erat obnoxia profluuio ſanguinis, ab annis duodecim, quę in medicos impēderat omnem ſubſtantiam, nec ab ullo potuerat curari, acceſſit retrò, & tetigit fimbriam ueſtimēti eius: & confeſtim ſiſtebatur fluxus ſanguinis eius. Et dixit Ieſus: Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autē omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Pręceptor, turbę te conſtringunt, & adflictant, & dicis? Quis me tetigit? Et dixit Ieſus: Tetigit me aliquis. Nam ego noui potentiam a me exijſſe. Videns autem mulier, quòd non latuiſſet, tremens uenit, ac procidit ante pedes eius: & ob quam cauſſam tetigiſſet eum, indicauit ei coràm toto populo, *et* quēadmodum confeſtim ſanata fuiſſet. At ipſe dixit ei: Confide filia, fides tua te ſeruauit: uade cum pace.

Matth. 9. c. Mar. 5. c. * Adhuc eo loquente, uenit quidam à principe ſynagogæ, dicens ei: Mortua eſt filia tua, noli uexare magiſtrum. Quo uerò audito, reſpondit Ieſus ei, dicens: Noli timere, crede tantum, & ſalua erit. Et quum ueniſſet in domum, non permiſit intrare *ſecum* quenquàm, niſi Petrū & Iacobum, & Ioannem, & patrē & matrem puellę. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non eſt mortua *puella* * ſed dormit. Et

Ioan. 11. b. deridebant eum, ſcientes quòd mortua eſſet. Ipſe autem eiectis foras omnibus, & pręhenſa manu eius, clamauit dicēs: Puella, ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuò. Ac iuſſit illi dari cibum. Et obſtupuerunt parētes eius: ipſe uerò pręcepit eis, ne cui dicerent, quod factum erat.

hinc

[a] Hinc collige, neminẽ noſſe myſterare gn i ei, niſi ex Chriſti diſcipulis ſit. Neque enim tollitur uelum, quod per Chriſtum aboletur, niſi conuerſis ad illum. 2. Cor. 3. Si quis uoluerit uoluntati eius obtemperare, cognoſcet de doctrina. &c. Ioan. 7 Ibi Ieſus dicens: Si quis &c neminem excluſit: Ex æquo ſanè & laicum & ſacerdotem ad ſuæ doctrinæ cognitionem inuitauit. [b] Hinc accipe interpretationem uerborum, quæ ſunt apud Matthæum cap. 25. tque hic ſilentio præterire nequeo D. Bonerum, Londonienſem Epiſcopum, uirũ tum doctrina tum candore ſuſpiciendum, qui (quum huius loci inter prandendum fieret mentio) hanc ſuam eſſe ſententiam dixit: Vt hoc aliquis habere uideretur, quod apud ſe, citra ullum fœnuſculum ſeruat: qui enim quicquam ad hunc modum habet, habet & non habet. Quia in nullum uſum habet. Hactenus Bonerus.

CAPVT NONVM.

Conuocatis * autem * Ieſus * duodecim, dedit illis poteſta- Matth. 10. a
A tem & autoritatem ſuper omnia dæmonia, & ut morbos Mar. 3. b.
ſanarent. Et emãdauit illos, ut prędicarent regnũ Dei, & & 6. a
ſanarẽt infirmos. Et dixit ad illos: * Nequid tuleritis in uiam, neq; Luc. 6. b
uirgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque binas Mar. 6. a.
tunicas habeatis. Et in quamcunq; domum intraueritis, illic ma- Luc. 10. a
nete, atque illinc exeatis. * Et quicunque non receperint uos, ex- Matth. 10. b
euntes de ciuitate illa, etiam puluerem è pedibus ueſtris, excutite, Mar. 6. b.
in teſtimonium aduerſus illos. Egredientes autẽ circumibant per Act. 13. c.
caſtella euangelizantes, & curantes ubique.

* Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia, quę fiebant ab eo, & hęſitabat, eo quòd diceretur à quibuſdam, quòd Ioannes ſurrexiſſet à mortuis: à quibuſdam uerò, quòd Helias adparuiſſet: ab alijs autem, quòd propheta quiſpiam ex antiquis, ſurrexiſſet. Et dixit Herodes: Ioannẽ ego decollaui, quis eſt autem iſte, de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum. Math. 14. a Mar. 6. b

* Et reuerſi apoſtoli, narrauerunt illi quęcunque fecerant. Et adſumptis illis, receſſit ſeorſum, in locũ deſertum ciuitatis, quę uo- Matt. 14. b.
B catur Bethſaida. Quod quum cognouiſſent turbę, ſequutę ſunt Mar. 6. d
illum, & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei: & eos, Ioan. 6. a.
qui curatione indigebant, ſanabat. Dies autem cœperat declinare, & accedentes duodecim, dixerunt illi: Dimitte turbas, ut euntes in caſtella uillasq; uicinas diuertant

& inueniãt eſcas: quia hîc in loco deſerto ſumus. Dixit autẽ ad illos: Vos date illis, quod edant. At illi dixerũt: Non ſunt nobis plures, quàm quinq; panes, & duo piſces, niſi nos eamus, & emamus in omnem hunc populum, eſcas. Erant autem ferè uiri quinquies mille. Dixit aũt ad diſcipulos ſuos: facite illos diſcumbere, in ſingulo quoq; diſcubitu, quinquagenos. Atq; ita fecerunt: & fecerũt omnes diſcumbere. Acceptis autem quinq; panibus, & duobus piſcibus, ſublatis in cœlum oculis, benedixit illis, & fregit, diſtribuitq; diſcipulis, ut adponerent turbæ. Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatum eſt, quod ſuperfuit illis, fragmentorum, cophini duodecim.

Matth. 16. a Mar. 8. d * Et factum eſt, quũ ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli, interrogauitq; illos, dicens: Quẽ me dicunt eſſe turbæ? At illi reſponderũt, & dixerũt: Ioannẽ Baptiſtam, alij aũt Heliam, alij uerò quod propheta quiſpiã de antiquis, ſurrexit. Dixit autẽ illis: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit: Ioan. 6. g. *Chriſtum Dei. At ille cõminatus illis, præcepit necui dicerẽt hoc, *Matt. 16. c & 20. b Mar. 8. b 9. d. 10. d Lucæ. 18. d dicens: *Oportet filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus, & principibus ſacerdotum & ſcribis: & occidi, & tertia die reſurgere.

*Mar. 8. e *Luc. 17. d *Dicebat autem ad omnes: Siquis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.* Qui enim uoluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam. Qui uerò perdiderit animam ſuam propter me, is ſaluam faciet eam. Quid enim proficit homo, ſi lucretur uniuerſum mundum, ſe autẽ ipſum perdat, aut iacturam ſui ipſius faciat? Matth 10. d Mar. 8. e Lucæ. 12. a *Nam quem mei meorumq; ſermonum puduerit, huius & filium hominis pudebit, quũ uenerit in maieſtate ſua, & patris, ſanctorumq; angelorum. *Matt. 16. d Mar. 8. e * Dico autem uobis uerè, ſunt quidam hîc ſtantes, qui non guſtabunt mortẽ, donec uideant regnum Dei.

Matt. 17. a Mar. 9. a. *Factũ eſt aũt poſt hæc uerba, ferè diebus octo, & adſumpſit Petrũ, & Ioannẽ, & Iacobũ: & aſcendit in montem, ut oraret. *2. Pet. 1. d *Et facta eſt, dum oraret, ſpecies uultus eius alia, & ueſtitus eius cãdidus ac refulgens. Et ecce, duo uiri loquebantur cũ illo, qui erãt Moſes & Helias, qui uiſi in maieſtate, dicebant exceſſum eius, quem com-

pleturus

pleturus erat Hieroſolymis. Petrus uerò, & qui cum illo erant,
grauati erant ſomno. Experrecti autem uiderunt maieſtatē eius,
& duos uiros, qui ſtabant cum illo. Mat.17.a
*Et factum eſt, quum diſcederent ab illo, ait Petrus ad Ieſum: Mar.9.a
Præceptor, bonum eſt, nos hîc eſſe, faciamus tria tabernacula,
unum tibi, & unum Moſi, & unum Heliæ: neſciens quid diceret.
Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes, & obumbrauit eos: ti-
muerunt autem intrantibus illis in nubem. Et uox facta eſt de nu
be, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. Et quum fa-
cta fuiſſet uox, inuentus eſt Ieſus ſolus, & ipſi tacuerunt: & nemi-
ni annunciauerunt in illis diebus quicquam ex his, quæ uiderant. Mat.17.b
*Factum eſt autem in ſequenti die, deſcendentibus illis de mon Mar.9.b
te, occurrit illi turba multa. Et ecce, uir de turba exclamauit, di-
cens: Magiſter, obſecro te, reſpice ad filium meum, quia unicus eſt
mihi: & ecce, ſpiritus arripit eum, & ſubitò clamat, & conuellit eū
cum ſpuma: & uix diſcedit ab eo conterens eum. Et rogaui diſci-
pulos tuos, ut ejicerent illum: & non potuerunt. Reſpondens aūt
Ieſus, dixit: O natio incredula & peruerſa, uſquequo ero apud
uos, ac patiar uos? Adduc huc filium tuum. Quum adhuc autem Mat.1.e
accederet, laniauit illum dæmonium, & conuulſit. Increpauit au- Luc.4.d.
tem Ieſus ſpiritum immundum, & ſanauit puerum: & reddidit il- Mat.16.c
lum patri ſuo. * Stupebāt autem omnes ſuper magnificentia Dei. & 20.b.
E Sed omnibus mirantibus ſuper omnibus quæ faciebat, dixit ad Mar.8.d.
diſcipulos ſuos: Ponite uos in auribus ueſtris ſermones iſtos. *Fi- & 9.d
lius enim hominis tradendus eſt in manus hominum. At illi igno- Luc.2.g
rabaut uerbum iſtud, & erat abſconditum ab illis, ut non intelli- & 18.d
gerent illud. Et timebant eum interrogare de hoc uerbo. *Intraue *Mat.18.a.
rat autem diſputatio inter eos: Quiſnam eſſet maior eorum. At Ie- Mar.9.d.
ſus uidens diſputationem cordis eorum, adprẹhendit puellum, & Luc 22.b
ſtatuit illum iuxta ſe. Et dixit illis: Quicūq; * receperit puellū hūc *Mat.10.e.
nomine meo, me recipit. Et quicūq; me receperit, recipit eum, qui Mar.9.d
emādauit me. * Nā qui minor eſt inter oēs uos, hic erit magnus. Luc 10.b.
Reſpondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendā Ioan.13.c
ſub nomine tuo ejicientem dæmonia: & prohibuimus eum, quia *Mat.20.d
non ſequitur nobiſcū. Et dixit ad illum Ieſus: Nolite prohibere. Mar.9.d.

 & 10.e. Luc.22.b

Qui enim non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt.

Factum eſt autem, dum complerentur dies adſumptionis eius,
& ipſe faciem ſuam obfirmauerat, ut iret Hieroſolymam. Et mi-
ſit nuncios ante conſpectum ſuũ, & profecti intrauerũt in uicum
Act. 8. a Samaritanorum, ut pararent ipſi. *Et non receperunt eum: quia F
facies eius erat euntis Hieroſolymam. Quum uidiſſent autem di-
4. Reg. 1. c ſcipuli eius, Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, *uis dicamus,
ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos: quemadmodum &
Helias fecit? Conuerſus autem Ieſus, increpauit illos, dicens: Ne-
ſcitis, cuius ſpiritus eſtis uos. Filius enim hominis non uenit ad
perdendum animas hominum, ſed ad ſeruãdum. Et profecti ſunt
in alium uicum.

Matth. 8. c. * Factum eſt autem ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad
illũ: Sequar te, quocunq; abieris. Et dixit illi Ieſus: Vulpes cauer-
nas habent, & uolucres cœli nidos: filius autem hominis non ha-
Matth. 8. c. bet, ubi caput ſuum reclinet. *Dixit autẽ ad alterũ: Sequere me.
Ille autem dixit: Domine, permitte mihi, ut prius abeam, & ſepe-
Leui. 21. b liam patrem meum. Dixit autem ei Ieſus: * Sine, ut mortui ſepe-
liant mortuos ſuos. [b] Tu uerò uade, & annuncia regnum Dei.
3. Reg. 19. d *Dixit aũt & alius: Sequar te Domine, ſed permitte mihi prius, ut
2. Pet. 2. d dicã uale his, qui ſunt domi meæ. Ait ad illum Ieſus: *Nemo, qui
manu ſua admota aratro, reſpexerit à tergo, aptus eſt regno Dei.

[a] *Græcus textus habet ἐν δόξῃ, id eſt, in gloria. Et per exceſſum, intellige, exitum, aut mortem.* [b] *Tu uerò uiuens, & à morte peccatorum tuorum reſurgens, annuncia regnum Dei. Viuentium autem curam habe, & non mortuorum. Nam & mortui ſuos habent mortuos, à quibus ſepeliantur. Huc ſpectat figura, Numeri. 19. de immundo, quiſquis mortuũ animæ hominis tetigerit.*

CAPVT DECIMVM.

POſthæc autem deſignauit Dñs & alios ſeptuaginta, emã- A
dauitq; illos, binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem
Matth. 9. d. & locum, quo erat ipſe uẽturus. Dicebat ergo illis: *Meſ-
Matth. 10. b ſis quidẽ multa, ſed operarij pauci. Rogate ergo dñm meſſis, ut ex
*Mat. 10. a. trudat operarios in meſſem ſuã. *Abite, ecce, ego mitto uos ſicut
Mar. 6. a agnos inter lupos. *Nolite portare ſacculũ, neq; perã, neq; calcia-
Luc. 9. a

menta:

mēta * et neminē ſecundū uiā ſalutaueritis. In quācunq; domū in-
traueritis, primùm dicite: Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius 4.Reg.4.d
pacis, requieſcet ſuper illum pax ueſtra, ſin minus, ad uos reuerte-
tur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes, quæ
dantur ab illis. Dignus eſt enim operarius mercede ſua.

Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunq; ciui-
tatem intraueritis, & ſuſceperint uos, edite quæ adponuntur uo-
bis, & ſanate infirmos, qui in illa ſunt, & dicite illis: Adpropin-
quauit in uos regnum Dei. * In quācunq; autem ciuitatem intra- Matth.10.b
ueritis, & non ſuſceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Mar.6.b
Etiam puluerem, qui adhęſit nobis de ciuitate ueſtra, extergimus Luc.9.a
in uos. Tamen hoc ſcitote, quòd adpropinquauit in uos regnum Act.13.e
Dei. Dico uobis, quòd Sodomis in die illo remiſſius erit, quàm 18.a
illi ciuitati.

* Væ tibi Chorozain: Væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Matt.11.d
B Sidone factæ fuiſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in uobis, olim in
cilicio & cinere ſedentes, egiſſent pœnitentiam. Veruntamen
Tyro & Sidoni remiſſius erit in iudicio, quàm uobis. Et tu Ca-
pernaum, quæ uſq; ad cœlum elata es, uſq; ad infernum depri-
mêris. Qui * uos audit me audit, & qui uos ſpernit, me ſpernit:
qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui emandauit me. Matth.10.e

Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta cum gaudio, dicentes: Do- Ioan.13.c
mine, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis, per nomen tuū. Dixit Mar.9.d
autem illis: * Videbam Satanam, ſicut fulgur de cœlo, cadentē. Eſa.14.b
* Ecce, do uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpio- Apo.12.c
nes, & ſuper omnē uirtutē inimici, & nihil omninò uobis nocebit. *Mar.16.e
Veruntamen in hoc nolite gaudere, quòd ſpiritus ſubijciuntur Act.28.a
uobis: ſed gaudete potius, * quòd nomina ueſtra ſcripta ſunt Phil.4.a
in cœlis. Apoc.17.b

C * In eadem hora exultauit ſpiritu Ieſus: & dixit: Confiteor Math.11.e
tibi pater, domine cœli & terræ, quòd abſcondiſti hæc à ſapienti-
bus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: etiam pater, quoni- Matt.28.c
am ſic cōplacitum eſt coràm te. * Omnia mihi tradita ſunt à patre Iaan.13.a
meo, & nemo * ſcit, quis ſit filius, niſi pater: & quis ſit pater, niſi fi- *Mar.11.e
lius, & cui uoluerit filius reuelare. Ioan.7.c
8.b.10.b

Matth.13.c. * Et conuerſus ad diſcipulos, ſeorſum dixit: Beati oculi, qui ui-
dent, quę uos uidetis. Dico enim uobis, quòd multi prophetę &
reges uoluerunt uidere, quę uos uidetis, & non uiderũt: et audire,
quę auditis, & non audierunt.

Math.22.d * Et ecce, quidam legiſperitus ſurrexit, tentans illum, et dicens:
Mar.12.c Magiſter, quid faciendo uitam æternam poſſidebo? At ille dixit
ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondẽs,
Deut.6.b dixit: * Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
Leu.19.c. tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, et ex tota mente tua: * &
Rom.13.b. proximum tuũ, ſicut teipſum. Dixitq́; illi: Rectè reſpondiſti, hoc
fac et uiues. Ille autem uolens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum:
Et quis eſt meus proximus? * Reſpondens autem Ieſus, dixit:
Homo quidam deſcẽdebat ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit D
in latrones, qui etiam deſpoliauerũt eum ueſtibus: ac uulneribus
inflictis, abierunt, ſemimortuo relicto. Accidit autem, ut ſacerdos
quidam deſcenderet eadem uia, uiſoq́; illo, præterijt. Similiter et
Leuita, quum iret iuxta locum, quum acceſſiſſet & uidiſſet eum,
pręterijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit ad eum, &
uiſo eo, intime miſertus eſt: et accedens, obligauit uulnera e-
ius, infundens oleum ac uinum, et imponens illũ in ſuum iumen-
tum, duxit eũ in diuerſoriũ, & curã eius egit. Et poſtero die egre
diens, deprompt os duos denarios dedit hoſpiti, & dixit ei: Curã
illius habe, & quodcunq; pręterea inſumpſeris, ego quum rediero
reddam tibi. Quis ergo horũ trium, uidetur tibi proximus fuiſſe
illi, qui incidit in latrones? Et ille dixit: Qui exercuit miſericor-
diam in illum. Dixit igitur illi Ieſus: Vade, & tu fac ſimiliter.

Factum eſt autem, dum irent ut ipſe intraret in quoddã oppi-
dulum: & mulier quędam, Martha nomine, excepit illũ in domũ
Deut.33.a. ſuam. Et huic erat ſoror, nomine Maria, * quę etiam aſſidens ad
pedes Ieſu, audiebat ſermonem illius. Martha autem diſtraheba-
tur circa frequens miniſterium, quę aſſiſtens dixit: Domine non
eſt tibi curę, quòd ſoror mea, reliquit me, ut ſola miniſtrem? Dic
ergo illi, ut me adiuuet. Et reſpondens, dixit illi Ieſus: Martha
Martha, ſolicita es, & turbaris circa multa: * uno autem opus eſt.
Pſal.26.a Maria bonam partem delegit, quę non auferetur ab ea.

Græcus

* *Græcus textus habet ὑπολαβὼν id eſt, ſuſcipiens aut, uiciſſim reſpondens.*

CAPVT VNDECIMVM.

A ETfactum eſt, quum oraret quodam in loco, ut ceſſauit * di- Matth.6.a.
xit quidam ex diſcipulis eius ad eum: Domine, doce nos
orare: ſicut & Ioãnes docuit diſcipulos ſuos. Dixit aũt illis:
Quum oratis, dicite: * Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur Matth.6.b.
nomen tuum: ueniat regnum tuum: fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo,
etiam in terra. Panẽ noſtrum quotidianum da nobis quotidie. Et
remitte nobis peccata noſtra, ſiquidẽ & nos ipſi remittimus omni
debẽti nobis. Et ne nos inducas in tẽtationẽ, ſed libera nos à malo.

Et dixit ad illos: Quis ueſtrûm habebit amicũ? & ibit ad illum
D media nocte, & dicet illi: Amice, da mihi mutuò tres panes, quoni-
am amicus meus uenit de uia ad me: & non habeo, quod adponam
illi. Et ille intus reſpondẽs, dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſti-
um clauſum eſt, & puelli mei mecum ſunt in cubili: nõ poſſum ſur-
gere, & dare tibi. Dico uobis, etiam ſi non ſurgens, daturus ſit illi,
eò quòd amicus eius ſit, propter * improbitatẽ tamen eius ſurget,
ac dabit illi, quotquot habet opus.

*Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inue-
B nietis: pulſate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & Prou.8.b Matth.7.a
qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Quis autem ex uobis pa- Ioan.14.b
ter, à quo ſi filius petierit panem, num lapidem dabit illi? Et ſi pi- 15.a.16.c
ſcem, num pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum, nũ
porriget illi ſcorpium? Si ergo uos, quum ſitis mali, noſtis bona
dona dare filijs ueſtris, quantò magis pater, qui eſt è cœlo, dabit
ſpiritum ſanctum ijs, qui petunt ab ipſo?

*Et erat eijciens dæmoniũ, & illud erat mutũ: quumq; eieciſſet Matth.9.d
dæmoniũ, loquutus eſt mutus. Et admiratæ ſunt turbę. Quidam & 12.c
autem ex eis dixerũt: Per Beelzebul principẽ dæmoniorum eijcit *Mar.3.b
dæmonia. Et alij tentantes, ſignũ de cœlo quærebant ab eo. Ipſe
aũt, quum ſciret cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnũ ad-
uerſus ſeipſum diuiſum, deſolatur, & domus ſuper domum cadit.
C Quòd ſi Satanas quoq; aduerſus ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſta
bit regnum eius? Quia dicitis, per Beelzebul eijcere me dæmo-
nia. Quòd ſi ego per Beelzebul eijcio dæmonia, filij ueſtri per

quem eĳciũt: Ideo ipſi iudices ueſtrũ erunt. Porrò, ſi digito Dei eĳcio dæmonia, profectò peruenit ad uos regnum Dei.

Matth.12.b * Quum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, C
*Col.2.b. quę poſſidet: * Vbi uerò fortior eo ſuperueniens, uicerit eum, uniueaſa arma eius aufert, in quibus confidebat: & ſpolia eius di-
2 Theſ.2.a. ſtribuit. * Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit.

Matth.12.e * Quum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arentia, quęrens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, unde exiui. Et quum uenerit, inuenit eam ſcopis mundatam, atque ornatam: tunc uadit, & adſumit ſeptem alios ſpiritus + ſecum +, nocentiores ſe, & ingreſſi, habitant ibi. Et fiunt extrema hominis illius, peiora primis.

Factum eſt autem quum hęc diceret, extollens uocem quędam mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter, qui te portauit, & ubera
Mar.8.b quę ſuxiſti. At ille dixit: Quinimò, beati qui audiunt uerbũ Dei, & cuſtodiunt illud.

Turbis autem cõfluẽtibus, cœpit dicere: * Natio hæc, mala eſt, E
Ionæ.2.a ſignum quęrit: & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignũ Ionę prophetę.
3.b * Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis, ita erit & filius hominis
3.Reg.10.a. nationi iſti. * Regina Auſtri ſurget in iudicio cum uiris nationis
2.Para.9.a huius, & condemnabit illos: quia uenit à finibus terrę, ut audiret
Matth.12.c ſapientiam Solomonis. Et ecce, plus quàm Solomon hîc. Viri Niniuitę ſurgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt illam: quia ad pœnitentiam adducti ſunt prędicatione Ionę. Et
Matth.5.b ecce, plus quàm Ionas hîc. D

Mar.4.b. * Nemo lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neq; ſubter
Luc.8.b modium: ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen ui-
*Math.6.c deant. Lucerna * corporis, eſt oculus. Quum igitur oculus tuus fuerit ſimplex, totum quoque corpus tuum lucidum eſt: quòd ſi malus fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum eſt. Vide ergo, ne lumen quod in te eſt, tenebrę ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidum + fuerit +, non habens aliquam partẽ tenebroſam, + ſic + erit lucidum totum, ut quum lucerna fulgore illuminat te.

Et quum loqueretur, rogauit illũ quidam Phariſęus, ut prande-

ret

ret apud ſe. *Ieſus* autē ingreſſus, accubuit. Phariſæus aūt quum
uidiſſet, admiratus eſt, quòd non prius lauiſſet antè prandium. Matt.23.c
Et dixit Dominus ad illū: *Nunc uos, Phariſæi, exteriora poculi Tit.1.c
catiniq; mundatis: & quod intus eſt ueſtri, plenū eſt rapina, & ma Abac.2.a
litia. *Stulti, nónne qui fecit quod foris eſt, etiā id, quod intus eſt, *Eſa.5.8.b.
fecit? *Veruntamē, quę ſuppetunt, date eleemoſynam, & ecce, om-
nia munda ſunt uobis. Matt.23.c

*Sed uæ uobis Phariſæis: quia decimatis mentham & rutam, &
quoduis olus, & præteritis iudiciū & charitatem Dei. Imò, hæc
oportuit facere, & illa non omitere. Matt.23.a

*Væ uobis Phariſæis: quia diligitis primam cathedram in ſyna Mar.12.d
gogis, & ſalutationes in foro. Lucæ.20.e.

Væ uobis ſcribæ & Phariſęi, hypocritæ: quia eſtis ut monumē-
ta, quæ non adparent, & homines ſupernè ambulantes, neſciunt.

Reſpondens autē quidam ex Legiſperitis, ait illi: Magiſter, hęc
dicens, etiam nos afficis contumelia. At ille dixit: Et uobis legiſpe- Matt.23.a
ritis uæ: *quia oneratis homines oneribus, portatu difficilibus: &
E ipſi uno digito ueſtro non attingitis onera. Matt.23.d

*Væ uobis: quia ædificatis monumenta prophetarum, patres
autem ueſtri occiderunt illos. Profectò teſtamini, & comprobatis
facta patrum ueſtrorum: quoniam illi quidem eos occiderunt, uos Matt.23.e
autem ædificatis eorum ſepulchra. *Propterea & ſapientia Dei
dixit: Emādabo ad illos prophetas, & apoſtolos, & ex illis occidēt
& perſequentur: ut requiratur ſanguis omniū prophetarū, qui ef- Gene.4.b
funditur à conſtitutione mundi, à natione iſta à ſanguine *Abel *2.pa.24.d
D uſq; ad ſanguinem *Zachariæ, qui periјt inter altare & ædem.
Profectò, dico uobis, requiretur ab hac generatione. Matt.23.b.

*Væ uobis Legiſperitis: quia tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non
introiſtis: & eos qui introituri erant, prohibuiſtis. Hæc autem
eo dicente ad illos, cœperunt Legiſperiti & Phariſæi grauiter in
ſiſtere, [b]& ab ore capere eum de pluribus, inſidiantes ei, & quæ-
rentes aliquid uenari ex ore eius, quo accuſarent eum.

[a] *Accipe improbitatem, pro non ceſſantis opera: qui quidem poſito pudore & inſtat & ur-
get. Græcus enim legit ἀναίδειαν id eſt, impudentiam.* [b] *Cum obſeruatione oris interro-
gare illū, aut captioſe interrogare illum.*

CAPVT DVODECIMVM.

CVm autē conueniſſet innumera turbæ multitudo, adeò, ut A
ſe inuicem conculcarēt, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos:
Mat.16.a Primum, *cauete uobiſipſis à fermento Phariſæorū, quod C
Mar.8.b eſt hypocriſis. *Nihil autē contectū eſt, quod non ſit detegendum:
Sap.1.b neq; occultū, quod non ſit cognoſcendū. Quapropter, quęcunq;
Matth.10.d in tenebris dixiſtis, in lumine audientur: & quod in aurē loquuti
Mar.4.b. eſtis in cellis, prædicabitur in tectis.
Luc.8 b
*Matt.10.d Dico autem uobis amicis meis: *Ne terreamini ab his, qui occi
*Mat.10.d. dunt corpus, & poſt hæc non habent, quod amplius faciant.
2.par.20.c Oſtendā autē uobis, quē timeatis. Timete eū, qui poſtquàm occi-
derit, habet poteſtatē conijciēdi in gehennā: certè dico uobis, hūc
timete. Nónne* quinq; paſſerculi ueneūt minutis aſſibus duobus?
Et unus ex illis non eſt in obliuione coràm Deo. Quin & pili ca-
pitis ueſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſ-
ſeribus pluris eſtis.
Matth.10.d Dico autē uobis: *Omnis, quicunq; cōfeſſus fuerit me coràm
Mar.8.e hominibus, & filius hominis confitebitur eum corā angelis Dei.
Luc.9.c Qui autē negauerit me corā hominibus, abnegabitur coràm ange
Apoc.3.a lis Dei. * Et quiſquis loquitur dictū in filiū hominis, remittetur
*Matt.12.c illi: ei uerò qui in ſpiritū ſanctū conuiciū dixerit, non remittetur. D
Mar.3.c
*Matt.10.e *Quum autē adduxerint uos ad ſynagogas, & ad Magiſtratus B
Mar.13.c ac poteſtates, nolite ſoliciti eſſe, quomodo aut quid reſpondeatis,
Luc.21.b. aut quid dicatis. Spiritus enim ſanctus docebit uos in eadem ho-
ra, quæ oporteat dicere.

Ait autē ei quidā de turba: Magiſter, dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatē. At ille dixit ei: Homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper uos? Dixitq; ad illos: Videte, & cauete ab auaritia: quia nō in [b] abundādo cuiq;, uita ipſius eſt ex eis quæ poſſidet. Dixit autem ſimilitudinē ad illos, dicens: Hominis cuiuſdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe, dicens: Quid faciā? quòd nō habeam, quò congregem fructus meos. Et dixit: Hoc faciā. Deſtruā horrea mea, & maiora extruā: & illuc cōgregabo oēs prouētus meos, & bona mea. Et dicā animæ meæ:
Eccli.11.c *Anima habes multa bona repoſita in annos multos, requieſce, comede,

mede, bibe, gaude. Dixit autẽ illi Deus: *Stulte, hac nocte animã *Hiere. 17.b*
tuam repetunt abs te: *quæ uerò paraſti, cui cedent? Sic, qui recon *Pſal. 51.b*
dit ſibi ipſi, nec eſt erga Deum diues. **Pſal. 38.a.*

C Dixitq́ꝫ ad diſcipulos ſuos: *Ideo dico uobis: Nolite ſoliciti eſſe *Pſal. 54.e*
animæ ueſtræ, quid edatis: neqꝫ corpori, quid induamini. Anima *Matt. 6.c*
plus eſt quàm eſca, & corpus plus eſt quàm indumentum. Conſi- *1. Pet. 5.a*
derate coruos, quia non ſeminant, neqꝫ metunt: quibus non eſt
penuarium, neqꝫ horreum, & Deus paſcit illos. Quantò magis
uos præſtatis uolucribus?

* Quis autem ueſtrûm, ſolicitus poteſt adijcere ad ſtatu- *Mat. 6.d.*
ram ſuam cubitum unum? Si ergo ne id quidem, quod minimum
eſt, poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis? Cõſiderate lilia, quo-
modo creſcunt, non laborant, neqꝫ nent: dico autem uobis, nec So-
lomon in omni gloria ſua ueſtiebatur, ſicut unum ex iſtis.

Si autem gramen, quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum
mittitur, Deus ſic ueſtit, quantò magis uos paucifidi? Et uos noli
te quærere, quid eſuri ſitis, aut quid bibituri: & nolite in ſublime
tolli. Hæc enim omnia gentes mundi inquirunt: pater autẽ ueſter
ſcit, quòd iſtis indigeatis. Quin potius quærite regnum Dei, &
hæc omnia adijcientur uobis.

D *Ne timueritis puſille grex: quia complacitum eſt patri ueſtro, *Deute. 1.e*
dare uobis regnum. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynã. *& 20.a.*
Facite uobis * ſacculos, qui non ueteraſcunt, theſaurum inexhau- **Matt. 6.c.*
ſtum in cœlis, quò fur nõ accedit, neqꝫ tinea corrumpit. Vbi enim *& 19.c*
theſaurus ueſter eſt, ibi & cor ueſtrum erit.

*Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernę accenſæ: & uos ſimiles *Ephe. 6.d*
hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur à *1. Pet. 1.c.*
nuptijs, ut quum uenerit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Bea
ti ſerui illi, quos quũ uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amen
dico uobis, *quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & trã- *Luc. 22.b*
ſiens miniſtrabit illis.

Et ſi uenerit in ſecunda uigilia, & *ſi* in tertia uigilia uenerit,
atqꝫ ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. *Hoc autem ſcitote, quòd ſi *Matt. 24. d*
ſciſſet paterfamiliâs, qua hora fur uẽturus fuiſſet, uigilaſſet uticꝫ, *Mar. 13.d*
nec paſſus fuiſſet perfodi domum ſuam. *Et uos igitur eſtote pa- *Mat. 25.a*

rati: quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet.

Dixit autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis iſtam parabolā,
Math.24.d 23.b an etiam ad omnes? Dixit autem Dominus: * Quiſnam eſt fidelis
diſpenſator ac prudens, quem conſtituet dominus ſuper famulitiū
Apoc.16.c. ſuum, ut det⁺ illi⁺ in tēpore demenſum cibum. * Beatus ille ſeruus
quem quū uenerit dominus eius, inuenerit ita facientē: uerè dico
uobis, quòd omnibus quę poſſidet, pręficiet illum. Quòd ſi dixerit
ſeruus ille in corde ſuo: Differt dominus meus reditū, cœperitq́
percutere ſeruos & ancillas, & edere bibereq́, & inebriari, ueniet
dominus ſerui illius, in die quo non ſperat, & hora qua neſcit, &
diſſecabit eum, partemq́ eius cum infidis ponet.

Iacob.4.b. * Ille autem ſeruus, qui cognouit uoluntatē domini ſui, & non
ſe pręparauit, nec fecit ſecundum uoluntatem eius, ⁺ plagis ⁺ ua-
pulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, ua-
pulabit paucis. Porrò, cuicunq́ multum datum eſt, multum quę-
retur ab eo: & cui commendauerunt multum, amplius petent
ab eo.

Ignem ueni miſſurus in terram, & quid uolo, ſi iam accēſus eſt?
Luc.3.c * Sed baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coartor donec per-
Matth.10.c ficiatur? * Putatis, quòd pacem uenerim daturus in terra? Non,
Mich.7.a. dico uobis. Imò, diſſidium. Erunt enim abhinc, quinque in domo
una diſſidentes: tres contra duos, & duo contra tres: diſſidebit
pater contra filium, & filius contra patrem, mater aduerſus filiā,
& filia aduerſus matrem: ſocrus aduerſus nurum ſuam, & nurus
aduerſus ſocrum ſuam.

Matth.16.a * Dicebat autem & ad turbas: Quum uideritis nubem orientē
ab Occaſu, ſtatim dicitis: Imber uenit, & ita fit. Et quum ⁺uideri-
tis⁺ Auſtrum flantem, dicitis: quòd æſtus erit, & fit. Hypocritę,
faciem terræ & cœli noſtis probare, hoc autem tempus, qui fit, ut
non probetis? Qur autem & ex uobisipſis non iudicatis, quod
iuſtum eſt?

Matth.5.c. * Quum enim abis cum aduerſario tuo ad magiſtratum, in
Prou.25.b. uia da operam, ut libereris ab illo: ne fortè pertrahat te ad iudicē,
& iudex tradat te exactori, & exactor cōijciat te in carcerē. Dico
tibi, nequaquàm exibis inde, donec ultimū etiā minutum reddas.

[a] *Budæus de aſſe & partibus eius uertit in hæc uerba: Nónne quinque paſſeres uæneunt aſſibus duobus, id eſt dipondio?* [b] *Non quò quis ditior fuerit, hoc uita eius erit diuturnior. Qui quidem ſibi recondit, nec eſt in Deum diues. Budæus autem hunc locum his uerbis reddidit: Videte & cauete ab acquirendi cupiditate, ſiquidem non in redūdando cuiquam ſibi uita eſt ex facultatibus ſuis. Et his uerbis Dominus (inquit) ſignificare uoluit, uitam hominis non in eo ſitam eſſe uel eo ſubnixam, quo facultates eius iuſtam & ſufficientem ſortem exuperant, & quo per interuerſas res alienas auctiores factæ ſunt.* [c] *Quotuſquiſque pius, quem hæc uerba uel in medio ignitæ fornacis non cōſolentur.*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

A ADerant autem quidam eodem in tempore, nunciantes illi * de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificijs ipſorum. Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Putatis, quod hi Galilęi prę cunctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? Non, dico uobis.* Imo, niſi reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis. Aut, illi decē & octo, ſuper quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos, putatis quod hi debitores fuerint ultra cunctos homines, habitantes Hieroſolymis? Nō, dico uobis. Imo, niſi reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis. Act. 5. e Eccl. 17. b.

* Dicebat & hanc ſimilitudinē: Arborem fici habebat quidā, plantatam in uinea ſua, & uenit quęrens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorē uineæ: Ecce, anni tres ſunt, +ex quo+ uenio quęrens fructum in ficu hac, & non inuenio: ſuccide illam. Ad quid uel terram occupat? At ille reſpondens, dicit illi: Domine, ſine illam & hoc anno, donec fodero circum illam, ac iecero ſtercus, & ſi [a] quidem fecerit fructum: ſin minus in poſterum ſuccides eam. Matth. 21. b

Docebat autem in una ſynagogarum Sabbatis, & ecce mulier, quę habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo: eratq; cōtracta, neque poterat erigere +ſeſe+ perfectè. Quum uidiſſet autem illā Ieſus, aduocauit + eā +, & dixit ei: Mulier, abſoluta es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt: & glorificabat Deum.

B Reſpondens autem princeps ſynagogæ, indignans quod Sabbato ſanaſſet Ieſus, dicebat turbę: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari, in his ergo uenite, ut ſanemini, & non die Sabbati.

Reſpondens

Deut.22.a. Reſpondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocrita,* u-
Luc.14.a. nuſquiſque ueſtrûm Sabbato nónne ſoluit bouem ſuum, aut aſinũ
à præſepi, & ducit aquatum? Hanc autem, filiam Abrahę, quam
adligauit Satanas, ecce, decem & octo annis, non oportuit ſolui à
uinculo iſto die Sabbati? Et quum hęc diceret, erubeſcebant õnes
aduerſarij eius: & omnis populus gaudebat ſuper uniuerſis,
quę cum gloria fiebant ab eo.

Matth.13.d. Dicebat autem: * Cui ſimile eſt regnũ Dei? & cui ſimile faciã
Mar.4.c. illud? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum, homo miſit in hor
tum ſuum, & creuit: & euaſit in arborem magnam, & uolucres
cœli nidulabantur in ramis eius.

Matth.13.e Et iterùm dixit: *Cui ſimile faciam regnum Dei? Simile eſt fer
mento, quod acceptum, * mulier abſcondit in farinę ſata tria, do-
*Gene.18.a nec fermentetur totum. * Et tranſibat per ciuitates & caſtella,
Matth.9.d. docens, & iter faciens Hieroſolymam.

Mar.6.a Dixit autẽ illi quidam: Domine, an pauci * ſunt *, qui ſalutem
Matt.7.b. cõſequuntur? Ille autẽ dixit ad illos: *Contendite intrare per an-
guſtam portam: quia multi, dico uobis, quærent intrare, & non
Matth.25.a poterunt. * Quum autem ſurrexerit paterfamiliàs, & clauſerit
oſtium, & cœperitis foris ſtare, & pulſare oſtiũ, dicẽtes: Domine,
Domine, aperi nobis. Et reſpondens, dicet uobis: Neſcio uos
unde ſitis.

Tunc incipietis dicere: Edimus coràm te, & bibimus, & in pla
tẽis noſtris docuiſti. Et dicet: Dico uobis: Neſcio uos unde ſitis
Pſal.6.b. * Diſcedite à me õnes, qui patratis iniquitatẽ. Ibi erit fletus ille, &
Matth.7.b. ſtridor dentiũ. Quũ uideritis Abrahã, & Iſaac, & Iacob, & õnes
25.d prophetas in regno Dei, uos autem expelli foras. *Et uenient ab
Matth.8.b Oriente, & Occidente, & Aquilone & Auſtro: & accumbent in
Matth.19.d regno Dei.* Et ecce, ſunt poſtremi, qui erunt primi: & ſũt primi,
20.b qui erunt poſtremi.

Mar.10.c Eodẽ die acceſſerũt quidã Phariſæi, dicentes illi: * Exi, & uade
Pſal.10.a hinc: quia Herodes uult te occidere. Et dixit illis: Profecti
dicite uulpi illi: Ecce, eijcio dæmonia, & ſanitates perficio, hodie
& cras, & tertio die conſummor. Veruntamen oportet me hodie,
& cras, & perendie, ambulare: quia fieri nõ poteſt, ut propheta

pereat

pereat alibi, quàm Hieroſolymis. * Hieruſalem, Hieruſalem, quę Matth.23.e
occidis prophetas, & lapidas eos, qui emādantur ad teipſā: quo-
ties uolui congregare filios tuos, quēadmodū auis nidum ſuū ſub
pennas, & noluiſtis? Ecce, relinquitur uobis domus ueſtra deſer-
ta. Dico autem uobis, quòd uon uidebitis me, donec ueniat, quum Lu.19.d
dicatis: * Benedictus, qui uenit in nomine Domini.

[a] *Budæus ſcribit hìc ſchema græcū eſſe, quod Anantapodoton dicitur, linguæ Atticæ propriū. Oratio ſcilicet uno mēbro defecta. Hunc locū ſic (inquit) uertiſſem. Et ſi quidem fecerit fructum, ſinas eam uiuere: ſin ſecus, in futurum ſuccidas eam.* [b] *Carnem enim ſuam non macerabunt. Vt per anguſtam portam (præualente ſpiritu) intrent.*

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

A ET accidit, ut introiret in domum cuiuſdam principis Pha
riſęorum Sabbato, ad capiendum cibum: & ipſi obſerua-
bant eum. Et ecce, homo quidam hydropicus erat ante il-
lum. Et reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos & Phariſęos, dicēs:
* Num licet Sabbato ſanare? At illi tacuerunt. Ipſe uerò adprę- Matth.12.b.
henſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpondens, ad illos dixit: Cu- Mar.3.a.
ius ueſtrûm aſinus, aut bos in puteum cadet, & non continuò ex- Luc.6.a.
trahet illum* die Sabbati? Et non poterāt ad hęc reſpondere illi. 13.b.
Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendēs quomodo Exod.23.a.
primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Quum inuitatus fue- Deut.22.b
ris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo loco: ne fortè ho-
noratior te ſit inuitatus ab illo, & ueniens is qui te & illū uocauit,
dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore extremū
locum tenere. Quin potius quum uocatus fueris, uade, accumbe
in nouiſſimo loco, ut quum uenerit, qui te inuitauit, dicat tibi:
* Amice, aſcende ſuperius: tunc erit tibi gloria coràm ſimul diſ- Prou.25.a
cumbētibus. * Quia omnis qui ſe extollit, deijcietur: * & qui ſe *Mat.23.b
deijcit, extolletur. Luc.18.b.
B Dicebat autem & ei, qui ſe inuitauerat: Quum facis prandiū aut Phil.2.a
cœnam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cogna-
tos tuos, neque uicinos diuites: nequando & ipſi te uiciſſim inui-
tent, & fiat tibi compenſatio. * Sed quando facis conuiuium, uoca Iob.4.e
pauperes, debiles, claudos, cæcos: & beatus eris, quia non poſſūt
cōpenſare tibi. Compēſabitur enim tibi in reſurrectione iuſtorū.

Quum audiſſet autem quidam de ſimul accumbẽtibus, dixit ei: Beatus, [a] qui manducat panem in regno Dei. At ipſe dixit ei: * Homo quidam adparauerat cœnam magnã, et uocauit multos, emãdauitq́; ſeruũ ſuum hora cœnę, ut diceret inuitatis: Venite, quia iam parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei: Villam emi, & neceſſe mihi eſt exire, & uidere illam: rogo te, habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq; & eo ad probandũ illa: rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non poſſum uenire. Ac reuerſus ſeruus, renunciauit hęc domino ſuo.

Matt.22.a.
Apoca.19.b

Tunc iratus paterfamiliás, dixit ſeruo ſuo: Exi citò in plateas, & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, claudosq́;, & cæcos introduc huc. Et dixit ſeruus: Domine, factũ eſt, ut imperaſti, & adhuc locus eſt. Et dixit dñs ſeruo: Exi in uias & ſepes, * & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico enim uobis, quòd nemo uirorum illorum, qui uocati ſunt, guſtabit cœnam meam. C

Gene.19.a.
Luc.24.c.

Ibant autem turbę multę cum eo, & conuerſus dixit ad illos: * Si quis uenit ad me, nec odit patrẽ ſuum ac matrẽ, & uxorẽ & filios, & fratres & ſorores, pręterea autẽ & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus: & quiſquis non baiulat crucem ſuam, & uenit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. D

Deut.13.b.
Matth.10.e
16.d.

Quis enim eſt ex uobis, qui uelit turrim ædificare, quin prius ſedens, computet ſumptus, an habeat quibus opus eſt ad perficiendum: ne poſtquàm poſuerit fundamentum, nec potuerit perficere, omnes qui uiderint, incipiant illudere ei, dicentes: Hic homo cœpit ædificare, nec potuit conſummare? Aut quis rex proficiſcens, ut committat prœlium aduerſus alterum regem, non ſedens prius conſilium init, an poſſit decẽ milibus occurrere ei, qui cũ uiginti milibus uenit aduerſus ipſũ? Alioqui illo adhuc longe agẽte, legatione miſſa, petit ea quę pacis ſunt. Sic ergo omnis ex uobis, qui non renunciat omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

* Bonũ eſt ſal, ſi uerò, ſal infatuatus fuerit, per quod condietur? Neq; in terram, neq; in ſterquilinium utilis eſt: foras proijciunt illum. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

** Ex ſubſequenti Parabola, colligitur cauſſa manducandi & non manducandi panem in regno Dei. Ita ut de inuitatis accipias, hoc eſt, de iis qui hic uerbo & miſericordia Dei ad regnum cœlorum uocantur.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

A ACcedebant * autem ad eum omnes publicani & peccato- *Matth. 9. a*
res, ut audirẽt illum: & murmurabant Phariſęi, ac ſcribę, *Mar. 2. b.*
dicentes: * Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum il- *Luc. 5. d*
lis. Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicens: * Quis ex ** Luc. 5. d*
uobis eſt homo, qui habet centum oues: & ſi perdiderit unam ex *7. e*
illis, nonne relinquit nonaginta nouem in deſerto, & uadit ad il- *Matth. 18. b*
lam, quę perierat, donec inueniat eam? Et quum inuenerit eam,
imponit in humeros ſuos gaudens: ueniensq; domum conuocat
amicos & uicinos, dicens illis: * Gaudete mecum, quia inueni
ouem meam, quę perierat. Dico uobis, quòd ita gaudium erit in *1 Pet. 1. b.*
cœlo, ſuper uno peccatore reſipiſcente, *magis* quàm ſuper nona
ginta nouem iuſtis, * qui non indigent pœnitentia. *Luc. 5. d*

Aut quę mulier habẽs drachmas decem, ſi perdiderit drachmã
B unam, nonne accendit lucernam, & uerrit domum, quęritq; dili-
genter, donec inueniat? Et quum inuenerit, conuocat amicas &
uicinas, dicens: Gaudete mecum, quia inueni drachmam, quã per-
dideram. Ita, dico uobis, gaudium fit coràm angelis Dei, ſuper
uno peccatore reſipiſcente.

Dixit autẽ: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſ-
ſcentior illorum patri: Pater, da mihi debitam portionem ſubſtã-
tiæ. Et diuiſit illis uictum. Ac poſt dies non multos, quum omnia
contraxiſſet adoleſcentior filius, peregrè profectus eſt in regionẽ
longinquam: & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, uiuendo luxu-
rioſè. Et poſtquàm omnia conſumpſiſſet, facta eſt fames ualida in
regione illa. Et ipſe cœpit egere, & abiit, & adhęſit uni ciuium re-
gionis illius: atq; is miſit illum in agros ſuos, ut paſceret porcos.
Et cupiebat implere uentrem ſuum de ſiliquis, quibus porci ueſce-
bantur. Neque quiſquam illi dabat.

In ſe autẽ reuerſus, dixit: Quàm multi mercenarij patris mei,
C abundant panibus, ego uerò fame pereo? Surgam, & ibo ad pa-
trem meũ, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum, & coràm te, iam

non ſum dignus uocari filius tuus,fac me ſicut unum de mercena-
Pſal.31.a. rĳs tuis. Et ſurgens,uenit ad patrem ſuum. *Quum autem adhuc
Iob.13.b longe abeſſet, uidit illum pater ipſius, & intime miſertus eſt:&
accurrens,ruit in collum eius,& deoſculatus eſt eum. Dixitq́; ei fi-
lius:Pater,peccaui in cœlũ,& coram te, neq; poſthâc ſum dignus
uocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos: Proferte ſto-
lam illam[a] primam,& induite illum, & date ãnulum in manũ eius,
& calciamenta in pedes:& educite uitulum illum ſaginatum, atq;
mactate,ſumptisq́; epulis,lætemur:Quia hic filius meus,mortuus
erat, & reuixit:perierat,& inuentus eſt. Et cœperunt lætari.

Erat autem filius eius ſenior in agro. Et quum ueniret,& ad- D
propinquaſſet domui,audiuit concentum & choros,& aduocauit
unũ de ſeruis ſuis,& interrogauit,quid eſſent illa. At is dixit illi:
Frater tuus uenit,& occidit pater tuus uitulum illum ſaginatum:
quod incolumem illũ receperit. Iratus autẽ fuit,& noluit ingredi.
Pater ergo illius egreſſus,rogabat illũ:At ille reſpõdens,dixit pa-
tri:Ecce,tot annis ſeruio tibi,nec unquàm præceptum tuum trãſ-
greſſus ſũ,nec unquàm dediſti mihi hœdum,ut cũ amicis meis læta
rer. Quando autem filius tuus hic,qui deuorauit uictum tuum,cũ
meretricibus, uenit,mactaſti illi uitulũ illum ſaginatum. At ille
dixit ei:Fili,tu ſemper mecum es, & omnia mea,tua ſunt. Lætari
autem & gaudere oportebat,quia frater tuus hic,mortuus erat,et
reuixit:perieratq́;,& inuentus eſt.

[a] *Per primam ſtolam,intellige,ſtolam præcipuam.* [b] *Scitè perſtringuntur ſcribæ & Phariſæi. Acolaſtus enim ad ſe tandem rediens,& ex animo reſipiſcens,delineat publicanos & peccatores,qui accedebant,ut Ieſum audirent. Cæterùm filius ſenior, obmurmurantes ſcribas & Phariſæos,qui præ ſe alios faſtidiunt.*

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

DIcebat autem & ad diſcipulos ſuos: Homo quidam erat di-
ues,qui habebat diſpenſatorem:& hic delatus eſt apud il-
lum,ut qui diſſiparet bona ipſius. Et uocauit illũ, & dixit
illi:Quid hoc audio de te? Redde rationem diſpenſationis tuę: nõ
Iob.32.b eũ poteris poſthâc diſpẽſare. Dixit aũt diſpẽſator intra ſe:*Quid
faciam? quia dñs meus aufert à me diſpenſationem? Fodere non
ualeo

ualeo,mēdicare erubeſco. Cognoui quid faciam, ut quū amotus
fuero à diſpenſatione, recipiant me in domos ſuas.
Conuocatis itaq; ſingulis debitoribus dñi ſui, dicebat primo:
Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centū batos olei. Di-
xitq; illi: accipe cautionē tuam,& ſede citò,& ſcribe quinquagin-
ta. Deinde alteri dixit: Tu uerò quantum debes? Qui ait: Centū
coros tritici. Et ait illi: Accipe cautionē tuā, & ſcribe octoginta.
B Et laudauit dñs diſpenſatorē iniquū,quòd prudēter feciſſet. Quia
filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis, in natione ſua. Et
ego uobis dico: Facite uobis amicos ex mammona iniuſto, ut quū
defeceritis,recipiant uos in æterna tabernacula.
Qui fidelis eſt in minimo,& in multo fidelis eſt:& qui in minimo
iniquus eſt, +is+ & in multo iniquus eſt. Si ergo in iniuſto mammo
na fideles non fuiſtis, quod uerum eſt, quis credet uobis? Et ſi in
alieno fideles non fuiſtis,quod ueſtrum eſt,quis dabit uobis? Ne-
mo* ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim unum odio
habebit,& alterum diliget: aut uni adhærebit,& alterum contem
net. Non poteſtis Deo ſeruire,& mammonæ.
Audiebant autem hæc omnia & Phariſæi, qui erant auari, &
deridebant illū. Et illis dixit: Vos eſtis,qui iuſtificatis uoſipſos co-
ràm hominibus: Deus autem nouit corda ueſtra. Quia quod in-
ter homines excelſum eſt,* abominatio coràm Deo eſt.
C * Lex & prophetæ uſq; ad Ioannem, ab eo tempore regnum *Matth. 11.b*
Dei annunciatur:& quiuis in illud uim facit. * Facilius eſt autem *Eſa. 40.a.*
cœlū & terram præterire,quàm legis unum apicē cadere.* Quiſ- *Matth.5.b.*
quis dimittit uxorem ſuam, & alteram ducit,adulterium commit- **Math.5.d*
tit:& qui dimiſſam à uiro,ducit, adulterium committit. *19.b*
Homo quidam erat diues,qui induebatur purpura & byſſo,& *Mar.10.a*
epulabatur quotidie ſplendidè. Erat autem quidam mendicus,no
mine Lazarus,qui iacebat ad ianuam eius hulceroſus, cupiens ſa-
turari de micis,quæ cadebāt de menſa diuitis. Sed & canes uenie-
bant,ac lingebant hulcera eius. Accidit autem, ut moreretur mē-
dicus, & deportaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus
eſt autem & diues, ac ſepultus eſt.
Atq; in tartaro, ſublatis oculis ſuis, quum eſſet in tormentis,

uidet Abraham eminus,& Lazarum in ſinu eius:& ipſe clamans, dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ac refrigeret linguam meam.
Gala.6.a Quia crucior in hac flamma. Dixit autem Abrahã: * Fili, recordare quod receperis bona tua in uita tua,& Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic ſolatio fruitur, tu uerò cruciaris. Et ſuper hæc oĩa, inter nos & uos hiatus ingẽs firmatus eſt, ut hi qui uolunt hinc tranſire ad uos, non poſſint: neq; inde huc tranſcendere. D

Dixit autẽ: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinq; fratres, ut teſtificetur illis, ne & ipſi ueniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abraham: Habent Moſen ac prophetas, audiãt illos. At ille dixit: Non pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ad eos ierit, reſipiſcent. Dixit autem illi: Si Moſen & prophetas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

** Hoc ipſum eſt, quod abominatur Deus. Hæc qui penitius penſiculârit, internam iuſtitiam cordis, quæ eſt in ſpiritu & ueritate, anhelârit.* C

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Matt.18.a Mar.9.e DIxit autẽ ad diſcipulos: * Fieri non poteſt, quin ueniant offendicula: uæ tamen illi, per quem ueniunt. Expedit ei, ſi mola aſinaria complectatur collum eius, & proiectus ſit in mare, potius quàm offendat unum ex puſillis iſtis. Cauete uobis. A
Matt.18.b * Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ: & ſi pœnituerit, remitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, remittes illi.

Et dixerunt Apoſtoli Domino: Adauge nobis fidem. Dixit
Matth.17.c 21.c. autem Dominus: * Si haberetis fidẽ, ſicut granum ſinapis, dixiſſetis huic Sycamino: Eradicator, & tranſplantator in mare: & obediſſet uobis. Quis autem ueſtrûm habens ſeruum arantem aut paſcentem, qui regreſſo ab agro, dicat: Statim tranſi, & accumbe? ac nõn potius dicat illi: Para quod cœnem, & præcinge te, ac miniſtra mihi, donec edero & bibero, et poſt hęc edito & bibito tu? Num gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperata D

fuerant? Non,puto.Sic & uos,quum feceritis omnia,quæ præce-
pta ſunt uobis,dicite:Serui inutiles ſumus:quod debuimus facere,
fecimus.

D Et factum eſt,dum iret Hieroſolymam,& ipſe tranſibat per me
diam Samariã & Galilæam. Et quum ingrederetur quendam ui-
cum,occurrerunt ei decem uiri leproſi,qui ſteterunt procul,inten
taq; uoce,dixerunt:Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Quos ut ui-
dit,dixit illis:*Profecti,oſtendite uos ſacerdotibus.Et factum eſt, Leui.14.a.
ut inter abeundum,mundati ſint. Vnus autẽ ex illis,ut uidit quod
mundatus eſſet,regreſſus eſt,cum uoce magna glorificans Deum:
& procidit in faciem ad pedes eius, gratias agens ei. Et hic erat
Samaritanus. Reſpondens autem Ieſus,dixit:Nonne decem mun-
dati ſunt? Nouem autem illi ubi? Non ſunt reperti qui redierint,
ut darent gloriam Deo,niſi hic alienigena.Et dixit illi:Surge,ua-
de,fides tua te ſeruauit.

C Interrogatus autem à Phariſæis,quando uenturum eſſet regnũ
Dei,reſpondit eis,& dixit: Non ueniet regnum Dei cum obſer-
uatione, *neq; dicent:Ecce,hîc,aut:Ecce illic. Ecce enim regnum Mat.24.b.
Dei intra uos eſt. Mat.13.c

A Dixit autem ad diſcipulos: Venient dies,quando deſiderabitis
unum dierum filij hominis uidere, & non uidebitis.Et dicent uo-
bis:Ecce hîc,ecce illic.Nolite ire,neq; ſectemini.Nam ſicut fulgur
coruſcans è regione,quæ ſub cœlo eſt, fulget, ita erit filius homi-
nis in die ſuo.* Sed prius oportet illum multa pati, & reprobari à Matth 16.c
natione hac. 17 d 20.b

Et ſicut accidit in diebus Noæ, ita erit & in diebus filij homi- Mar.8.d.& 9.d
nis.*Edebant,bibebant,uxores ducebant, & dabantur nuptum, Luc.18.d
ad eum uſq; diem,quo intrauit Noe in arcam, & uenit diluuium, *Gen 7 b
& perdidit omnes. Conſimiliter etiam ut accidit in diebus Lot. Mat.24.d.
Edebant,bibebant,emebant,uendebant,plantabant, ædificabãt: *Gene.19.c
cæterùm quo die exiit Lot è Sodomis, pluit ignem & ſulphur de
D cœlo,& perdidit omnes. Secundùm hæc erit,qua die reuelatur fi-
lius hominis.

In illo die,qui fuerit in tecto,& uaſa eius in domo, ne deſcendat
ad tol-

ad tollendum illa: & qui in agro, ſimiliter non redeat ad relicta.
Gene.19.e * Memores autem eſtote uxoris Lot. * Quicunq; quæſierit ani-
*Mat.10.e. mam ſuam ſeruare, perdet illam: & quicunq; perdiderit illam, ui-
Mar.8.e. tam illi parabit.
Luc.9.c * Dico uobis: In illa nocte, erunt duo in lecto uno, unus adſu-
Ioan.12.c metur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes ſimul, una adſu-
*Mat 24.b metur, & altera relinquetur. Et reſpondentes dicunt illi: Vbi Do
mine? Qui uero dixit illis: Vbicunq; fuerit corpus, illuc congre
gabuntur & aquilæ.

a Hæc ſtupenda ſunt, atq; hic nobis deprecandum eſt, ne hiſce nouiſſimis temporibus (in quibus tot ſuppullulant ſectæ, totq; falſi impoſtores emergunt) à uia recta ſeducamur: aut, de uero Dei uerbo, quicquam ambigamus.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

1.Theſ.5.c DIcebat autem & parabolam eis, ad hoc, *quod oporteat A
ſemper orare, & non defatigari, dicēs: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum nō timebat, nec hominem reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat aliquandiu. Poſt hæc autem dixit intra ſe: Quanquam Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc uidua, uindicabo illam: ne tandem ueniens, ſugillet me.

Dixit autē Dominus: Audite, quid iudex iniquus dicat. *Deus autem non faciet uindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe diu noctuq;, etiam ſi patiēs ſit ſuper illis? Dico uobis, quod faciet uindictam illorum breui. Veruntamen, filius hominis, quum uenerit, b num inueniet fidem in terra?

Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebant, quod eſſent B
iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam: Duo homines aſcendebant in templum, ut precarentur: unus Phariſæus, & alter
Deut.26.c. Publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: *Deus, gratias
Eccle.7.a ago tibi, quod non ſum ſicut cæteri homines: raptores, iniuſti, adulteri, uelut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in Sabbato: decimas do omnium quæ poſſideo. Et Publicanus procul ſtans, nec oculos uolebat ad cœlum attollere, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori. Dico uobis: Deſcendit

hic

hic iuſtificatus in domum ſuã, magis quàm ille *. Quia omnis, qui Matth.23.b
ſe extollit, humiliabitur: et qui ſe humiliat, extolletur. Luc.14.b
* Adferebant autẽ ad eum et infantes, ut eos tangeret. Quod quũ Matt.19.b.
uiderent diſcipuli, increpabant illos. Ieſus autem quum illos ad- Mar.10.b
uocaſſet, dixit: Sinite puellos uenire ad me, et ne prohibeatis eos.
Talium enim eſt regnum Dei. Amẽ dico uobis: quicũq; non acce-
perit regnum Dei tanquam puellus, non intrabit in illud.
* Et interrogauit eũ quidam princeps, dicens: Magiſter bone, Matth.19.c
C quid faciendum mihi, ut conſequar uitam æternã? Dixit autem ei Mar.10.b
Ieſus: Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, niſi unus, *nẽpe* Deus.
Præcepta noſti. *Non committes adulterium. Non occides. Non Exod.20.a,
facies furtum. Non falſò teſtificaberis. Honora patrem tuum, et
matrẽ tuam. At ille dixit: Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea.
Quo uerò audito Ieſus, dixit ei: Adhuc unum tibi deeſt. Omnia,
quęcũq; habes, uẽde, et diſtribue pauperibus: et habebis theſaurũ
in cœlo, & ueni ſequere me. His ille auditis, mœrore affectus eſt:
quia diueſerat ualde. * Vidẽs aũt Ieſus illũ mœrore affectũ, dixit: Math.19.c.
Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Mar.10.c
Facilius eſt enim camelũ per foramẽ acus tranſire, quàm diuitem
intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audierant: Et quis poteſt
ſaluus fieri? At ille dixit: *Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, Luc.1.e
poſſibilia ſunt apud Deum. Matth.19.d
* Dixit aũt Petrus: Ecce, nos reliquimus oĩa, ac ſequuti ſumus Mar.10.c
te. Ille uerò dixit eis: Amẽ dico uobis, nemo eſt qui reliquit domũ,
aut parẽtes, aut fratres, aut uxorẽ, aut liberos propter regnũ Dei,
qui non recepturus ſit multo plura in tempore hoc, & in ſeculo
uenturo, uitam æternam. Matth.20.b
D * Aſſumpſit aũt *Ieſus* duodecim, & dixit illis: Ecce, aſcendi- Mar.10.d
mus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia, quę ſcripta ſũt
per prophetas, *de* filio hominis. Tradetur enim *gentibus, & illu- Luc.23.a
detur, & contumelijs afficietur, & conſpuetur: & poſtquàm flagel-
lauerint, occident eum, ac die tertia reſurget. *Et ipſi nihil horum Luc.2.g
intellexerunt. Et erat uerbum iſtud abſconditum ab eis, nec in-
telligebant quę dicebantur.
* Accidit autẽ quum adpropinquaret Hiericho, cæcus quidam Matth.20.d
S.1. ſedebat Mar.10.e

ſedebat iuxta uiam, mendicans: & quum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc eſſet. Renunciauerunt autem ei, quòd Ieſus Nazarenus præteriret. Et clamauit, dicens: Ieſu fili Dauid, miſerere mei. Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret. Ipſe uerò multò magis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei. Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe. Et quum adpropinquaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uiſum recipiã. Et Ieſus dixit ei: Recipito uiſum, fides tua te ſaluum reddidit. Et confeſtim uiſum recepit, ac ſequebatur illum, glorificans Deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem Deo.

[a] *Sic enim exiſtimant impij, ſibiq; ſecuritatem perſuadent & pollicentur.* [b] *Significat oppreſſionem, quæ euentura eſt, fore multò maximam, ita ut quàm pauciſſimi ſint perſeueraturi in fide.*

CAPVT DECIMVMNONVM.

ET ingreſſus, perambulabat Hiericho. Et ecce, uir nomine uocabatur Zachæus, atq; is princeps erat publicanorum, & idem erat diues; & quærebat uidere Ieſum, quis eſſet: nec poterat præ turba, quòd ſtatura puſillus eſſet.

Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum, ut uideret eũ: nam illac erat tranſiturus. Et quum ueniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus, uidit illum, dixitq; ad eũ: Zachæe, feſtinans deſcende, *quia* hodie etiam domi tuæ oportet me manere. Et feſtinans deſcẽdit, &

Act.16.e exceplt illum *gaudens. Quumq; uiderent omnes, murmurabant, dicentes: quòd ingreſſus eſſet, apud hominem peccatorem diuerſaturus.

Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & ſi quid cuiquam calumniando eripui, reddo quadruplum. Dixit aũt ad eum Ieſus: Hodie ſalus domui huic facta eſt, eò quòd & ipſe filius ſit Abra-

Matth.15.c hæ.* Venit enim filius hominis quæſiturus, & ſeruaturus quod perierat.

Hæc illis audientibus, adijciẽs dixit parabolam, eò quòd eſſet propè Hieroſolymam, quodq; exiſtimarent fore, ut confeſtim re-

Matt.25.a. Mar.13.d gnum Dei manifeſtaretur. Dixit: * Homo quidam, genere clarus,

clarus,profectus eſt in regionem longinquam, ut acciperet ſibi re-
gnum, ac reuerteretur. Vocatis autem decem ſeruis ſuis,dedit eis
decē minas,& dixit ad illos: Negociemini, donec ueniam. Ciues
autem eius oderant eum, miſerunt'q; legationem poſt illum, di-
centes:Nolumus hunc regnare ſuper nos.

B Et factum eſt,ut rediret accepto regno, iuſſit'q; ſeruos illos uo-
cari ad ſe,quibus dederat pecuniā,ut ſciret quantum quiſq; perne-
gociatus eſſet. Accedit aūt primus dicens: Domine mina tua, de-
cē minas acquiſiuit. Et dixit illi: Euge bone ſerue,quia in minimo
fuiſti fidelis,habeto poteſtatem ſuper decem ciuitates.Et uenit ſe-
cundus dicēs:Domine,mina tua cōfecit quinq; minas.Et huic ait:
Et tu præfectus eſto quinq; ciuitatibus. Et alius uenit dicens:
Domine ecce mina tua,quam habui repoſitam in ſudario. Timui
enim te, quód homo auſterus ſis,tollis, quod non poſuiſti, & me-
tis quod non ſeminaſti. Dicit ei: De* ore tuo te iudicabo, ſerue 2.Reg.1.c
male.Sciebas quód ego homo auſterus ſim, tollens quod non po- Matt.12.d.
ſui,& metens quod non ſeminaui: & quare non dediſti pecuni-
am meam ad menſam, & ego ueniens cum uſura utiq; exegiſſem
illam.

C Et adſtantibus dixit: Auferte ab illo minam, & date illi, qui
decem minas habet.Et dixerunt ei:Domine, habet decem minas.
Dico enim uobis, * quód omni habenti dabitur:ab eo aūt qui nō
habet, etiam quod habet, auferetur. Quin inimicos meos Matt.13.b
illos, qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & inter- 25.c
ficite ante me. Et his dictis, ibat * porró, aſcendens Hieroſo- Mar.4.c. Luc.8.b
lyma.

* Et factum eſt, quum adpropinquaſſet ad Bethphage & Matth.21.a
Bethaniam, iuxta montem, qui uocatur Oliuarum, miſit duos Mar.11.a.
diſcipulos ſuos,dicens: Abite in caſtellum,quod é regione eſt,in
quod introëuntes, inuenietis pullum, adligatum, in quo nemo
unquam hominum ſedit: ſoluite illum, & adducite. Et ſi quis uos
interrogauerit: Quare ſoluitis? Sic dicetis ei: Quia Dominus eo
opus habet.

Abierunt autem qui miſſi erant, & inuenerunt, ſicut di-
xerat illis. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt

domini eius ad illos: Quare ſoluitis pullum. At illi dixerunt:
Quia Dominus eo opus habet. Et duxerunt illum ad Ieſum. Et in
Ioan. 12. b. iectis ueſtimentis ſuis ſuper pullum, impoſuerunt Ieſum. *Eunte
4. Reg. 9. c. autem illo, ſubſternebant ueſtimenta ſua in uia.

Et quum adpropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliuarum D
cœperunt omnis multitudo diſcipulorum gaudentes laudare De-
um uoce magna, ſuper omnibus, quas uiderant, uirtutibus, dicen-
Lucæ. 13. d. tes: *Benedictus, qui uenit rex in nomine Domini: [b] * pax in cœlo
*Ephe. 2. c. & gloria in altiſſimis. Et quidam Phariſæorum è turba dixerunt
ad eum: Magiſter, increpa diſcipulos tuos. Et reſpondens, di-
Abac. 2. b. xit eis. Dico uobis, * quòd ſi hi tacuerint, mox lapides clamaue-
rint.

Ioan. 11. d Et ut adpropinquauit, uidens ciuitatem, * fleuit ſuper illa, di-
cens: O ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hoc die tuo, quę ad pa-
Mich. 3. c cem tuam. Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. * Quia
Hiere. 52. a uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & cingent
Matt. 24. a. te, & coanguſtabunt te undiq; & ſolo æquabũt te, & filios tuos,
Mar. 13. a. qui in te ſunt. Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eò
Luc. 21. a quòd non cognoueris tempus uiſitationis tui.

* Et ingreſſus in templum, cœpit eijcere uendentes in illo, &
Matt. 21. b. ementes, dicens illis: Scriptum eſt: *Domus mea, domus precatio-
Marc. 11. b. nis eſt. Vos autem feciſtis illam, ſpeluncã latronũ. Et docebat quo
Ioan. 2. b. tidie in templo. * Principes autem ſacerdotum, & ſcribę quære-
*Eſa. 56. b. bant illum perdere, & primores plebis: nec inueniebant, quid fa-
Hiere. 7. a. cerent. Populus enim uniuerſus [a] ab eo [a] pendebat, quum audiret
3. Reg. 8. d. eum.
*Mat. 21. e.
Lucæ. 20. b
Ioa. 7. c. 8. d

[a] *ἔμπροσθεν hic commodè per porrò, aut prorſum reddi poterit.* [b] *Quid quæſo, ſibi uult: Pax in cœlo? An ut cœleſtes iam conquieſcant, & nihil ultra deſiderent.*

CAPVT VIGESIMVM.

Matt. 21. c. ET factũ eſt in uno dierũ illorũ, docente illo populũ in tem A
Marc. 11. d plo, & euangelizante, conuenerunt principes ſacerdotum
& ſcribę cũ ſenioribus, & dixerũt ad illũ, dicẽtes: Dic no-
bis, qua autoritate iſta facis? Aut quis eſt, qui dedit tibi iſtã auto
ritatem? Reſpõdens aũt [a] Ieſus [a], dixit ad illos; Interrogabo uos, &
ego

ego unũ quiddã,& reſpõdete mihi: Baptiſmus Ioãnis è cœlo erat,
an ex hominibus? At illi ſimul ratiocinabãtur intra ſe,dicentes:Si
dixerimus,è cœlo,dicet: Quare ergo nõ credidiſtis illi? Sin dixe-
rimus,ex hominibus,plebs uniuerſa lapidabit nos. Perſuaſum enĩ
habet,Ioannem prophetam eſſe.Et reſponderunt: ſe neſcire unde
eſſet.Et Ieſus dixit illis :Neque ego dico uobis , qua autoritate
hęc faciam.

Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc : * Homo qui- *Matth.21.d*
dam plantauit uineam,& locauit eam colonis : & ipſe peregre e- *Mar.12.a*
git multo tempore. Quumq; eſſet opportunum,miſit ad colonos
ſeruum,ut de fructu uineæ darent ipſi . Qui cæſum emiſerunt eũ
inanem.Et rurſus adhuc alterum ſeruũ miſit.Illi uero hunc quoq;
cæſum,& contumelijs affectum,emiſerunt inanem. Rurſus miſit
& tertium, at illi hunc quoque uulneribus inflictis , eiecerunt.
Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam? * Mittam filium meũ, *Ioan.3.c*
B illum dilectum : forſitan quum hunc uiderint, reuerebuntur . *Rom.8.a*
Phil.2.a

Quem quum uidiſſent coloni,diſputauerunt intra ſe,dicentes:
Hic eſt hæres,* uenite occidamus illum,ut noſtra fiat hæreditas. *Gene.37.d*
Et eiectum illum extra uineam,occiderunt.Quid ergo faciet illis,
dominus uineæ? Veniet,& perdet colonos iſtos,& dabit uineam
alijs.Quod quum audiſſent,dixerunt : Abſit. Ille uero intuitus
eos,dixit : Quid eſt ergo hoc,quod ſcriptum eſt:* Lapidem,quem *Pſal.117.c*
reprobauerunt ædificantes,is factus eſt caput anguli. Omnis qui *Eſai.28.c*
ceciderit ſuper illum lapidem,conquaſſabitur ,* ſuper quem autẽ *Danie.2.e.*
ceciderit,comminuet illum.*Et quærebant principes ſacerdotum **Matt.21.e*
& ſcribæ inijcere in illũ manus eadem hora:& timuerunt populũ. *Mar.12.a*
Cognouerũt enim quod in ipſos dixiſſet ſimilitudinem hanc*. Et *Luc.19.d*
obſeruantes,emiſerunt inſidiatores,qui ſe iuſtos ſimularent,ut ca *Math.22.b*
C perent eũ ex ſermone : traderentq; illum principatui & poteſtati *Mar.12.a*
præſidis . Et interrogauerunt eum , dicentes : Magiſter,ſcimus
quod recte dicis,ac doces, nec reſpicis perſonam,ſed uiam Dei cũ
ueritate doces: Licet nobis tributũ dare Cæſari,an nõ? Intellecta
autem illorum uerſutia,dixit ad eos : Quid me tentatis? Oſtendite
mihi denarium.Cuius habet imaginẽ, & inſcriptionẽ? Reſpondẽ-
tes dixerũt :Cæſaris.Et dixit illis:Reddite ergo quæ ſunt Cæſa-

ris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Et non potuerunt uerbum
eius reprehendere coràm populo: & mirati ſuper reſponſo eius,
tacuerunt.
Matt 22. c * Acceſſerunt autem quidam Sadducæorum, * qui negant eſſe D
Mar.12.b reſurrectionem: & interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter,
* Act.23 a. Moſes ſcripſit nobis: * Si cuius frater mortuus fuerit habens uxo-
* Deu.25.a rem, isq; ſine liberis mortuus fuerit, ut accipiat frater eius uxorē,
& ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Septem ergo fratres erant, & primus
accepit uxorem, ac mortuus eſt ſine liberis. Et accepit ſecundus il-
lam uxorē, & ipſe mortuus eſt ſine liberis. Et tertius accepit illam,
ſimiliter autem illi ſeptem: nec reliquerunt liberos, & mortui ſunt.
Nouiſſime omnium mortua eſt & mulier. In reſurrectione ergo,
cuius eorū fit uxor? Si quidem ſeptē habuerunt eam, uxorem.

Et reſpondens, dixit illis Ieſus: Filij huius ſeculi matrimonia
contrahunt, & nuptum dantur: qui uerò digni iudicabuntur, ut
ſeculi illius conſortes ſint, & reſurrectionis è mortuis, neque ma-
trimonia contrahunt, neque nuptum dantur. Neque enim [a] mori
1 Ioan.3.a. ultra poſſunt: æquales enim angelis ſunt, * & filij ſunt Dei, quum
ſint filij reſurrectionis.

Quod uerò reſurgant mortui, & Moſes oſtendit iuxta rubum,
Exod.3.a quum dicit: * Dominū Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum E
Iacob. Deus autem non eſt mortuorum, ſed uiuorum: omnes enī
illi uiuunt. Reſpondentes autem quidam ſcribarum, dixerunt:
Magiſter, benè dixiſti. Et amplius non audebant eum quicquam
interrogare.
Mat.22.d. * Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe
Mar.12.d. Dauid? Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum: * Dixit Do-
* Pſa.109.a minus Domino meo, ſede à dextris meis: donec poſuero inimicos
tuos, ſcabellum pedum tuorum. Dauid ergo Dominū illum uocat,
& quomodo filius eius eſt?
Math.23 a * Audiēte uerò cuncto populo, dixit diſcipulis ſuis: Cauete à
Marc.12.d. ſcribis, qui uolūt ambulare in ſtolis, & amāt ſalutationes in foris,
Luc.11.d ac primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in con-
uiuijs. Qui deuorant domos uiduarum, & occaſione oſtētationis,
prolixa precantur, hi grauius accipient iudicium.

Vbi

* *Vbi nulla eſt mors, aut corruptio, ibidem & nulla erit generatio, ut coniugio opus ſit.*

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

A RE ſpiciens* autem uidit eos, qui mittebant munera ſua in Mar.12.d.
gazophylacium, diuites. Vidit autem & quandam uiduã
pauperculam mittentem illuc +æra+ minuta duo, & dixit:
Vere dico uobis, quod uidua hæc pauper plus quã omnes miſit. 2.Cor.8.b
* Nam omnes hi ex eo, quod ipſis exuberat, miſerũt in munera
Dei: hæc autem ex penuria ſua, uniuerſam ſubſtantiam quam
habebat, miſit. Matt. 24.a

*Et quibuſdam dicentibus de templo, quod pulchris lapidibus Mar.13.a.
ac donis, ornatum eſſet, dixit: Ex his quæ uideris, *uenient dies, in 3Reg.9.b
quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non diruatur. Hiere.7.b.
Interrogauerunt autem illum, dicentes: Magiſter, quando ergo Luc.19.d
hæc erunt? Et quod ſignum, quando iſta futura ſint?

At ille dixit: Videte ne ſeducamini. *Multi enim uenient ſub no- 1 Ioan.4.a
mine meo, dicẽtes, ſe eſſe +Chriſtũ+: & tempus inſtat, ne igitur ſub-
B ſequamini illos. Cæterum quum audieritis bella & ſeditiones, no-
lite terreri: oportet enim prius hæc fieri, ſed nõ ſtatim finis. Tunc Eſa.19.a.
dicebat illis: *Inſurget gens contra gentem, & regnum aduerſus
regnum, & terræmotus magni +erunt+ in ſingulis locis, & fames ac
peſtilentiæ erunt, terriculamẽtaq;: & ſigna de cœlo magna erunt.

*Sed ante hæc omnia, iniicient uobis manus ſuas, & perſequen Matt.10.b
tur, tradentes in conciliabula & carceres: trahentes ad reges ac 24.a.
præſides, propter nomen meum. Continget autem uobis in teſti- Mar.13.b
monium. Ponite igitur in cordibus ueſtris, non præmeditandam Lucæ.12.b.
eſſe defenſionem: *nam ipſe dabo uobis os & ſapientiam, cui non Ioan.15.b. 16.a.
poterunt contradicere, neq; reſiſtere, omnes qui aduerſabuntur Exo.4.c
uobis. *Trademini autem etiam à parentibus, & fratribus, & co- Eſa.54.c
gnatis, & amicis: & morte adficient +quoſdam+ ex uobis. Et eritis Act.6.b
inuiſi omnibus, propter nomen meũ: & pilus de capite ueſtro ne- *Mich.7.a.
quaquã perit. Per patientiam ueſtram poſſidete animas ueſtras.

C *Quum autem uideritis circundari ab exercitibus Hieroſoly- Matt.24.b
mam, tunc ſcitote, quod immineat deſolatio eius. Tunc qui in Iu- Mar.21.c
dæa ſunt, fugiãt ad mõtes, & qui in medio eius, diſcedãt: & qui in

regioni-

regionibus,non intrent in eam. Quia dies ultionis hi ſunt , ut im
pleantur omnia,quæ ſcripta ſunt. Væ autem prægnantibus , &
lactantibus, in illis diebus. Erit enim adflictio magna ſuper ter-
ram,& ira in populo hoc. Et cadent ore gladij, & captiui ducen-
Rom. 11.d tur in omnes gentes.*Et Hieruſalem calcabitur a gentibus,donec
impleantur tempora gentium.

Matt.24.c * Et erũt ſigna in ſole,& luna,& ſtellis:& in terra [a] anxietas gẽ
Mar.13.c tium in perplexitate,reſonante mari & fluctu,extabeſcentibus ho
Ezech.32.c minibus præ timore,& expectatione eorum,quæ ſuperueniẽt or
Oſe.10.b bi terrarum.Nam uirtutes cœlorum mouebuntur.*Et tunc uide D
Apoc.6.b bunt filium hominis uenientem in nube,cum poteſtate , & gloria
*Eſa.17.a. magna.His autem fieri incipientibus,ſuſpicite, & attollite capita
Luc.17.c ueſtra:quoniam adpropinquat redemptio ueſtrũm
Ioan.1.e

*Mat.24.c *Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficum, & omnes arbores,
Mar.13.e quum protrudunt iam gẽmas,cernentes ex uobis ipſis ſcitis, quod
iam inſtet æſtas.Ita & uos quum uideritis hæc fieri, ſcitote, quod
inſtet regnum Dei. Amen dico uobis , non præteribit ætas hæc,
antequam omnia facta fuerint.Cœlum & terra tranſibunt, uerba
autem mea non tranſibunt.

Rom.13.b * Cauete autem uobis , nequando grauentur corda ueſtra cra-
pula & ebrietate,& curis huius uitę,ſubituſq; uobis ingruat dies
ille:tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes,qui ſedent ſuper
Matt.24.d. faciem totius terræ. * Vigilate itaq; omni tempore , deprecantes
Mar.13.d ut digni fiatis,qui effugiatis hæc omnia,quæ futura ſunt, & ſtare
1.Pet.5.b coram filio hominis.

Erat autem interdiu in templo docens,noctu uero egrediẽs,di-
uertebat in mõtem,qui uocabatur,Oliuarum. Et omnis populus
diluculo uentitabat ad eum in templo,ut audiret eum.

[a] *Coarctatio gentium,in mentis inopia,aut , per deſperationem.*

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM A

Exod.12.c INſtabat autẽ dies*feſtus azymorum, qui dicitur Paſcha,
Matt.26.a. * & quærebant principes ſacerdotum & ſcribæ , quomo-
Mar.14.a do eum interficerent. Timebant enim plebem. * [a] Satanas
*Ioan 17.c uero intrauit in Iudam,cui cognomen erat , Iſcariotes , qui erat ẽ
*Ioan.12.a numero duodecim:abijtq;, & loquutus eſt cum principibus ſacer-
dotum

dotum ac magiſtratibus, quomodo eum traderet illis. Et gauiſi ſunt, ac pacti ſunt pecuniam ipſi ſe daturos. Et ille ſpopondit, quærebatq; opportunitatem, ut traderet ipſum illis ſine turba.

Venit * autem dies azymorum, in quo neceſſe erat immolari Mat.26.b
Paſcha. Et miſit Petrum ac Ioannem, dicẽs: Profecti, parate nobis Mar.14.b.
Paſcha, ut edamus. At illi dixerunt ei: Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ecce, introeũtibus uobis in ciuitatẽ occurret uobis homo, uas aquæ teſtaceum portans, ſequimini eum in domum, in quam intrat: & dicetis patrifamiliâs ædium: Dicit tibi Magiſter: ubi eſt diuerſorium, ubi Paſcha cum diſcipulis meis edam? Et ipſe oſtendet uobis cœnaculum magnum, ſtratum, ibi parate. Digreſſi autem inuenerunt, ſicut dixerat eis: & parauerunt Paſcha.

B Et quum eſſet tempeſtiuum, accubuit, ac duodecim apoſtoli cũ eo. Et dixit illis: Deſiderio deſideraui hoc Paſcha comedere uobiſcum, antequàm patiar. Dico enim uobis: Poſthâc neutiq; edã ul-
tra ex eo, donec * compleatur in regno Dei. * Et accepto poculo, 1.Cor.5.b
gratias egit, ac dixit: Accipite hoc, & diuidite inter uos. Dico *Mat.26.c.
enim uobis, quòd non bibam de fructu uitis, donec regnum Dei Mar.14.c
ueniat. Et accepto pane, cum gratias egiſſet, fregit ac dedit eis, 1.Cor.11.c.
dicens: Hoc * eſt corpus meum, quod pro uobis datur: hoc facite Ioan.6.f
in mei recordationem. Similiter & poculum, poſtquàm cœnauit, dicens: Hoc poculum, nouum Teſtamentum per ſanguinem meum, qui pro uobis effunditur.

*Veruntamen ecce, manus prodentis me, mecum eſt in menſa. Matt.26.b
Et filius quidem hominis, ſecundum quod definitum eſt, uadit: Mar.14.c
ueruntamen uæ homini illi, per quem proditur. Et ipſi cœperunt quærere inter ſeſe, quiſnam eſſet ex ipſis, qui hoc facturus eſſet.

* Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum uidere- Matt.20.d.
retur eſſe maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur Mar.9.d
eis, & qui poteſtatem habent ſuper eas, benefici uocantur. * Vos 10.e
autem non ſic: Sed qui maior eſt in uobis, fiat ſicut iunior: & qui Luc.9.e
princeps eſt, ſicut qui miniſtrat. Nam uter maior eſt? qui accum- *1.Pet.5.a.
bit? An qui miniſtrat? Nónne qui accumbit? At ego in medio ueſtrûm ſum, ut qui miniſtrat. Vos autem eſtis, qui permanſiſtis Luc.22.d

Luc.12.d. mecum in tentationibus meis. * Et ego diſpono uobis, ſicut diſpo
ſuit mihi pater meus regnum: ut edatis, & bibatis ſuper menſam
Matt.19.d. meã in regno meo, * & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duode
Apoc.3.d cim tribus Iſraël.

Dixit autem Dñs: Simon, Simon, ecce, Satanas expetiuit uos, C
ut cribraret ſicut triticum: ſed ego rogaui pro te, ne deficiat fides
tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.

Matth.26.e * At ille dixit ei: Domine, tecum paratus ſum & in carcerem &
Mar.14.c. in mortem ire. At ille dixit: Dico tibi Petre, nequaq; canet hodie
Ioan.13.d. gallus, priuſquam ter abneges, te noſſe me.

Matth.10.a *Et dixit eis: Quãdo emãdaui uos ſine ſacculo & pera, & calcia
Mar.6.a. mẽtis, nũquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis:
Luc.9.a. Sed nũc, [b] qui habet ſacculum, tollat, ſimiliter & peram: & qui non E
habet, uendat tunicã ſuam, & emat gladium. Dico enĩ uobis: quod
Eſa.53.c. adhuc illud, quod ſcriptũ eſt, oportet perfici in me, *nẽpe* hoc: *Et
cũ iniquis deputatus eſt. Etenĩ ea quæ ſunt de me, finẽ habent. At
illi dixerunt: Dñe, ecce, duo gladij hîc. At ille dixit eis: Satis eſt.

Matt.26.b. * Et egreſſus ibat, ut erat ſolitus in montem Oliuarum: ſequuti
Ioan.18.a ſunt autem illum & diſcipuli. Et quum perueniſſet ad locũ, dixit
* Matt.6.d. illis: * Orate, ne intretis in tentationem. * Et ipſe auulſus eſt ab
*Mat.26.d eis, ferme ad iactum lapidis, poſitiſq; genibus orabat, dicens: Pa
ter, ſi uis, transfer poculum hoc à me. Veruntamen, non mea uolũ
Ioan.6.d. tas, *ſed tua fiat. Adparuit autẽ illi angelus de cœlo, corroborãs
eum. Et correptus angore, prolixius orabat. Et erat ſudor eius
ſicut guttæ ſanguinis, decurrentes in terram. Et quum ſurrexiſſet
à deprecatione, ueniſſetq; ad diſcipulos ſuos, reperit eos dormien
tes præ mœſtitudine. Et dixit illis: Quid dormitis? Surgite, & ora
te, ne intretis in tentationem.

Mat.26.e *Adhuc autem eo loquẽte, ecce turba, & qui uocabatur Iudas, D
Mar.14.c. unus è duodecim, antecedebat eos: & adpropinquauit Ieſu, ut oſcu
Ioan.18.a. laretur eum. Ieſus autem dixit illi: Iuda, oſculo filium hominis
prodis? Videntes autem hi, qui circa ipſum erant, quod futurum
erat, dixerunt ei: Domine, percutiemus'ne gladio? Et percuſſit
unus ex illis ſeruum principis ſacerdotum, & amputauit auricu
lam eius dexteram. Reſpondens autẽ Ieſus, dixit: Sinite huc uſq;.

Et quũ

Et quum tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum.* Dixit autẽ Ieſus Matth.26.f
ad eos, qui uenerant ad ſe, principes ſacerdotum ac magiſtratus Mar.14.f
templi, & ſeniores: Quaſi ad latronem exiſtis cum gladijs ac fuſti-
bus, quum quotidie uobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis
manus in me: ſed hæc eſt hora illa ueſtra, & poteſtas tenebrarum.
*Compræhenſum autem eum duxerunt, & induxerunt eũ in do- Ioan.18.b.
mũ principis ſacerdotum. Petrus uerò ſequebatur eminus.

* Quum autem accendiſſent ignem in medio aulæ, atq; unà Matt.26.g.
conſediſſent, ſedit Petrus inter illos. Quem quum uidiſſet ancil- Mar.14.g.
lula quædam ſedentem ad lumen, defixis in illum oculis, dixit: Et
hic cum illo erat. At ille abnegauit eum, dicens: Mulier, non no-
ui illum. Et poſt puſillum alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es.
Petrus uerò dixit: Homo, non ſum. Et interuallo interiecto ferè
horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum il-
lo erat: nã & Galilæus eſt. Et dixit Petrus: Homo, neſcio quid di-
cas. Et continuò, adhuc eo loquente, cecinit gallus. Et conuerſus
Dominus, intuitus eſt Petrum. Et recordatus eſt Petrus ſermo-
nis Domini, quomodo dixerat ipſi: * priuſquam gallus cecinerit, Matth.26.g
ter me abnegabis. Et egreſſus foras Petrus, fleuit amarè.* Et uiri Mar.14.c
qui tenebant Ieſum, illudebant ei, cædentes: & quum circumte- Luc.22.c
xiſſent eum, percutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum, *Mat.16.c.
dicentes: * Vaticinare, quis eſt ille, qui te percuſſit? Et alia multa 17.d.20.b
conuiciantes dicebant in illum. Mar.8.d
9.d

* Atq; ut illuxit, conuenerunt ſeniores plebis, principes ſa- Luc.9.c
cerdotum & ſcribæ, & duxerunt illum in concilium ſuum, dicen- 17.c.18.d
tes: Num tu es ille Chriſtus? Dic nobis. Et dixit illis: Si uobis di- *Eſa.50.b
xero, nequaq; credideritis, quòd ſi etiã interrogauero, nequaq; re *Matt.26.f
ſpondebitis mihi, neq; dimittetis.* Abhinc erit filius hominis ſe- Mar.14.g
dens à dextris uirtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es *Col.3.a
filius Dei? Qui ait illis: Vos dicitis me eſſe.* At illi dixerunt: Hebr.1.a
Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi enim audiuimus ex 10.b
ore ipſius. *Mat.26.g

** Hinc palã eſt, non Deum tentaſſe Iudam Iſcareotẽ, ut Chriſtum traderet: ſed quia auarus fuit, à propria concupiſcentia abſtrahebatur, incitatus ſpiritu Satanæ, qui in illum in-*

trauit. [b]En hactenus uos in pace uixiſtis,& ſecuri fuiſtiſq; in tãto fauore apud quàm pluri mos, ut ſine ſacculo, pera & calciamentis emiſſi, nulla re egueritis. Sed nunc qui habet ſaccum, tollat, ſimiliter & peram, & qui non habet, uendat tunicam ſuam, & emat gladium. His autem uerbis ſignificauit Chriſtus, quanta eſſet futura perſecutio, quamq; ipſi inuiſi mundo: ubi nemo ferè amplius de ipſis foret ſolicitus ad ſeruandum, ſed ad perdendum. Et quum hæc Chriſtus ſignificaret, non hoc tamen uoluit, ut ipſi ſibi proſpicerent de uictu & gladijs ad reſiſtendum hoſtibus.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

Matt.27.a. ET* ſurgens uniuerſa multitudo eorum, duxit illum ad Pi- A
Mar.15.a. latum. Cœperunt autẽ illũ accuſare, dicentes: Hũc depræ-
Ioan.18.d hendimus peruertentem gentem, * & prohibentẽ tributa
Mat.17.b. dare Cæſari, dicentem, ſe Chriſtum regẽ eſſe. Pilatus autẽ inter-
Matt.27.b. rogauit eum, dicens: Tu es ille rex Iudęorũ? At ille reſpõdens illi,
ait: Tu dicis. Dixit autẽ Pilatus ad principes ſacerdotum & tur-
bas: Nihil inuenio noxæ in hoc homine. At illi inualeſcebant, dicẽ
tes: Commouet populum, docẽs per uniuerſam Iudæam, exorſus
Matth.4.b. *à Galilæa uſq; ad hunc locum.

Pilatus autem audita mentione Galilææ, interrogauit, num
Luc.3.a homo Galilæus eſſet.*Et ut cognouit, quòd ex ditione Herodis
Luc.18.d eſſet,*remiſit eum ad Herodẽ, qui & ipſe Hieroſolymis erat per
id tempus. Herodes autem, uiſo Ieſu, gauiſus eſt ualde. Teneba-
Lucæ.9.a tur enim multo iam tempore cupiditate uidendi illum, * eò quòd
audiret multa de eo: & ſperabat ſe ſignum aliquod uiſurum ab eo
fieri. Interrogabat autem eũ multis ſermonibus. At ipſe nihil illi
reſpondebat. Stabant autem principes ſacerdotum et ſcribæ, acri
ter accuſantes eũ. Spreuit autem illum Herodes cum exercitibus
ſuis. Quũq; illuſiſſet, indutũ ueſte ſplendida, remiſit ad Pilatum.
Et facti ſunt amici inter ſeſe Pilatus & Herodes in eodem die: nã
antea ſimultas inter illos interceſſerat.

*Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotũ, & magiſtra- B
Act.4.c tibus, ac plebe, dixit ad illos: *Obtuliſtis mihi hunc hominem, qua
Mar.15.b ſi auertentem populum, & ecce, ego coràm uobis interrogans, nul
Ioan.18.e lum crimen inuenio in homine iſto ex his, de quibus accuſatis
eum, ſed ne Herodes quidem. Nam remiſi uos ad illum, & ecce, ni
Ioan.19.a hil dignum morte actum eſt ei.* Caſtigatũ ergo eum dimittã. Ne
ceſſe autem habebat dimittere eis in feſto unum.

Excla-

* Exclamauit autem ſimul uniuerſa turba, dicens : Tolle hunc Matth.27.e
& dimitte nobis Barabbam,qui erat propter ſeditionem quandã Mar.15.b
factam in ciuitate,& homicidium,coniectus in carcerem. Iterum
autem Pilatus loquutus eſt ad eos,uolens dimittere Ieſum. At illi
clamabant,dicentes :Crucifige,crucifige eum.Ille autem tertiò di-
xit ad illos : Quid enim mali fecit hic ? Nullum crimen capitale
comperio in eo : caſtigatum ergo dimittam illum. At illi inſtabãt
C uocibus magnis,poſtulantes,ut crucifigeretur. Et inualeſcebant Matth.27.c
uoces eorum,ac ſummorum ſacerdotum.*Et Pilatus adiudicauit, Act.3.b
ut fieret poſtulatum illorum. Dimiſit autẽ illis eum, qui propter
ſeditionem & homicidium coniectus fuerat in carcerem,quem po
poſcerant : Ieſum uerò tradidit arbitrio eorum. * Et quum abdu- Matth.27.d
cerent eum,adprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem,ue Ioan.19.b
nientem è rure : & impoſuerunt illi crucem, ut portaret poſt
Ieſum.

* Sequebatur autem eum multa turba populi ac mulierum, quę Zacha.12.c
& plangebant, & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad il-
las Ieſus,dixit: Filiæ Hieruſalem,nolite flere ſuper me,ueruntamẽ
ſuper uos ipſas flete,& ſuper filios ueſtros . Quia,ecce,dies ueni-
unt,in quibus dicent: Beatæ ſteriles,& uentres qui non genuerũt,
& ubera quæ non lactauerunt.*Tunc incipient dicere montibus: Hier.8.d
Cadite ſuper nos,& collibus,operite nos. Quia ſi * in humido Oſee.10.b
ligno hæc faciunt,in arido quid fiet ? Apoc.6.c.

* Ducebantur autem & alij duo facinoroſi cum eo,ut interfice- Eſai.53.c.
rentur. Et poſtquàm uenerunt in locum, qui uocatur , Caluaria,
ibi crucifixerũt eũ,& facinoroſos:unũ quidẽ à dextris, alterũ ue-
rò à ſiniſtris.Ieſus autẽ dicebat:*Pater,remitte illis:neſciunt enim
quid faciant.* Diuidentes uerò ueſtimenta eius, miſerunt ſortem. Act.7.g Pſal.21.b
Et ſtabat populus ſpectans. Matth.27.e

D * Et deridebant eum principes cum eis, dicentes : Alios ſerua- Mar.15.e
uit,ſeruet ſe ipſum,ſi hic eſt ille Chriſtus,ille Dei electus . Illude- Ioan.19.c
bant autem ei & milites, accedentes, & acetum offerentes ei , di- *Matt.27.e
centesq; : Si tu es ille rex Iudæorum,ſaluum te fac.* Erat autem Ioan.15.c
& inſcriptio ſcripta ſupra eum literis Græcis, & Latinis, & He- *Mat.27.
braicis : Hic eſt rex Iudæorum. Ioan.19.b

Vnus autem de his, qui erant ſuſpenſi, facinoroſorum, conuicia dicebat in eũ, dicens: Si tu es ille Chriſtus, ſerua teipſum, & nos. Reſpondens autẽ alter, increpabat eũ dicens: Ne, times quidem tu Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iuſtè: digna enim ijs quæ fecimus, recipimus, hic uerò nihil abſurdi fecit. Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento mei, quum ueneris in regnũ tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.

Matth.27.e * Erat autem hora ferè ſexta, & tenebræ factæ ſunt ſuper totã
Mar.15.d terram, uſque ad horam nonam. Et obſcuratus eſt ſol: & uelum templi ſciſſum eſt medium. Et quum clamaſſet uoce magna Ieſus, dixit:* Pater, in manus tuas deponam ſpiritum meum. Et hæc
Pſal.30.a quum dixiſſet, expirauit. Quum * uidiſſet autem Centurio quod
Act.7.g accidit, glorificauit Deum, dicens: Verè, hic homo iuſtus erat. Et
Mar.27.f omnes turbæ eorum, qui ſimul acceſſerant ad ſpectaculum iſtud,
Mar.15.d. & uiderant quæ contingebant, percutientes pectora ſua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius procul, & mulières quæ ſimul ſequutæ illum erant à Galilæa, hæc uidentes.

Et ecce, uir nomine Ioſeph, ſenator, qui erat uir bonus, ac iu-
Matt.27.g ſtus, hic nõ conſenſerat conſilio ac facto eorũ, oriũdus ab Arima-
Mar.15.e thæa ciuitate Iudæorũ, qui quoq; expectabat & ipſe regnũ Dei:
Ioan.19.d hic acceſſit ad Pilatum, & poſtulauit corpus Ieſu. Et depoſitum inuoluit illud ſindoni, & poſuit illud in monumento, quod erat in lapide exciſum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Et dies
Luc.8.a erat Paraſceue, & Sabbatum illuceſcebat. * Subſequutæ autem mulières, quæ cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius. Reuerſæ uerò, parauerunt aromata & unguenta. Ac Sabbato quidem quieuerunt [b] ſecundum præceptum.

[a] *Diuina apophthegmata maneant alta mente repoſta. Deumq́; æquum eſſe iudicẽ cogita, licet in hoc mũdo ſceleſti Eſau, fidelis Iacob qui bonæ frugis fili⁹ eſt, tã miſerè opprimatur. Quandoquidem & nũc tempus eſt, ut incipiat iudicium à domo Dei. 1. Petri. 4.* [b] *Quædam exemplaria græca habent* διὰ τὴν ἐντολὴν *id eſt, propter præceptum.*

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

Vno

A VNo * autem Sabbatorum, profundo diluculo, uenerunt Matth.28.a
ad monumentum portãtes, quæ parauerant, aromata : & Mar.16.a
nonnullæ cum eis. Repererunt autem lapidem reuolutum Ioan.20.a
à monumento : & ingreſſæ non inuenerunt corpus Domini Ieſu.
* Et factum eſt, dum mente conſternatæ eſſent de hoc, ecce, duo Ioan.20.b.
uiri ſteterunt iuxta illas in ueſtibus fulgurantibus. Quum expa-
uiſſent autem, & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas :
* Quid quæritis? uiuentem cum mortuis? Non eſt hîc, ſed ſurre- Matth.28.a
xit. Recordamini ut dixerit uobis, quum adhuc in Galilæa eſſet, Mar.16.a
dicens : quòd * oportuerit filium hominis tradi in manus hominũ Luc.9.c
peccatorum, & crucifigi, & die tertio reſurgere. Et recordatæ
ſunt uerborum eius.

*Et regreſſæ à monumento, renũciauerunt hæc omnia illis un-
decim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Io- Matth.28.b
anna, & Maria Iacobi, & cæteræ, quæ cũ eis erant, quæ dicebant Mar.16.b
ad apoſtolos hæc. Et uiſa ſunt apud illos ceu deliramentum, Ioan 20.b.
uerba illarum : neque crediderunt illis. Petrus autem ſurgens, cu-
currit ad monumentum: & proſpiciens, uidet linteamina ſola po-
B ſita, & abijt apud ſemetipſum mirans quod acciderat. * Et ecce, Mar.16.b
duo ex illis ibant eodem die in caſtellum, quod aberat ſpatio ſtadi-
orũ ſexaginta ab Hieroſolymis, nomine Emaus: & ipſi confabu-
labãtur inter ſe de his omnibus, quæ acciderãt.* Et factũ eſt, dum Matth.18.c
confabularẽtur, ac diſputarent, & ipſe Ieſus adpropinquans, ibat
unà cum illis. Cæterùm oculi eorum tenebantur, ne eum agno-
ſcerẽt. Et dixit ad illos: Qui ſunt hi ſermones, quos confertis inter
uos, ambulantes, & eſtis tetrici? Reſpondens autẽ unus, cui nomẽ
Cleopas, dixit ei : Tu ſolus* peregrinus es Hieroſolymis, neq; co-
gnouiſti, quę facta ſunt illic hiſce diebus? Quibus ille dixit: Quę?
Et dixerunt ei : De Ieſu Nazareno, *qui fuit uir propheta, Matth.21.e
potens opere & ſermone coràm Deo & toto populo, & quo-
modo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in
iudicium mortis : & crucifixerunt eum. Nos autem ſpera-
bamus eum eſſe illum, qui redempturus eſſet Iſraël. Atqui, ſu-
per hæc omnia, tertius dies eſt hodie, quòd hæc facta ſunt. * Sed Luc.24.a.
& mulières quædam ex nobis, in ſtuporem adduxerunt nos, pro- Ioan.20.a.
fectæ

fectæ diluculò ad monumentum: & non inuento corpore eius, uenerunt, dicentes: Se etiam uiſionem angelorum uidiſſe, qui dicerent, eum uiuere. Et abierunt quidam eorum, qui nobiſcum ſunt, ad monumentum, & ita repererunt, ſicut mulieres dixerant: ipſũ uerò non uiderunt. C

Eſai. 50. b 53. a Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti ſunt prophetæ. *Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam? Et exorſus à Moſe, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Et adpropinquauerunt caſtello, quò ibant: & ipſe pręſe ferebat *ſe* longius ire. *Et coëgerunt illũ dicentes: Mane nobiſcum, quoniam uergit ad ueſperam, & inclinatus eſt dies. Et intrauit ut maneret cum illis.

Gene. 19. a. Luc. 24. c.

Mar. 16. b * Et factum eſt dum accumberet ipſe cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit: & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & agnouerunt eum: & ipſe inconſpicuus abiuit ab eis. Et dixerunt inter ſe: Nónne cor noſtrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in uia, & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadẽ hora, regreſſi ſunt Hieroſolyma, & inuenerunt congregatos undecim, & illos, qui cum eis erãt, dicentes: Surrexit Dominus uerè, & adparuit Simoni. Et illi narrabant, quæ geſta erant in uia: & quomodo fuiſſet agnitus ipſis in fractione panis.

Ioan. 20. c * Dum autem hæc loquuntur, ſtetit Ieſus ipſe in medio eorum, & dicit eis: Pax uobis. Exterriti uerò & meticuloſi facti, exiſtimabãt *ſe* ſpiritũ uidere. Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & quare cogitationes aſcendũt in cordibus ueſtris? Videte manus meas, & pedes meos: quia ego ipſe ſum. Contrectate me, & uidete: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Et quũ hæc dixiſſet, oſtendit eis manus ac pedes. Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, & mirantibus, dixit eis: * Habetis hîc aliquid edulij? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & de fauo apiario. Et accepit, & in conſpectu illorum comedit.

Ioan. 21. b

Matth. 16. c Et dixit ad eos: * Hæc ſunt uerba, quæ loquutus ſum ad uos, quũm adhuc eſſem uobiſcum: quòd neceſſe foret impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moſi, & prophetis, & pſalmis, de me.

Tunc

Tunc aperuit illorum mentem, ut intelligerent ſcripturas, & di-
xit eis: * Sic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſur Act.17.a
gere à mortuis tertio die: & prædicari, ſub nomine eius pœniten- Mich.4.a
tiam, ac remiſſionem peccatorum in omnes gentes, * initio facto *Act.1.a.
ab Hieroſolymis. Vos autē eſtis teſtes horum. * Et ecce, ego emit- 2.a
to * promiſſionem patris mei ſuper uos. Vos autem ſedete in ciui- *Ioan.14.e
tate Hieroſolyma, donec induamini uirtute ex alto. 15.c.16.a
* Eduxit autem eos foras uſq; in Bethaniam, & ſublatis in al- Mar.16.c
tum manibus ſuis, benedixit eis. Et factum eſt dum Act.1.b
benediceret illis, receſſit ab eis, ac ferebatur in
cœlum. Et ipſi, adorato eo, regreſſi ſunt
Hieroſolymam cum gaudio ma-
gno: & erāt ſemper in templo,
laudantes, ac benedicen-
tes DEVM.
Amen.

** Hic Grecis eſt* παροικεῖς *quod ſonat aduena es? Habetq́;, (ut teſtatur Eraſmus Roterodamus) duplicem ſenſum. Tu ſolus hoſpes es Hieroſolymitanus, ignorans ea, quæ nemo neſcit, quātumuis aduena? Aut tu adeò peregrinus es, ut hæc ignores? Hactenus Eraſmus in ſuis adnotationibus.*

EVANGELII SECVNDVM LVCAM
FINIS.

SACROSANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM, SECVNDVM IOANNEM.

CAPVT PRIMVM.

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM, ET VERBVM A
erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in
Gene.1.a principio apud Deum. * Omnia per ipſum facta ſunt,
Prouer.8.b & ſine ipſo factū eſt nihil, quod factū eſt. In ipſo * uita
*Ioan.5.c erat, & uita erat *lux hominū: & lux in tenebris lucet,
Ioan.8.b & tenebræ eam non adpræhenderunt.
9.a.12.e Fuit homo emandatus à Deo, nomē ei Ioānes. Hic uenit in teſtimoniū, ut teſtificaretur de luce, ut oēs crederēt per ipſum. Non
Ioan.5.d *erat ille, lux illa, ſed ut teſtificaretur de luce illa. Erat lux uera,
quę illuminat omnē hominē, [a]uenientē in mundū. In mundo erat,
& mundus per ipſum factus eſt: & mundus ipſum non cognouit,
In ſua uenit, & ſui ipſum non receperunt. Quotquot autem recepe-
Eſai.56.b runt ipſum, *dedit eis poteſtatem, filij Dei ut fierēt: credentibus in
Oſe.1.b nomen ipſius. Qui non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis,
Roma.8.b neq; ex uoluntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt.
Gala.4.a *Et [c]uerbū caro factū eſt, & habitauit in nobis: *(& ſpectauimus B
Baruch.2.e
*Matt.17.a gloriā eius, gloriā ſicut unigeniti à patre) plenū gratia & ueritate.
2.Pet.1.c *Ioannes teſtificatur de ipſo, & clamauit, dicens: Hic erat de quo
1.Ioan.1.a dicebam: Qui poſt me ueniens, anterior me factus eſt, quia prior
*Matt.3.b me erat. *Et de plenitudine eius, nos omnes accepimus, & gratiam
Mar.1.a pro gratia: quia lex per Moſen data eſt, *gratia & ueritas per Ie-
*Col.2.b ſum Chriſtum [b]facta eſt. Deum *nemo uidit unquam. Vnigenitus
Act.20.c filius, exiſtens ad ſinum patris, ille enarrauit.
Deut.5.c * Et hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando emandauerunt Iudæi
1.Ioan.4.b ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas, ut interrogarēt eum: Tu
*Ioan.5.d quis es? *Et confeſſus eſt, & non negauit. Et confeſſus eſt: Non
Ioan.3.d ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eū: Quid ergo? * Helias es
Mat.11.b tu? Et dicit: Non ſum. *Es tu propheta ille? Et reſpondit: Nō. Di-
*Deut.18.c xerunt ergo ei; Quis es? Vt reſponſum demus his, qui miſerunt

nos.

nos. Quid dicis de te ipſo? Ait: *Ego uox clamãtis in deſerto: Di- Mat.3.a
rigite uiam Domini, *ſicut dixit Eſaias propheta. Mar.1.a
C Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. Et interrogauerũt eũ, Luc.1.a
ac dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu nõ es Chriſtus ille, neq; *Eſa.4.a
Helias, neq; propheta ille? Reſpondit eis Ioannes, dicẽs: *Ego ba-
ptizo in aqua, ſed in medio ueſtrũm ſtat, quẽ uos neſcitis: Ipſe eſt Matt.3.b.
ille, poſt me ueniens, qui anterior me factus eſt: cuius ego non ſum Mar.1.a
dignus, ut ſoluam corrigiam calciamenti eius. Hæc in Bethabara Lucæ.3.c
facta ſunt trans Iordanem, *ubi erat Ioannes baptizans. Act.19.a
Poſtero die uidit Ioannes Ieſum uenientem ad ſe, & ait: Ecce, Ioan.3.a 10.d
*agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Hic eſt de quo ego dicebã: *Eſai.53.b.
Poſt me uenit uir, qui anterior me factus eſt, quia prior me erat: & 1.Cor.5.b
ego neſciebam eũ. Sed ut manifeſtus fieret Iſraëli, propterea ueni
ego in aqua baptizans.
D *Et teſtificatus eſt Ioannes, dicens: Vidi ſpiritum deſcendentẽ, Matth.3.b
ſicut columbam, è cœlo, & manſit ſuper eum, & ego non nouerã Mar.1.a
eum: ſed qui miſit me ad baptizandum in aqua, ille mihi dixit: Su- Luc.3.c
per quem uideris ſpiritum deſcendentem, & manẽtem ſuper eum,
hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego uidi, & teſtificatus
ſum, quòd hic ſit filius Dei.
Poſtero die iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo: &
intuitus Ieſum ambulantem, dicit: Ecce, *agnus Dei. Et audierunt Exo.12.a
eum duo diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum. Cõuerſus aũt Eſa.53.b
Ieſus, & conſpicatus eos ſequentes, dicit eis: Quid quæritis? Qui
dixerũt ei: Rabbi, quod dicitur interpretãti, magiſter, ubi manes?
Dicit eis: Venite, & uidete. Venerũt, & uiderunt ubi maneret: &
apud eum manſerũt diem illum. Hora autem erat fermè decima.
Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audie-
rãt ab Ioãne, & ſequuti fuerant eũ. Reperit hic prior fratrem ſuũ
Simonem, & dicit ei: Inuenimus Meſſiam: quod eſt interpretandũ,
Chriſtus. Et adduxit eũ ad Ieſũ. Intuitus eũ Ieſus, dixt: Tu es Simõ
filius Iona, *tu uocaberis, Cephas: quod interpretandũ eſt, Petrus. Math.16.c.
E Poſtero die uoluit Ieſus exire in Galilæam, & reperit Philippũ,
& dicit ei: Sequere me. *Erat autem Philippus à Bethſaida, ciuita- Ioan.12.c.
te Andreæ & Petri. Reperit Philippus *Nathanaël, & dicit ei: Ioan.21.a

Cene.3.c. De quo ſcripſit* Moſes in lege * & prophetæ, inuénimus Ieſum,
22.c.49.b. filium Ioſeph, Nazarenum. Et dixit ei Nathanaël: * A Nazareth B
Deut.18.c. poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus: Veni, & uide.
*Eſa.7.c. Vidit Ieſus Nathanaël uenientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce,
9.b uerè Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanaël: Vnde
Ioan.7.e. me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Prius quàm te Philippus
uocaret, quum eſſes ſub ficu, uidebam te. Reſpondit Nathanaël,
& ait ei: Rabbi, tu es ille filius Dei? Tu es ille rex Iſraëlis? Reſpon-
dit Ieſus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Videbam te ſub ficu, credis.
Gene.28.e. Maiora his uidebis. Et dicit ei: Amen amen dico uobis. * Poſt-
Lucæ.21.d. hâc uidebitis cœlum apertum, & angelos Dei aſcendentes ac de-
ſcendentes ſuper filium hominis.

[a] *Venientē, id eſt, naſcentē, aut, in mundū prodeuntē. Ita uenire pro naſci legitur* Ecclesi.1. C
Generatio uadit, & generatio uenit. [b] *Diſcrimen quòd eſt inter γίνεσθαι fieri & εἶναι, id
eſt eſſe, cōpluribus in locis, quā diligentiſſimè obſeruandum eſt.* [c] *Verbum quod ab æterno
fuit, quippe filius ille Dei, per quem facta ſunt omnia, factus eſt homo, ut nos contra qui ho-
mines ſumus, fieremus filij Dei, & tentorium ſuum fixit inter nos. Ecce tabernaculum Dei
cum hominibus.* [b] *Contigit, aut, exorta eſt.* [c] *Specie columbina, qui ſpiritus alioqui inuiſi
bilis fuiſſet, quiq; moderata alarū agitatione uſus, ſe demittebat, & ultro citroq; uolitabat,
donec ad ipſum uenit, & iſthic manſit, ut ſcribit* Nonnus.

CAPVT SECVNDVM.

ET die tertia nnptiæ fiebant in Cana Galilęæ, & erat mater A
Ieſu ibi. Vocatus eſt autē & Ieſus, ac diſcipuli eius ad nupti
as. Et quum defeciſſet uinum, dicit mater Ieſu ad eum: Vi-
Luc.17.g nū non habent. Dicit ei Ieſus: * [a] Quid mihi & tibi mulier? Non
dum uenit hora mea. Dicit mater eius miniſtris: Quodcunq; dixe
rit uobis, facite. Erant autem ibi ſex hydriæ lapideæ poſitæ, ſecun
dum purificationem Iudæorum, capientes ſingulatim [b] metretas
binas aut ternas.

Dicit eis Ieſus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas
uſq; ad ſummum. Et dicit eis: Haurite nunc, & ferte architriclino:
& tulerunt. Vt autem guſtauit architriclinus aquam uinum fa-
ctam, neq; ſciret unde eſſet, ſed miniſtri ſciebant, qui hauſerant A
aquam, uocat ſponſum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo
primò bonum uinum ponit, & quum inebriati fuerint, tūc id quòd
deterius eſt: tu ſeruaſti bonum uinum hucuſq;.

Hoc ſi-

B Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, & manife-
ſtauit gloriam ſuam : & crediderunt in eum diſcipuli eius. * Poſt Matth.4.b.
hoc deſcendit Capernaum ipſe & mater eius,& fratres eius,& di Mar.1.b.
ſcipuli eius : & ibi manſerunt non multis diebus. Luc.4.d.
* Et prope erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Hieroſolymam *Mat.21.b.
Ieſus,& reperit in templo uendentes boues & oues,& columbas : Mar.11.b.
& numularios ſedentes. Et quum feciſſet flagellum è funiculis, Luc.19.d.
oẽs eiecit è tẽplo,oues ſimul ac boues,& numulariorũ æs effudit,&
mẽſas ſubuertit.Et hisqui colũbas uẽdebãt,dixit: Auferte iſta hinc
nec facite domũ patris mei,domũ mercatus. Recordati uerò ſunt
diſcipuli eius,quòd ſcriptum eſt:* Zelus domus tuæ exedit me. Pſal.68.b
Reſponderunt ergo Iudæi,& dixerũt ei :* Quod ſignũ oſtendis
C nobis,quandoquidem iſta facis? Reſpondit Ieſus,& dixit eis:*De *Mar.16.a.
ſtruite templum hoc,& in tribus diebus ſuſcitabo illud. Dixerunt Ioan.6.d
ergo Iudæi :* Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum *Mat.26.f.
hoc,& tu in tribus diebus ſuſcitabis illud? At ille dicebat de tem- 1.Eſd.5.b
plo corporis ſui. Quum ergo ſuſcitatus eſſet è mortuis, recordati
ſunt diſcipuli eius, quòd hoc dixiſſet illis. Et crediderunt ſcri-
pturæ,& ſermoni quem dixerat Ieſus.

Quum autem eſſet Hieroſolymis in Paſcha,in die feſto, multi
crediderunt in nomen eius,uidentes ſigna eius quæ ædebat. Ipſe
autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eò quòd ipſe noſſet Hiere.17.b
omnes : & quòd opus non haberet, ut quis teſtaretur de homine. Apo.2.d.
* Ipſe enim ſciebat,quid eſſet in homine.

[a] *Quid mihi tecũ mulier? ut ad tuam ſcilicet uoluntatẽ,tuumq; tempus quo poſtules,quicquã eorum ſaciam,ad quæ me miſerit pater? Sunt tamen qui ea uerba: Quid mihi & tibi mulier iuxta phraſim hebræam reddendam cenſeant,hoc modo,ecquid id mulier,aut mea,aut tua refert?* [b] *Metreta quæ & cadus dicitur,eſt menſura(ut ſcribit Budæus) congiorum decẽ* [c] *Prædixerat Chriſtus huic generationi malæ & adulteræ non dandum ſignum,niſi ſignũ Ionæ prophetæ. Ita de eo ſigno hic loquitur.*

CAPVT TERTIVM.

A ERat autẽ homo ex Phariſæis,* Nicodemus nomine,prin
ceps Iudæorum, hic uenit ad Ieſum nocte, & dixit ei : Ioan.7.c.
Rabbi,ſcimus quòd à Deo ueneris magiſter. * Nemo enĩ 19.d
hæc ſigna poteſt facere,quæ tu facis,niſi fuerit Deus cum eo. Ioan 6.b

Reſpondit Ieſus, ac dixit ei: Amen amen dico tibi, niſi quis natus
Ioan.4.b fuerit ab integro, nõ poeſt uidere regnũ Dei. Dicit ad eum Nico
6.f demus: * Quomodo poteſt homo naſci, quũ ſit ſenex? Num poteſt
Ioan.4.b in uentrẽ matris ſuæ iterum introire, ac naſci? Reſpondit Ieſus:
7.d * Amen amẽ dico tibi, niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non
Tit.3.a. poteſt introire in regnũ Dei. * Quod natũ eſt ex carne, caro eſt: &
Rom.8.a quod natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Ne mireris, quòd dixi tibi,
Eccle.11.a quòd oporteat uos naſci ab integro. * Spiritus ubi uult ſpirat, &
uocem eius audis: ſed neſcis unde ueniat, & quò uadat. Sic eſt
omnis, qui natus eſt ex ſpiritu.

Reſpõdit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo poſſunt hęc fieri?
Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Es tu magiſter Iſraëlis, & hæc igno-
ras? Amen amẽ dico tibi, quia quod ſcimus loquimur: & quod ui-
dimus teſtamur, & teſtimoniũ noſtrũ nõ accipitis. Si terrena dixi
Ephe.4.a uobis, & nõ creditis, quomodo ſi dixero ſupcœleſtia, credideritis?
Num.21.b. * Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius
Ioan.8.c hominis, exiſtens in cœlo. * Et ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in
12.d deſerto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in
Rom.5.d eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam.
1.Ioan.4.b. * Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium ſuũ unigenitum de-
*Mar.16.b. derit: * ut oĩs, qui credit in eũ, non pereat, ſed habeat uitã æternam
*Luc.19.b. Non * enim miſit Deus filium ſuũ in mundũ, ut iudicet mundũ, ſed
ut ſaluetur mũdus per eũ. Qui credit in eũ, nõ iudicatur: qui uerò
non credit, iam iudicatus eſt. Quia nõ credidit in nomen unigeniti
Ioan.1.a filij Dei. Hoc eſt autem iudicium * quòd lux uenit in mundũ, & di-
12.f lexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Erant enim mala
*Eph.5.b, eorum opera: * Omnis enim qui mala agit, odit lucem: nec uenit
ad lucem, ne arguantur ipſius opera: Qui aũt facit ueritatẽ, uenit
ad lucem, ut manifeſtentur ipſius opera: quòd in Deo ſint facta.

Poſt hæc uenit Ieſus & diſcipuli eius in Iudęã terrã, & illic mora
Ioan.4.a batur cum eis: * ac baptizabat. Erat * autem & Ioannes baptizans
*Mat.3.a in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic. Et accedebãt,
Mar.1.a & baptizabantur. * Nondũ enĩ cõiectus fuerat in carcerẽ Ioãnes.
Luc.3.a Orta eſt autẽ quæſtio ex diſcipulis Ioannis cũ Iudæis, de purifi-
*Mat.4.b
Ioan.4.a. catione, & uenerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat

tecum

tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti , ecce,* is
baptizat ,& omnes ueniunt ad eum. Reſpondit Ioannes & dixit:
Non poteſt homo accipere quicquã , niſi fuerit ei datum è cœlo. Ioan.1.b.
Ipſi uos teſtes eſtis, * quòd dixerim : Non ſum ego Chriſtus,ſed
miſſus ſum ante eũ. Qui habet ſponſã,ſpõſus eſt. Amicus aũt ſpõſi,
qui ſtat & audit eũ,[b] gaudio gaudet propter uocẽ ſponſi. Hoc ergo
C gaudiũ meũ completũ eſt . Illum oportet creſcere, me uerò minui.

Qui è ſupernis uenit,ſupra omnes eſt. Exiſtens è terra, è terra
eſt,& è terra loquitur. Qui è cœlo uenit,ſupra omnes eſt,& quod
uidit & audiuit, hoc teſtatur : & teſtimonium eius nemo accipit. Roma.3.a.
Qui accepit eius teſtimonium, is obſignauit, * quòd Deus uerax Eſai.61. a
ſit. Quem enĩ Deus emandauit,* is* uerba Dei loquitur.* Non enĩ Matth.11.e
ad menſuram dat Deus ſpiritum. Pater diligit filium, * & omnia Luc.10.c
tradidit in manũ eius.* Qui credit in filiũ,habet uitã æternã : qui *Ioan.6.f
uerò nõ credit filio,non uidebit uitã,ſed ira Dei manet,ſuper eũ. 1.Ioan.5.b

*[a] Spiritus, uentus eſt, qui (ut Nõnus ait) agitatione quadam oculos hominũ fugiente , quò-
cunq; locorum uult, ſpirare nouit, & in propinquo bombus uocis aëreæ potentia diuina mo-
tus, ad aures ueſtras delatus perſonat: ſed oculis conſequi non potes, unde proficiſcatur, aut
quò ſe receptet. [b] Iuxta illud Iohannis primo: Deum nemo uidit unquam: unigenitus filius
exiſtens ad ſinum patris, ille enarrauit. [c] Hebraicum eſt gaudio gaudere , aut gaudendo
gaudere, pro uehementer gaudere.*

CAPVT QVARTVM.

A VT ergo cognouit Dominus , quòd audiuiſſent Phariſæi,
quòd Ieſus plures diſcipulos faceret, & baptizaret, quam
Ioannes, (quanquam Ieſus ipſe non baptizaret, ſed diſci-
puli eius)* reliquit Iudæam,& abijt iterũ in Galilæam. Oporte- Matth.4.b.
bat autem eum tranſire per Samariam. Venit ergo in ciuitatẽ Sa-
mariæ,quæ dicitur,Sychar,iuxta prædium,*quod dedit Iacob Io- Gene.48.d.
ſepho filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacobi. Ieſus ergo fatigatus ex
itinere,ſedebat ſic ſuper fontem. Hora erat ferme ſexta. Venit mu
lier Samaritana,ut hauriret aquã . Dicit ei Ieſus : Da mihi bibere.
Nam diſcipuli eius abierant in ciuitatem,ut cibos emerent. Dicit
ergo illi mulier Samaritana: Quomodo tu Iudæus quũ ſis, bibere 4.Reg.17.e
à me poſcis,quæ ſum mulier Samaritana? Non * enim commerciũ *Ioan.8.e
habent Iudæi cum*Samaritanis. Reſpondit Ieſus,& dixit ei : Si
ſcires donum Dei,& quis ſit,qui dicit tibi : Da mihi bibere,tu pe- Hiere.2.b.
tiſſes Ioan.7.d

Hier.2.b tiſſes ab eo, & dediſſet tibi * aquam uiuam. Dicit ei mulier:
Ioan.7.d. *Domine hauſtrũ non habes,& puteus profundus eſt: unde ergo
*Ioan.3.a. habes aquã illam uiuã? Num tu maior es patre noſtro Iacob,qui
6.f. dedit nobis puteum? Et ipſe bibit ex eo,& filij eius,& pecora eius.

Reſpondit Ieſus,& dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac,ſitiet
iterũ:quiſquis aũt biberit ex aqua, quam ego dabo ei, neutiquam
Ioan.3.a ſitierit in æternum,* ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons
Tit.3.a. aquæ,ſalientis in uitam æternam.Dicit illi mulier: Domine,* da
Ioan.6.d mihi iſtam aquam,ut non ſitiam,neque ueniam huc ad hauriendũ.
Dicit ei Ieſus: Vade,uoca uirum tuum,& ueni huc. Reſpondit C
mulier,& dixit ei: Non habeo uirum.Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti,
non habeo uirum. Quinque enim uiros habuiſti, & nunc, quem
habes,non eſt tuus uir.Hoc uere dixiſti.

Luc.7.b Dicit ei mulier:* Domine uideo quod propheta es tu.*Patres
*Deut.11.d noſtri in monte hoc adorauerunt,& uos dicitis: Quod * Hieroſo-
27.b lymis ſit locus,ubi oporteat adorare.Dicit ei Ieſus: Mulier,crede
*3.Re.9.a mihi,quod ueniet hora,quando neque in hoc monte, neque Hie-
2.Para.7.c roſolymis adorabitis patrem. Vos adoratis,quod neſcitis,nos ado
Gene.22.c ramus quod ſcimus:* Quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed ueniet hora,
Rom.1.a & nunc eſt, quando ueri adoratores * adorabunt patrẽ in ſpiritu
ac ueritate.Nam & pater tales quærit,qui adorẽt ipſum.Spiritus
2.Cor.3.c. * eſt Deus,& qui adorant eũ,in ſpũ ac ueritate oportet adorare.

Dicit ei mulier: Scio, quod Meſſias uenturus eſt, qui dicitur
Chriſtus,quumque uenerit ille,annunciabit nobis omnia.Dicit ei D
Matt.26.f. Ieſus:* Ego ſum,qui loquor tibi.Et interĩ uenerũt diſcipuli eius,
Mar.14.g & mirabantur,quod cum muliere loqueretur. Nemo tamẽ dixit:
Luc.22.e Quid quæris? aut,Quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriã
Ioan.9.d. ſuam mulier,& abijt in ciuitatem, & dicit hominibus: Venite,
10.e uidete hominem qui dixit mihi omnia,quæcunque feci. Num hic
eſt ille Chriſtus? Exierunt ergo e ciuitate,& ueniebant ad eum.

Interea rogabant eum diſcipuli,dicentes: Rabbi, comede.Ipſe
autem dixit eis: Ego cibum habeo comedendum,quẽ uos neſcitis.
Dicebãt ergo diſcipuli inter ſe: Num quis attulit ei,quod ederet?
Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem eius, qui
miſit me,& perficiam eius opus. Nonne uos dicitis: quod adhuc

quatuor menſes ſunt,& meſſis ueniet? Ecce, dico uobis,attollite
oculos ueſtros,& uidete regiones,*quoniã albæ iam ſunt ad meſ-
ſem. Et qui metit,mercedem accipit, & congregat fructum in ui- Math.9.d
tam æternam: ut & qui ſeminat,ſimul gaudeat,& qui metit. In Luc.10.a
E hoc enim ſermo eſt uerus, quod alius eſt qui ſeminat, & alius eſt,
qui metit. Ego miſi uos ad metendum, quod uos non laboraſtis:
alij laborauerunt,& uos in labores eorum introiſtis.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritano-
rum,propter ſermonem mulieris teſtificantis, quod dixiſſet ipſi
omnia,quæcunque feciſſet. Quum ueniſſent ergo ad illum Sama-
ritani,rogauerunt eum,ut apud ipſos maneret. Et manſit ibi duos
dies,ac multo plures crediderunt propter ſermonem ipſius. Et
mulieri dicebant: Iam non propter tuam narrationem credimus,
* ipſi enĩ audiuimus: & ſcimus, quod hic eſt uere ſaluator mundi Ioan.17.b
Chriſtus.

Poſt duos autem dies exijt inde, & abijt in Galilæam.* Ipſe enĩ
Ieſus teſtatus erat, quod propheta in ſua patria honorem non ha- Math.13.g
beret. Quum ergo ueniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, Mar.6.a
quum õnia uidiſſent,quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto. Nam Luc.4.c
& ipſi uenerant ad feſtum. Venit ergo Ieſus iterum in Cana Ga-
lilææ,* ubi fecerat aquam uinum. Ioan.2.a.

F * Et erat [b] quidam regius,cuius filius infirmabatur Capernaũ. Math.8.a
Hic quum audiſſet, quod Ieſus adueniſſet a Iudæa in Galilæam, Luc.7.a
abijt ad eum,& rogabat eũ, ut deſcenderet ac ſanaret ipſius filiũ.
Erat enim moriturus. Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi ſigna & pro-
digia uideritis,nequaq̃ crediderritis. Dicit ad eũ regius: Domine,
deſcende prius,quàm moriatur puellus meus. Dicit ei Ieſus: Vade
filius tuus uiuit. Credidítq́ homo ſermoni,quem dixerat ei Ieſus,
& ibat. Iam autẽ eo deſcendente,ſerui eius occurrerunt ei,& renũ
ciauerũt,dicẽtes: Puer tuus uiuit. Sciſcitatus eſt ergo ab eis horã,
in qua melius habuiſſet: & dixerũt ei: Heri, hora ſeptima reliquit
eum febris. Cognouit ergo pater, quod in illa hora, in qua dixiſſet
ſibi Ieſus: Filius tuus uiuit.* Et credidit ipſe, & domus eius tota. Act.18.a
Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Ieſus, quum ueniſſet ex Iudæa
in Galilæam.

a Temporibus ueteris Teſtamenti, dum omnia typica & umbratica eſſent, externus erat cultus, externum templum, externus locus, præſcriptus adoraturis, breuiter omnia erant externa & corporalia. At, tempore noui Teſtamēti, renatis cuncta interna ſunt & ſpiritualia. Ipſiſſima enim ueritas, (deperditis umbris) emicuit. b Hic græca exemplaria conſtāter habent τις βασιλικὸς, id eſt, quidam regius, nec ſecus legitur apud Nonnum. Erat quidam uir regius, exercitui præfectus, cuius filius &c.

CAPVT QVINTVM.

POſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hie- A
roſolymam. Eſt autem Hieroſolymis ad probaticam piſcina, quæ cognominatur Hebraicè Betheſda, quinq; porticus habens: in his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus enim deſcendebat certo tempore in piſcinā, & turbabat aquā. Itaq; qui primus deſcendiſſet poſt turbationem aquæ, ſanus fiebat, à quocunq; detinebatur morbo. Erat autem quidam homo illic, qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Hunc quum uidiſſet Ieſus decumbentem, & cognouiſſet, quòd iam multum temporis *morbo* teneretur, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpōdit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut quum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Sed interim dum ego uenio, iam alius ante me deſcendit.

Matth.9.a. * Dicit ei Ieſus: Surge, tolle grabbatū tu, & ambula. Et ſtatim
Mar.2.a. ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabbatum ſuum, & ambu-
Luc.5.c labat. * Erat autem Sabbatum in die illo, dicebant ergo Iudæi ad
*Mat.12.a. eum, qui ſanatus fuerat: Sabbatū eſt, non licet tibi tollere grabba-
Mar.2.c tum. Reſpondit eis: Qui me ſanū fecit, is mihi dixit: Tolle grabba-
3.a. tum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille ho-
Luc.6.a mo, qui dixit tibi: Tolle grabbatum tuum, & ambula? Is autem,
13.b.14.a qui ſanus fuerat effectus, neſciebat, quis eſſet. * Ieſus enim ſubdu-
Ioan.7.b xit ſe, quòd turba eſſet eo in loco.

Poſtea reperit eum Ieſus in templo, & dixit illi: Ecce, ſanus B
Ioan.8.b factus es, * ne poſt hæc pecces: ne quid deterius tibi contingat. Abijt ille homo, & annunciauit Iudæis, quòd Ieſus eſſet, à quo ſanatus fuiſſet. Ac propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, & quærebāt illum occidere, quòd iſta feciſſet in Sabbato. Ieſus autem re-
1.Cor.12.a ſpondit eis: * Pater meus ad hoc uſq; temporis operatur, & ego

operor. Propterea ergo magis quærebant Iudæi eum interficere,
quia non ſolum ſoluiſſet Sabbatum,*ſed & patrem ſuum, dixiſſet Matth.26.f
Deum, æqualem ſe faciens Deo. Mar.14.g
Reſpondit itaq; Ieſus, & dixit eis: Amen amen dico uobis, * nō Luc.22.e
poteſt filius a ſe facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facien- Ioan.9.a
tem. Quæcunq; enī ille fecerit, hæc itidem & filius facit. Pater enī
diligit filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit: & maiora his
demonſtrabit ei opera, ut uos miremini. Sicut enim pater ſuſcitat
mortuos, & uiuificat, ſic & filius quos uult, uiuificat. Neq; enim
pater iudicat quenq;, ſed * omne iudicium dedit filio. Vt omnes Matth.11.e
honorent filium, ſicut honorant patrem. Qui non honorat fili- Luc.10.c
um, non honorat patrem, qui miſit illum. * Amen amen dico uo- Ioan.8.e
bis, qui ſermonem meum audit, & credit ei qui miſit me, habet ui-
tam æternam:* & in iudicium non ueniet, ſed tranſiuit e morte in Luc.23.d
uitam.
C * Amen amē dico uobis, quod ueniet hora, & nunc eſt, quando Mar.5.e
mortui audiēt uocem filij Dei, & qui audierint, uiuent. * Sicut enī Ioan.11.c
pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere uitam in ſe- 1.Theſſ.4.c
metipſo: & poteſtatem dedit ei iudicandi quoq;, quia filius homi- *.Ioan.1.a
nis eſt. Ne miremini hoc:* Quia ueniet hora, in qua oēs qui in mo 14.a
numentis ſunt, audient uocem eius: & prodibūt qui bona fecerūt, Dani.12.a
in reſurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt, in reſurrectio- Mat.25.d
nem iudicij.
Non poſſum ego facere a meipſo quicquam. Sicut audio,
iudico: & iudicium meum iuſtum eſt. Quia non quæro uolunta- Ioan.8.b
tem meam, ſed uoluntatem eius, qui miſit me, patris.* Si ego
teſtificor de meipſo, teſtimonium meum non eſt uerum. Alius
eſt, qui teſtimonium perhibet de me: & ſcio uerum eſſe teſtimo-
D nium, quod teſtificatur de me.
* Vos miſiſtis ad Ioannem, & is teſtimonium reddidit uerita- Ioan.1.b
ti. Ego autem non ab homine teſtimonium accipio: ſed hæc dico,
ut uos ſalui ſitis.* Ille erat lucerna ardens & lucens: uos autem uo-
luiſtis ad tempus exultare in luce eius. * At ego teſtimonium ha- 1.Ioan.5.a
beo maius teſtimonio Ioannis. * Opera enim, quæ dedit mihi pa- Ioan.10.c
ter, ut perficiam ea, ipſa, *inquam, *opera quæ ego facio, teſti

Matth.3.b. ficantur de me, quòd pater miſerit me. Et qui miſit me pater, *ipſe
17.a teſtificatus eſt de me. *Neq; uocem eius unquàm audiſtis, neq; ſpe-
Ioan.8.b ciem eius uidiſtis, & ſermonem eius non habetis in uobis manentē:
*Deut.5.c. quia quem miſit ille, huic uos non creditis.
Ioan.1.b *Scrutamini ſcripturas, quia uos uidemini uobis in ipſis uitam
6.e. 1.Ioan.4.b æternam habere, * & illę ſunt quæ teſtificantur de me: nec uultis
Act.17.b. uenire ad me, ut uitam habeatis. Gloriam *ab hominibus non acci-
*Deut.18.e pio, ſed cognoui uos, quòd dilectionem Dei non habeatis in uobis.
*Ioan.12.f Ego ueni in nomine patris mei, nec recipitis me: *ſi alius uenerit in
1.Ioan.2.c. nomine ſuo, illũ recipietis. *Quomodo poteſtis uos credere, gloriã
2.Theſſ.2.a à uobis inuicem accipientes, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non
quæritis?

Nolite putare, quòd ego accuſaturus ſim uos apud patrem: eſt
qui accuſat uos, Moſes, in quem uos [b]ſperaſtis. Si enim crediſſe-
Deut.18.c tis Moſi, crediſſetis utiq; mihi. De me enim ille ſcripſit. *Si uerò
illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

[a] Hæc, pie lector, perpende. Et inter uerè falſoq; Chriſtianos diſcerne. *[b] Tametſi in uerbis ad affectum animi pertinentibus utamur apud Græcos præterito, loco præſentis.*

CAPVT SEXTVM.

Matth.14.b POſt hæc * abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tibe- A
Marc.6.d. riadis, & ſequebatur eũ turba multa: quia uidebant eius
Luc.9.b. ſigna, quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur. Subijt
autem in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. * Inſta-
Exo.12.a bat autem Paſcha, dies feſtus Iudæorum. *Quum ſuſtuliſſet ergo
*Mat.14.b oculos Ieſus, & uidiſſet quòd multa turba ueniret ad ſe, dicit ad
Mar.6.d Philippum: Vnde ememus panes, ut edant iſti? Hoc autē dicebat
Lucæ.9.b tentans eum: ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus.

Reſpondit ei Philippus: *Ducentorum denariorum panes non
ſufficiunt eis, ut unuſquiſq; puſillum quippiam accipiat. Dicit ei
unus ex diſcipulis ipſius, Andreas, frater Simonis Petri: Eſt puel-
4.Reg.4.e lulus unus hîc, qui habet panes quinq; hordeaceos, & duos piſces:
*ſed hæc quid ſunt inter tã multos? Dixit aũt Ieſus: Facite, ut ho-
mines diſcumbant. Erat autem gramen multum in eo loco. Diſcu-
buerunt ergo uiri numero fermè quinquies mille. Accepit autem
panes Ieſus, quumq; gratias egiſſet, diſtribuit diſcipulis, diſcipuli
uerò

uerò diſcumbentibus. Similiter & ex piſcibus, quantum uolebant.
B Vt autem impleti ſunt, dicit diſcipulis ſuis: Colligite, quę ſuper-
fuerunt, fragmenta, nequid pereat. Collegerunt ergo, & impleue-
runt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinq; panibus hor-
deaceis, quę ſuperfuerant his qui comederāt. Illi ergo homines quū
uidiſſent quod Ieſus fecerat, ſignū, dicebant: *Hic eſt uerè prophe- Luc.7.b
ta ille, qui uenturus eſt in mundum. Ieſus ergo quum cognouiſſet, Ioan.4.c
quòd uenturi eſſent, ac rapturi ipſum, ut facerent ipſum regē, *ſe- Ioan.5.a.
ceſſit iterum in montem ipſe ſolus.
*At ubi iam ueſpera eſſet, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare, Matt.14.c
& conſcenſa naui uenerunt traiecto mari, ad *oppidū* Capernaū. Marc.6.e.
Iamq; tenebræ erant, nec uenerat ad eos Ieſus. Mare autem uēto
magno flante, intumeſcebat. Quum remigaſſent ergo fermè ſtadia
uiginti quinq;, aut triginta, uident Ieſum ambulantem ſuper mare
& adpropinquantem naui: ac timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego
ſum: nolite timere. Voluerunt ergo eum recipere in nauim, & ilicò
nauis adpulerat terræ, ad quam ibant.
C Poſtero die, turba quæ ſtabat trans mare, ut uidit quòd naui-
cula alia non eſſet ibi, niſi una illa, in quam ingreſſi fuerant diſci-
puli eius: & quod non introiſſet Ieſus cum diſcipulis ſuis in naui-
culam, ſed ſoli diſcipuli eius abiſſent. Alię uerò ſuperuenerunt na-
uiculæ à Tiberiade iuxta locum, ubi comederant panem, poſtea
quàm gratias egiſſet Dominus. Quum ergo uidiſſet turba, quòd
Ieſus non eſſet ibi, neq; diſcipuli eius, aſcenderunt & ipſi in naui-
culas, & uenerunt Capernaum, quærentes Ieſum.
Et quum inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quā-
do huc ueniſti? Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Amen amen dico uo-
bis, quæritis me, non quia uidiſtis ſigna, ſed quia comediſtis de pa-
nibus, & ſaturati eſtis. Operemini, non cibū qui perit, ſed qui per-
manet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis: hunc
enim pater conſignauit Deus.
D Dixerunt ergo ad eum: Quid facimus, ut operemur opera Dei? Ioan.13.a.
Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, ut credatis in Matt.16.a
eum, quem miſit ille. Dixerunt ergo ei: * Quod ergo tu facis ſi-
gnum, ut uideamus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres

X. 3. noſtri

noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: *Panē
Exo.16.a de cœlo dedit eis ad edendum. Dixit ergo eis Ieſus: Amen amē di-
Pſal.77.c co uobis,[c] non Moſes dedit uobis panem de cœlo, ſed pater meus
dat uobis panem de cœlo, uerum. Panis enim Dei eſt, qui de cœlo
deſcendit, & dat uitam mundo.

Ioan.4.b Dixerunt ergo ad eum: *Domine, ſemper da nobis panem iſtū.
*Ecli.24.c Dixit autem eis Ieſus: Ego ſum panis uitæ. *Qui uenit ad me, non
eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet unquā. Sed dixi uobis, quòd
1.Tim.2.a etiam uidiſtis me, nec creditis. *Omne quod dat mihi pater, ad me
ueniet: & eum qui uenerit ad me, non eijcio foras. Quia deſcendi
Luc.22.c de cœlo,[b] non ut faciam uoluntatem meam, * ſed uoluntatem eius
*Ioan.10.c qui miſit me. Hæc eſt autē uoluntas eius, qui miſit me, patris, * ne- E
18.a quid perdam ex omnibus, quæ dedit mihi, ſed reſuſcitem illa in no-
*Ioan.5.c. uiſſimo die. *Hæc eſt autem uoluntas eius qui miſit me, ut omnis
qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam: & ego
ſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Murmurabant ergo Iudæi de illo, quòd dixiſſet: Ego ſum pa-
Matt.13.g nis ille, qui de cœlo deſcendi. Et dicebant: *Nónne hic eſt Ieſus, fi-
lius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrē? Quomodo ergo
dicit hic: De cœlo deſcendi? Reſpondit ergo Ieſus, & dixit eis:
Matt.16.c Nolite murmurare inter uos. *Nemo poteſt uenire ad me, niſi pa-
Ioan.6.g ter, qui miſit me, traxerit eum: & ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo
2.Theſſ.3.a die. Eſt ſcriptum in prophetis: *Et erunt omnes docti à Deo.
*Eſai.54.c Omnis ergo qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me: *non
Hiere.31.f quòd patrem uiderit quiſquam, niſi is qui eſt à Deo, hic uidit
Matth.11.e patrem.

Luc.10.c Amen amen dico uobis, *qui confidit mihi, habet uitam ęternā. F
*Ioan.6.d
*Ioan.3.d Ego ſum panis ille uitæ. Patres ueſtri comederunt manna in deſer-
to, & mortui ſunt. Hic eſt panis ille de cœlo deſcendens, ut ex ipſo
edat aliquis, & non moriatur. Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo
deſcendi: ſi quis ederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et
Luc.22.b panis, quem ego dabo, caro mea eſt: *quam ego dabo pro mun-
di uita.

Ioan.3.a Decertabant ergo Iudæi inter ſe, dicentes: *Quomodo poteſt
hic nobis carnem illam *ſuam* dare ad edendum? Dixit ergo eis

Ieſus: Amen amen dico uobis, niſi ederitis carnem filij hominis, &
biberitis eius ſanguinem, non habetis uitam in uobis. *Qui edit Ioan.3.e.
meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitam æternam: & 4.b.
ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Caro enim mea uerè eſt cibus,
& ſanguis meus uerè eſt potus.* Qui edit meam carnem, & bibit 1.Ioan.4.b.
meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me uiuẽs
pater, & ego uiuo [c]propter patrem, +ita+ & qui manducat me, ui-
uet ipſe quoqꝫ propter me. Hic eſt panis ille, qui de cœlo deſcẽdit:
non ſicut comederunt patres ueſtri manna, & mortui ſunt. Qui
manducat hunc panem, uiuet in æternum.

G Hæc dixit in ſynagoga, docens in Capernaum. Multi ergo,
his auditis, ex diſcipulis eius, dixerunt: Durus eſt hic ſermo. Quis
poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, quod
murmurarent de hoc diſcipuli ipſius, dixit eis: Hoc uos offendit?
*Si igitur uideritis filiũ hominis aſcendentem+ eo+ ubi erat prius? Matth.26.f Act.1.b
Spiritus eſt, qui uiuificat: caro non prodeſt quicquàm. Verba,
quæ ego loquor uobis, ſpiritus ſunt, & uita ſunt. Sed ſunt qui-
dam ex uobis, qui non credunt. Nouerat enim ab initio Ieſus, qui
eſſent non credentes, & quis proditurus eſſet ipſum. Et dicebat:
Propterea dixi uobis, *quod nemo poteſt uenire ad me, niſi fuerit Ioan.6.e
ei datum à patre meo.

Ex eo+ tempore+ multi diſcipulorũ eius deſciuerunt, eo relicto,
nec amplius cum eo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim:
Num & uos uultis abire? Reſpondit ergo ei Simon Petrus: *Do- Matth.16.e
mine, ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes, & nos credidi-
mus, & cognouimus, quod tu es Chriſtus filius Dei uiui.
Reſpondit eis Ieſus: Nonne ego uos duodecim elegi, * & ex Ioan.13.b
uobis unus, diabolus eſt? Dicebat autem de Iuda Simonis
Iſcariota. Hic * enim erat proditurus eum, quum eſſet unus ex Ioan.13.a
duodecim. 8.a

[a] *Denarius, quo Matt. 20. uinitores conducuntur: ualebat (ut ſcribit Budæus de aſſe & partibus eius) tres ſolidos, & ſemiſſem. Et quòd fuerit denarius Rhomanus. Ex eo (inquit) adparet, quod capite. 22. dicitur: Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denariũ, in quo effigiẽ Cæſaris fuiſſe dicit. De ſtatere aũt & talẽto, Budæus copioſiſſimè tractat.* [b] *Ieſus flectens ſermonẽ à cibo citò perituro, ad panem, & conuiuiũ uiuũ, dixit: Amẽ*

amen

amen dico uobis, quæritis me &c. Itaq; perſtat in metaphora cibi. [c] Non Moſes è cœlo *panem melle ſcatentem edendum dedit, ſed pater meus qui etiamnũ uobis præſtantiorem panem, & ſapientem, & uerum de cœlo dat. Hæc Nonnus.* [b] *Hæc, ad phraſim latinam uertit Eraſmus in hæc uerba: Vt faciam non quod ego uolo, ſed quod uult is, qui miſit me.* [c] *Videtur abuſus præpoſitione* διὰ *(ut ſcribit Eraſmus in annotationibus,) cui addidit accuſandi caſum pro paterno. Id quod & meus D. Ioannes Sartorius (uir eruditione pariter ac pietate pollens,) obſeruauit: aliud (inquit) eſt propter aliquem uiuere, & aliud, per aliquem uiuere. Hoc enim cauſſam efficientem ſignificat, & illud finalem.*

CAPVT SEPTIMVM

ET uerſabatur Ieſus poſt hæc in Galilæa: Non enim uo- A
lebat in Iudæa uerſari, quia quærebant eum Iudæi interfi-
Leuiti. 23. f cere. Erat autem in propinquo [a] feſtum Iudæorum, *Sce-
nopegia. Dixerunt ergo ad eum fratres eius: Tranſi hinc, & uade C
in Iudæam: ut & diſcipuli tui uideant opera tua quæ facis. Nemo
quippe in occulto facit aliquid, [b] & quærit ipſe palam eſſe. Si hæc
facis, declara teipſum mundo. Nam ne fratres quidem eius credebant in eum.

Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum adeſt, tempus au-
Ioan. 15. b. tem ueſtrũ ſemper eſt paratum. * Non poteſt mundus odiſſe uos,
**Sap. 2. c.* me autem odit: quia ego teſtimonium fero de illo, quod opera eius
mala ſint. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Ego nondum aſcen-
do ad feſtum hoc, quia tempus meum nondum impletum eſt. Hæc
autem quum dixiſſet eis, manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt
fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad feſtum, non manifeſtè, ſed ue-
lut in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in feſto, & dicebant: D
Ioan. 11. f. * Vbi eſt ille? Et murmur multum erat in turbis de eo. Quidam
Matth. 21. e enim dicebant: * Bonus eſt: alij autem dicebant: Non, ſed ſeducit
Ioan. 6. b. turbam. * Nemo tamen palàm de eo loquebatur, propter metum
7. d Iudæorum.
**Ioan. 12. f.*

Quum autem iam dimidium feſti peractum eſſet, aſcendit B
Ieſus in templum, ac docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes:
Quomodo hic literas ſcit, quum non didicerit? Reſpondit eis Ie-
Ioan. 3. e ſus, & dixit: * Mea doctrina, non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si
8. c quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina,
utrũ ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquitur,

gloriam propriam quærit: qui aũt quærit gloriam eius, qui miſit
ipſum, hic uerax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.
*Nónne Moſes, dedit uobis legem? & *tamen* nemo ex uobis Exo.20.c
factis præſtat legem. * Quid me quæritis interficere? Reſpondit Leui.24.d
turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere? *Mat.12.a
Reſpondit Ieſus, & dixit eis: * Vnũ opus feci, & omnes miramini. Mar.3.a
Propterea Moſes dedit uobis circuncisionem, non quia ex Moſe Ioan.10.d
ſit, *ſed ex patribus: & *tamen* in Sabbato circunciditis hominẽ. *Ioan.5.a
Si circunciſionem accipit homo in Sabbato, ut non ſoluatur lex Gene.17.b
Moſi: mihi indignamini, quód totũ hominẽ ſanũ fecerim in Sab-
bato? * Nolite iudicare ſecundum aſpectum, ſed iuſto iudicio Deut.1.b
iudicate.

C Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymitanis: Nónne hic eſt,
quem quærunt interficere? Atqui ecce, palam loquitur, & nihil ei
dicunt. Num uere cognouerunt principes, hũc eſſe uere Chriſtũ?
* Sed hunc nouimus, unde ſit, Chriſtus autem quũ uenerit, nemo Mat.13.g
ſcit, unde ſit. Mar.6.a

Clamabat ergo Ieſus in templo, docens, ac dicens: Et me noſtis, Luc.4.c.
& unde ſim noſtis: * & à meipſo non ueni, ſed eſt uerax qui miſit Ioan.8.b
me, quem uos non nouiſtis. Ego uero noui eum, quia ab ipſo ſum,
& ille me emãdauit * Quærebant ergo eũ adpræhendere, & nemo Luc.19.d
miſit in illum manus: quia nondum uenerat hora eius. * De turba 20.b.22.a
autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus, quum ue Ioan.8.b
nerit, num ſigna plura ædet his, quæ hic ædidit? *Ioan.8.c
11.e

D Audierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc, * & 1. Reg.19.d
miſerunt Phariſæi ac principes ſacerdotum miniſtros, ut adpræ- Mat.22.b
henderent eum. Dixit ergo eis Ieſus: * Adhuc puſillum temporis Mar.12.b
uobiſcum ſum, & abeo ad eum qui miſit me. * Quæretis me, nec in- Luc.20.c
uenietis. Et ubi ego ſum, eó uos non poteſtis uenire. Dixerunt *Ioan.16.b
ergo Iudæi inter ſeſe: Quó hic iturus eſt, quod nos nõ inueniemus *Hier.23.c
eum? Num in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus Ioan.8.b
gentes? Quis eſt hic ſermo quem dixit: Quæretis me, & non in- 13.d
uenietis, & ubi ego ſum, * eó *uos non poteſtis uenire?

In nouiſſimo autem die magno feſti ſtabat Ieſus, & clamabat,
dicẽs: * Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut Eſa.55.a

Eſa.12.a dixit ſcriptura: flumina de uentre eius fluēt * aquæ uiuę. Hoc aūt
Ioel.2.f dixit de * ſpiritu, quem accepturi erant credentes in ipſum. Non-
Ioan.3.a 4.b dum enim erat ſpiritus ſanctus, quia Ieſus nondum erat glorifica-
*Act.2.a tus. Multi ergo de turba, quum audiſſent hūc ſermonem dicebāt:
*Mat.21.b *Hic eſt uere propheta. Alij, dicebant: Hic * eſt Chriſtus. Quidam
Luc.7.b. autem dicebant: * Num nam ex Galilæa Chriſtus ueniet? Nónne
Ioan.9.b ſcriptura dixit, * quód ex ſemine Dauid, * & de Bethlehē caſtello,
10.b.12.b ubi erat Dauid, ueniet Chriſtus? Diſſenſio itaq; orta eſt in turba
* Mat.16.c propter eum. * Quidam autem ex ipſis uolebant adpræhendere
Ioan.6.g eum, ſed nemo coniecit in eum manus.

*Ioan.1.e Venerūt ergo miniſtri ad Pōtifices & Phariſæos, & dixerunt E
*Pſa.131.b. eis illi: Quare nō adduxiſtis illū? Reſpōderūt miniſtri: Nunq; ſic
*Mich.5.a loquutus eſt homo, ſicut hic homo. Reſponderūt ergo eis Phariſęi:
Mat.2.a Num & uos ſeducti eſtis? Num quis ex principibus credidit in
*Mat.21.e eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem: exe
Mar.11.c. crabiles ſunt. * Dicit Nicodemus ad eos, qui uenerat ad eū nocte,
Luc.19.d. qui unus erat de numero eorum: * Num lex noſtra iudicat homi
Ioan.8.b nem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit, quid faciat? Reſpō
*Ioan.12.f derunt, & dixerūt ei: Num & tu Galilæus es? * Scrutare, & uide,
1.Cor.1.d quód á Galilæa propheta non ſurrexerit. Et profectus eſt unuſ-
*Ioan.3.a 19.d. quiſque in domum ſuam.

*Exo.23.a
Leui.19.d
*Ioan.19.d

a *Quinto decimo die Septembris, fuit Iudæis feſtum tabernaculorum: dictum Græcis, σκηνοπηγία id eſt. Scenopegia, á figendis tabernaculis. Septem autem illi dies, celebres fuère ex lege diuina, in refricationem protectionis diuinæ per uaſtū deſertum. Hac dere plura adnotaui Leuit, 23.* *b* *Ad uerbū ſonat: Et quærit ipſe in libertate eſſe. Sic infra, nemo tamen liberè, hoc eſt, palam loquebatur.*

CAPVT OCTAVVM.

Mat.21.b IEſus * autem perrexit in montem Oliuarum, & diluculó A
Mar.11.b iterum uenit in templū, cunctusq; populus uenit ad eum:
& ſedens docebat eos. Adducunt autem ad eum ſcribæ &
Phariſæi mulièrem, in adulterio depręhenſam: & quū ſtatuiſſent
eam in medio, dicunt ei: Magiſter, hæc mulier depræhenſa eſt in
ipſo facinore, adulterium committens. * In lege autem Moſes prę-
Leui.20.b. cepit nobis, ut huiuſmodi, lapidarentur. Tu ergo quid dicis? Hoc

autem

autem dicebant tentantes eum, ut poſſent eum accuſare. Ieſus aũt
inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terram. ⁏Vt autem perſe-
uerabant interrogare eum, erexit ⁺ſe,⁺ & dixit eis: Qui ueſtrũm
immunis eſt à peccato, primus in illam lapidem iaciat. Et iterum
⁺ſe⁺ inclinans, ſcribebat in terrã. Audientes autẽ ⁺hęc⁺, ſingulatim
alius poſt alium exibant, initio facto à ſenioribus. Et relictus eſt
ſolus Ieſus, ac mulier in medio ſtans. Quũ autẽ erexiſſet ⁺ſe⁺ Ieſus,
& neminem uideret præter mulierem, dixit ei: Mulier, ubi ſunt
illi tui accuſatores; Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo Ioan.5.b.
Domine. Dixit autem Ieſus: Nec ego te condemno. Vade,* &
poſt hâc ne peccaueris.

B Iterũ ergo Ieſus loquutus eſt eis, dicens: * Ego ſum lux mundi. Ioan.1.a
Qui ſequitur me, nequaꝗ ambulauerit in tenebris, ſed habebit lu- 9.a.12.e
men uitæ. Dixerũt ergo ei Phariſæi: Tu de teipſo teſtificaris, teſti
monium tuum non eſt uerum. Reſpondit Ieſus, & dixit eis: *Et ſi
ego teſtimonium perhibeam de me ipſo, uerum eſt teſtimonium
meum:* quia ſcio unde ueni, & quò uado:* uos autẽ neſcitis, unde *Ioan.7.c.
uenio, & quo uado. Vos ſecundum carnem iudicatis: ego non iu- *Ioan.14.a
dico quenquam. Porrò, & ſi iudicẽ ego, iudicium meũ uerum eſt;
quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me, pater. Quin & in lege
ueſtra ſcriptum eſt: *Quòd duorum hominum teſtimonium uerũ Deut.17.a.
eſt. Ego ſum, qui teſtimonium fero de meipſo,* & teſtimonium 19.c
fert de me, qui miſit me pater. Dicebant ergo ei: Vbi eſt pater Matt.3.b.
tuus? Reſpondit Ieſus: * Neque me noſtis, neque patrem meum. 17.a
Si me nouiſſetis, & patrem meum nouiſſetis. Hæc uerba loquutus Ioan.5.d
eſt Ieſus in Gazophylacio, docens in templo. * Et nemo adpræ-
hendit eum: quia nondum uenerat hora eius. Mar.11.e.

Dixit ergo iterum eis Ieſus: * Ego uado, & quæretis me, & in Luc.10.c
peccato ueſtro moriemini, quò ego uado, uos non poteſtis uenire. Ioan.7.d
Dicebãt ergo Iudæi: Num interficiet ſemetipſum, quia dicit: Quò 13,b
ego uado, uos non poteſtis uenire? Et dicebat eis: Vos ab infernis Ioan.7.d
eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mũdo hoc eſtis, ego nõ ſũ de hoc 13.d.
mundo. Dixi ergo uobis, quòd moriemini in peccatis ueſtris.*Si Mat.16.b
enim non credideritis, quòd ego ſum, moriemini in peccatis Ioã.3.e.7.f
ueſtris. 1.Ioan.5.c

Dicebant ergo ei: Tu quis es? Et dixit eis Ieſus : * Princip- C
um,quia & loquor uobis . Multa habeo , quæ de uobis lo-
Ioan.15.b quar,ac iudicem,ſed qui miſit me , uerax eſt. * Et ego quæ audiui
ab eo,hæc loquor in mundum. Non cognouerunt , quod de patre
eis loquutus eſſet.

Num.21.b Dixit ergo eis Ieſus: * Quum exaltaueritis filiũ hominis, * tũc co-
Ioan.3.b & gnoſcetis,quod ego ſum : & quod ex me ipſo facio nihil:ſed ita , ut
12.d docuit me pater meus, hæc loquor. Et qui me miſit,mecũ eſt. Non
* Ioan.15.d reliquit me ſolum pater: quia ego quæ placita ſunt ei,facio ſemper.
* Ioan 3.e * Hæc illo loquente,multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Ieſus
7.b 12.f 14.a ad eos,qui crediderant ipſi,Iudæos : Si uos manſeritis in ſermone
* Ioan.7.c meo, uere diſcipuli mei eſtis: & cognoſcetis ueritatem , & ueritas
* Rom.6.b liberos reddet uos. Reſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus , neq;
8.a cuiquam ſeruiuimus unquam , quomodo tu dicis : Liberi redde-
Gala.4.a mini?

Rom.6.b. Reſpondit eis Ieſus : Amen amen dico uobis, * quod omnis qui
2.Pet.2.d facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Seruus autem non manet in do-
mo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo filius uos liberos
reddiderit,uere liberi eſtis. Scio, quod ſemen Abrahæ eſtis. Sed
quæritis me interficere, quia ſermo meus non habet locum in uo-
bis. Ego, quod uidi apud patrẽ meum,loquor:& uos igitur quod
uidiſtis apud patrem ueſtrum,facitis.

Reſponderunt,& dixerunt ei: Pater noſter, Abraham eſt. Di- D
cit eis Ieſus: Si filij Abrahæ eſſetis,opera Abrahæ faceretis. Nunc
autem quæritis me interficere, hominem , qui ueritatem uobis lo-
Ioan.3.e quutus ſum, * quã audiui à Deo. Hoc Abraham non fecit. Vos fa-
7.b citis opera patris ueſtri. Dixerunt itaq; ei : Nos è ſtupro non ſu-
mus nati. Vnum patrem habemus, Deum. Dixit eis Ieſus: Si Deus
pater ueſter eſſet, diligeretis utiq; me. Ego enim ex Deo proceſſi,
& uenio. Neq; enim à me ipſo ueni,ſed ille me emãdauit. Quare lo
quelã meã non agnoſcitis? Quia non poteſtis audire ſermonẽ meũ.

Vos ex patre diabolo eſtis,& deſiderijs patris ueſtri uultis ob-
Gene.3.a ſequi. * Ille homicida erat ab initio , & in ueritate non ſtetit: quia
1.Ioan.3.b non eſt ueritas in eo. Quum loquitur mendacium, ex proprijs lo-
quitur: quia mendax eſt,atq; eius * rei * pater. Ego autẽ, quia ueri
tatem

C tatem dico, nõ creditis mihi. Quis ex uobis arguit me de peccato?
Porrò ſi ueritatẽ dico, quare uos nõ creditis mihi? * Qui ex Deo Ioan. 10.a
eſt, uerba Dei audit. Propterea uos nõ auditis, quia ex Deo nõ eſtis 1. Ioan. 4.a
E Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dici-
mus nos: * Quòd Samaritanus es tu, * & dæmoniũ habes? Reſpõdit Ioan. 4.a
Ieſus: Ego dæmonium non habeo, ſed cohoneſto patrem meum: *Ioan. 10.b
& uos ignominia affeciſtis me. Ego autem non quæro gloriam
meam: eſt qui quærit, & iudicat. * Amen amen dico uobis, ſi quis Ioan. 5,c
ſermonem meum ſeruauerit, mortẽ non uidebit in æternũ. Dixe-
runt ergo illi Iudæi: * Nunc cognouimus, quòd dæmoniũ habes. * Matt. 9.d
Abrahã mortuus eſt, & prophetæ, & tu dicis: Si quis ſermonẽ meũ Mar. 3.b
ſeruauerit, neutiquã guſtabit mortem in æternum. Num tu maior Ioan, 7.b
es patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt? Et prophetæ mortui
ſunt. Quem teipſum tu facis? Reſpondit Ieſus: * Si ego glorifico Ioan. 5.c
me ipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus, qui glorificat me,
quem uos dicitis, Deum ueſtrum eſſe: & * tamen non cognouiſtis
eum, ego autem noui eum. Et ſi dixero, quòd non nouerim eum,
ero ſimilis ueſtri, mendax. Sed noui eum, & ſermonem eius ſeruo.
Abraham pater ueſter exultauit, ut uideret diem meum: * & ui- Gene. 17.a.
dit, atq; gauiſus eſt. Dixerũt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta 22.a
annos nondum habes, & Abraham uidiſti? Dixit eis Ieſus: Amen Heb. 11, c
amen dico uobis, antequàm Abrahã factus eſſet, * ego ſum. * Tolle Exo. 3.c
D bant ergo lapides, ut iacerent in eum. * Ieſus autem abſcondit ſe, *Ioan. 10.c
& exiuit è templo. *Luc. 4.d

* *Hic τὴν ἀρχὴν per accuſandi caſum complures interpretantur, in hanc ferè ſententiam: Principium me dico, quia illud ipſum ſum, atque ipſe qui ſum principium, loquor uobis, miſſus nimirum à patre meò. Alij autem accipiunt τὴν ἀρχὴν aduerbialiter poſitum, pro prorſus, aut, inprimis, ut ſit ſenſus: Prorſus is ſum, quem me eſſe dico, quem me eſſe profiteor. Sed pius lector iudicet, conferatque præcedentia cum ſubſequentibus.*

CAPVT NONVM.

A ET præteriens Ieſus, uidit hominem cæcum à natiuitate: &
interrogauerũt eũ diſcipuli eius, dicẽtes: Rabbi, quis pec-
cauit, hic an parẽtes eius, ut cæcus naſceretur? Reſpondit
Ieſus: Neq; hic peccauit, neq; parẽtes eius: * ſed ut manifeſtentur Ioan. 11.a
opera Dei in illo. * Me oportet operari opera eius, qui miſit me, *Ioan. 5.b

donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operari.[b] Quam
Ioan.1.a 8.b 12.c diu fuero in mundo,*lux ſum mundi.

Hoc quum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo: & inunxit lutũ ſuper oculos cæci. Et dixit ei: Vade, laua in piſcina
Eſa.8.b *Siloam, quod interpretandum eſt, miſſus. Abiit ergo, & lauit: & uenit uidens. Itaq; uicini, & qui uiderant eum prius, quod mendicus eſſet, dicebant: Nonne hic eſt, qui ſedebat & mendicabat? Alij dicebant: Hic eſt. Alij rurſus: Similis eſt ei. Ille dicebat: Ego ſum. Dicebãt ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit ille, & dixit: Homo qui dicitur Ieſus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad piſcinam Siloam, & laua. Vt autem abij ac laui, uiſum recepi. Dixerunt ergo ei: Vbi eſt ille? Ait: Neſcio.

Matth.12.a Mar.2.c Luc.6.a Ioan.5.a 7.b Adducunt eum ad Phariſæos, qui dudum cæcus fuerat. *Erat autem Sabbatum, quum lutũ faceret Ieſus, & aperiret oculos eius. B Iterum ergo interrogabant eum & Phariſæi: quomodo uiſum recepiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi impoſuit ſuper oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Nõ eſt hic homo à Deo: quia Sabbatum non obſeruat. Alij autem dicebant:
Matt.21.b. Ioan.7.d 10.b.12b *Ioan.7.d *Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna ædere? Et diſſenſio erat inter eos. Dicunt cæco iterũ: Tu quid dicis de illo? quia aperuit tibi oculos tuos? Ille autem dixit: *Propheta eſt.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quod cæcus fuiſſet, & uiſum recepiſſet, donec uocauerunt parentes eius, qui uiſum receperat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius ueſter, quẽ uos dicitis cæcum natum eſſe? Quomodo ergo nunc uidet? Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus, quod hic eſt filius noſter, & quod cæcus natus eſt: quomodo autem nunc uideat, neſcimus, aut quis eius aperuerit oculos, nos neſcimus. Ipſe ætatem habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquetur. Hæc dixerunt parẽ-
Ioan.11.f 22.f tes eius, quod timerent Iudæos. *Iam enim conſpirauerant Iudæi, C ut ſi quis confiteretur eum eſſe Chriſtum, à ſynagoga excluderetur. Propterea parentes eius dixerunt: Aetatem habet, ipſum interrogate.

Vocauerunt ergo rurſum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt

runt ei : *Da gloriam Deo. Nos ſcimus, quod hic homo peccator Ioſ.7.c
eſt. Reſpondit ergo ille, & dixit : An peccator ſit, neſcio : unum Act.22.d
ſcio, quod cæcus quum fuerim, nunc uideam. Dixerunt ergo illi
iterum : Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Reſpon-
dit eis : Dixi uobis iam, & nonne audiſtis? Quur iterum uultis au-
dire? Num & uos uultis diſcipuli eius fieri? Conuiciati ergo ſunt
ei, & dixerunt : Tu diſcipulus illius eſto, nos autem Moſi diſcipuli
ſumus. Nos ſcimus, quod Moſi loquutus eſt Deus, hunc autem ne-
ſcimus unde ſit.

Reſpondit ille homo, & dixit eis : In hoc enim mirabile quiddā
D eſt, quod uos neſciatis, unde ſit: & +tamen+ aperuit meos oculos.
Scimus autem, quod peccatores Deus non audit, ſed ſi quis Dei
cultor eſt, & uoluntati ipſius obtemperat, hunc audit. A ſeculo
non eſt auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati. Niſi eſſet
hic a Deo, non potuiſſet facere quicquam. Reſponderunt. & dixe-
runt ei: In peccatis tu natus es totus, [c] & tu doces nos? Et eiece-
runt eum foras.

Audiuit Ieſus, quod eieciſſent eum foras, cumq; inueniſſet eū,
dixit ei : Tu credis in filium Dei? Reſpondit ille, & dixit : Et quis
eſt Domine, ut credam in eum? Dixit autē ei Ieſus:* Et uidiſti eū, Mat.26.f
& qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait : Credo Domine. Et ado Mar.14.g.
rauit eum. Ioan.4.d

Et dixit Ieſus : In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui
non uident, uideant : & qui uident, cæci fiant: Et audierunt +qui-
dam+ ex Phariſæis hæc, qui cum ipſo erant, & dixerunt ei: Num
& nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus : * Si cæci eſſetis, non habe- Ioan.15.c
retis peccatum, nunc uero dicitis : Videmus. Idcirco peccatum ue-
ſtrum manet.

[a] *Eadem opera Dei, quæ manifeſtabuntur in illo, innoteſcent per me, qui operarius patris mei ſum. Me itaq; oportet operari. &c.* [b] *Quia in caliginoſo mundo tenebras mea præſentia diſpello & depello.* [c] *Et tu nugator, ſapientes ſacerdotes doces? Et ipſum unanimi conſenſu è templo eiecerunt. Ita Nonnus hunc locum reddidit.*

CAPVT DECIMVM.

Amen

AMen amen dico uobis,qui non intrat per oſtium in ſtabu- A
lum ouiũ,ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt & latro. Qui aũt
intrat per oſtium,paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit,
Ioan.8.d &* oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim,
*Pro.27.c. & educit eas. Et quum proprias oues emiſerit, ante eas uadit, &
oues illum ſequũtur:quia nouerunt uocem eius. Alienũ uerò neu-
tiquã ſequẽtur,ſed effugient ab eo: quia nõ nouerunt uocẽ alieno-
rum. Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt,
quæ eſſent quæ loqueretur eis.

Dixit ergo eis iterum Ieſus: Amen amen dico uobis:* Ego ſum
Ioan.14.a oſtium ouium. Omnes quotquot ante me uenerũt, fures ſunt & la-
trones,ſed non audierũt eos oues. Ego ſum oſtium. Per me ſiquis
introierit, ſeruabitur, & ingredietur, & egredietur : & [a] paſcua
inueniet. Fur non uenit,niſi ut furetur,& mactet,& perdat. Ego
ueni,ut uitam habeant,& abundantius habeant.

Ezec.34.d *Ego ſum paſtor illè bonus. Bonus * paſtor animam ſuam [b] dat B
Mich.5.a pro ouibus. Mercenarius autem,& qui non eſt paſtor,cuius non
*1.Ioan.3.c ſunt oues propriæ,uidet lupum uenientem,ac deſerit oues, fugitq́:
& lupus rapit, ac diſpergit oues. Mercenarius autem fugit,quia
mercenarius eſt:& oues non ſunt illi curæ. Ego ſum paſtor ille bo-
2. Tim. 2.b nus,*& cognoſco * oues * meas, & cognoſcor à meis.*Sicut nouit
*Matth.11.c me pater,ita & ego noui patrẽ: * & animã meã pono pro ouibus.
Lucæ.10.c Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili : illas quoq; opor-
*Mar.10.e tet me adducere, & uocem meam audient. Et fiet unus grex,
unus paſtor.

Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, ut
iterum ſumam eam. Nemo tollit eam à me,ſed ego pono eam à me
ipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam,& poteſtatem habeo rurſus
ſumendi eam: hoc mandatum accepi à patre meo. Diſſenſio igitur
Matth.9.d. iterum facta eſt inter Iudæos, propter ſermones hos. * Dicebant
12.c aũt multi ex ipſis: Dæmoniũ habet,& inſanit. Quid eum auditis?
*Mar.3.c *Alij dicebant: Hæc uerba non ſunt dæmonium habentis. Num
*Ioan.7.d. dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?
8.e.9.b. *Facta ſunt autem [c] Encænia Hieroſolymis, & hyems erat,& C
ambulabat Ieſus in templo* in porticu Solomonis. Circunderunt
ergo

ergo eum Iudæi,& dicebant ei: Quouſq; animam noſtram ſuſpen
dis? Si tu es Chriſtus, dic nobis ingenue. Reſpondit eis Ieſus: *Di- Ioan.1.4.d
xi uobis, nec creditis. * Opera, quæ ego facio nomine patris mei, 9.d
hæc teſtimonium reddunt de me. Sed uos non creditis: quia non *Ioan.5.d
eſtis ex ouibus meis, quemadmodum dicebam uobis: Oues meæ
uocem meam audiunt,& ego cognoſco eas, & ſequuntur me: &
ego uitam æternam do eis, nec peribunt in æternum,* neq; rapiet Ioan.6.e
eas quiſquam*de manu mea. Pater meus, qui dedit mihi, maior om 18.a
nibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu patris mei.* Ego & pa- *Deut.33.a
ter unum ſumus. *Ioan.14.a

*Suſtulerunt ergo rurſum lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Re 17.c
ſpondit eis Ieſus: Multa opera bona oſtendi uobis ex patre meo, *Ioan.8.c
D propter quod eorum operum me lapidatis? Reſponderunt ei Iu-
dæi, dicentes: Ob bonum opus non lapidamus te,*ſed ob blaſphe- Ioan.5.b
miam:& quia tu homo quum ſis, facis teipſum Deum. Reſpondit
eis Ieſus: Nonne ſcriptum eſt in lege ueſtra:* Ego dixi, Dij eſtis? Pſal.81.a
Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt:& non poteſt ſol-
ui ſcriptura*de eo,* quē pater ſanctificauit,& emādauit in mūdū.
* Vos dicitis me blaſphemare, quia dixerim: Filius Dei ſum. Si nō Matt.26.g
facio opera patris mei, nolite credere mihi: ſin uerò facio,& ſi mi- Mar.14.g.
hi non credatis, operibus credite: ut cognoſcatis & credatis, quòd Luc.22.e
pater in me eſt,& ego in eo. *Ioan.9.a

*Quærebant iterum eum adpræhendere,& exiuit de manu eo- 15.c
rum:& abijt iterum trans Iordanem in eum locum,*ubi fuerat Io- *Mat.12.a
annes baptizans primùm, manſitq; illic. Et multi uenerūt ad eum, Mar.3.a
ac dicebant: Ioannes quidem ſignum ædidit nullum.*Omnia autē Ioan.7.b
quæcunq; dixit Ioannes de hoc, uera erant: & crediderunt multi *Ioan.1.a
illic in eum. *Ioan.3.a.

a *In textu Græco eſt ſingularis numeri, ſed indefinitè ſumptum, quia articulo caret.*

b *Græcus habet, ponit. Sed utuntur tum Græci tum Hebræi uerbis ponendi, pro uerbis dandi: & e diuerſo.* *c* *Latinè reddi poteſt, Initialia, aut, Renoualia. Vigeſimus quintus dies menſis Ciſleu: id eſt, Nouembris, eſt Iudæis celebris, uocaturq; ſolennitas Dedicationis, uel Encæniorum, hebraicè* חנוכה *Chanuchah. Græci enim regnante Antiocho Epiphane templum Hieroſolymitanum conſpurcauerant, quod Mattathias, diuino cultui rurſum dedicaſſe legitur.*

CAPVT VNDECIMVM.

Ægrotabat autem quidam, nomine Lazarus, Bethanienſis
Luc.7.e à caſtello Mariæ & Marthæ, huius ſororis. * Maria autẽ
erat ea, quæ unxit Dominum unguento, & exterſit pedes
eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus ægrotabat. Miſerunt ergo
ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, ægro-
tat. Audiens autem Ieſus, dixit: Infirmitas hæc non eſt ad
Ioan.9.a mortem, ſed pro gloria Dei: * ut glorificetur filius Dei per
eam. Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius, & La-
zarum. Vt ergo audiuit, quòd ægrotaret, tum quidem temporis
manſit in eodem loco duobus diebus.

Deinde poſt hoc dicit diſcipulis: Eamus in Iudæam iterum. Di-
Ioan.7.c cunt ei diſcipuli: Rabbi, * modo quærebant te Iudæi lapidare, &
8.e.10.c iterum abis illuc? Reſpondit Ieſus: Nonne duodecim ſunt horæ
diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius
mundi uidet. Si quis ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non
eſt in eo. Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter*
dormit: ſed uado ut à ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſci-
Matth.9.c puli eius: Dñe, ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de mor-
Mar.5.e te eius: at illi putauerunt, quòd de dormitione ſomni diceret.
Luc.8.f Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt, & gau-
deo propter uos, ut credatis quòd non fuerim ibi. Sed eamus ad
Ioan.20.e eum. Dixit ergo Thomas, * qui dicitur Didymus, ad diſcipulos:
Eamus & nos, ut moriamur cum eo.

Venit itaq; Ieſus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumẽ-
to habentem. Erat autẽ Bethania iuxta Hieroſolymam, ferè ſta-
dijs quindecim. Multiq; ex Iudæis uenerant ad Marthã ac Mariã,
ut conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo ut audiuit, quòd
Ieſus ueniſſet, occurrit illi: Maria uerò domi deſidebat.

Ioan.11.d Dixit ergo Martha ad Ieſum: Dñe, ſi fuiſſes hîc, frater meus nõ
fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio, quòd quæcunq; popoſceris à
Deo, daturus ſit tibi deus. Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. Di-
cit ei Martha: Scio, quòd reſurget in reſurrectione, in nouiſſimo
Ioan.14.a die. Dicit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio * & uita*. Qui credit in me,
*Rom.1.b etiã ſi mortuus fuerit, uiuet: & oĩs qui uiuit, & credit in me, nequa-
Ioan.3.b quã morietur in æternũ. Credis hoc? Ait illi: Etiã dñe. Ego credo,
6.f

quòd

A quòd tu ſis Chriſtus ille, filius Dei, qui in mundũ uenturus erat. Et
quũ hæc dixiſſet, abijt, & uocauit Mariã ſororẽ ſuam clanculum,
dicens: Magiſter adeſt, & uocat te. Illa ut audiuit, ſurgit citò, & ue
nit ad eũ. Nondum autem uenerat Ieſus in caſtellum, ſed erat in eo
loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erant cum eo in
domo, & conſolabantur eam, quum uidiſſent Mariam, quòd cito
ſurrexiſſet, & exiſſet, ſequuti ſunt eam, dicentes: Abit ad monu-
mentum, ut ploret ibi.

D Maria ergo quum ueniſſet *eò, *ubi erat Ieſus, uidẽs eũ, accidit
ad pedes eius, & dicit: *Domine, ſi fuiſſes hîc, nõ eſſet mortuus fra Ioan.12.c
ter meus. Ieſus ergo ut uidit eã plorantẽ, & Iudæos qui uenerant
cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit:
Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, ueni & uide. Lachryma- Luc.19.d
tus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce, quomodo amabat eum.
Quidã autẽ ex eis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos Ioan.9.a
cæci, facere, ut & hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum fremens
in ſemetipſo, uenit ad monumentum. Erat autem ſpelunca, & lapis
impoſitus erat ei. Ait Ieſus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror
eius, qui mortuus fuerat: Dñe, iã olet, quatriduanus eſt enĩ. Dicit
ei Ieſus: Nònne dixi tibi, quòd ſi credideris, uiſura eſſes gloriã dei?

E Suſtulerũt ergo lapidẽ *à loco, *ubi *is *qui mortuus fuerat, erat
poſitus. Ieſus autem attollens oculos ſurſum, dixit: Pater, gratias
ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam, quòd ſemper
me audis, * ſed propter turbam, quę circumſtat, dixi: ut credant, Ioan.12.d
quòd tu me emandâris.

Atq; hæc quum dixiſſet, *uoce magna clamauit: Lazare, ueni
foras. *Et prodijt qui fuerat mortuus, manus & pedes habens re-
uinctos faſcijs ſepulchralibus, & facies illius ſudario erat obuin- Ioan.5.c
cta. Dicit eis Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire. Multi ergo ex Iu-
dæis qui uenerant ad Mariam, & uiderant quæ feciſſet Ieſus, cre-
diderunt in eum. Quidam autem ex eis abierunt ad Phariſæos, & Matt.26.a
dixerunt eis, quæ feciſſet Ieſus. Mar.14.a

*Congregauerũt ergo Põtifices & Phariſæi *conciliũ, ac dice- Luc.22.a.
bant: *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna edit? Si permiſe- *Pſal. 2.a.
rimus eũ ſic, omnes credẽt in eum: * Venientq; Rhomani, & tollẽt *Act. 4.b

 Dani.9.d

tum locum noſtrum,tum gentẽ. Vnus aũt quidã ex eis [b]Caiaphas
nomine, quũ eſſet põtifex anni illius,dixit eis: Vos neſcitis quic
Ioan.18.b. quàm,nec perpenditis,*quòd expedit nobis,ut unus homo moria
tur pro populo,ac non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo
non dixit,ſed quũ eſſet pontifex anni illius,uaticinatus eſt, quòd
Ieſus moriturus eſſet pro gente: & non tantum pro gente, ſed ut
Matth.12.b filios Dei,qui erant diſperſi,congregaret in unum.* Ab illo ergo
Matth.3.a die conſultabant* inuicem*, ut interficerent eum.
Ioan.10.d Ieſus ergo iã non propalam ambulabat inter Iudæos, ſed abijt
illinc in regionẽ iuxta deſertũ,in ciuitatem quæ dicitur Ephraïm:
& ibi uerſabatur cum diſcipulis ſuis.
Inſtabat autem Paſcha Iudæorum,& aſcenderunt multi Hiero
ſolymam è regione ante Paſcha,ut purificarent ſe. Quærebant
Ioan.7.a ergo Ieſum,& colloquebantur inter ſe,in templo ſtantes: * Quid
Ioan.9.c uidetur uobis,quòd non uenerit ad diem feſtum? *Dederant aũt
Pontifices & Phariſæi præceptum,ut ſi quis cognouiſſet ubi eſſet,
indicaret,ut comprehenderent eum.

[a] Hac re docemur,ut quemadmodum Lazarus per Chriſtum in uitam reuocatur,accubiturus epulis menſæ Chriſti: Ita quotquot in Chriſtũ credunt,in nouiſſimo die ſuſcitabuntur, & menſæ Chriſti participes erunt. [b] Caiaphas uir impius fuit,ſed quum eſſet Pontifex anni illius,ſpiritus ſanctus eo uſus eſt organo,ex quo totus populus pẽdebat:ut impleretur, quod Domino decretum fuerat.

CAPVT DVODECIMVM.

Matth.26.a IEſus * ergo ante ſex dies Paſchæ uenit Bethaniã,ubi La A
Mar.14.a zarus fuerat mortuus, quẽ ſuſcitauit à mortuis. Fecerunt
Luc.22.a aũt ei cœnã ibi,& Martha miniſtrabat, Lazarus uerò u
Luc.7.d nus erat de numero diſcũbentiũ cũ eo. *Maria ergo accepit librã
unguenti nardi piſticæ precioſæ, & unxit pedes Ieſu, & extersit
pedes eius capillis ſuis: domus aũt impleta eſt ex odore unguenti.
Dicit ergo unus ex diſcipulis eius, Iudas Simonis Iſcariotes, qui
erat eũ proditurus: Quare hoc unguentũ non uænijt trecẽtis de
narijs,& datũ eſt egenis? Dixit aũt hoc, non quòd pauperes illi
Ioan.13.c curæ eſſent,ſed quia fur erat, * ac marſupium habebat,eaq́ue quæ
mittebantur,portabat. Dixit ergo Ieſus: Sine illam, in diem ſepul
turæ meæ ſeruauit iſtud. Pauperes enim ſemper habetis uobiſcũ,
me

me uerò non ſemper habetis.
B Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quòd illic eſſet: & ue-
nerunt, non propter Ieſum tantũ, ſed ut Lazarum quoq; uiderẽt,
*quem ſuſcitauerat à mortuis. Conſultabant autem principes ſa- Ioan. 11. e
cerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum
abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.

*Poſtero die turba multa, quæ uenerat ad diem feſtum, quum Matth. 21. a
audiſſent, quòd ueniret Ieſus Hieroſolymã, acceperũt ramos pal- Mar. 11. a
marum, & proceſſerunt obuiam ei: & clamabant: * Hos anna. Be- Luc. 19. c
nedictus, qui uenit in nomine Domini, rex Iſraël. Nactus autem *Pſa. 117. c
Ieſus* aſellum, ſedit ſuper eum. Sicut ſcriptũ eſt: *Noli timere filia Eſa. 62. e
Sion, ecce rex tuus uenit, ſedens ſuper pullum aſinæ. Hæc autem Zach. 9. b
non cognouerunt diſcipuli eius primùm, ſed quando glorifica-
tus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quòd hæc eſſent ſcripta de eo, &
quòd hæc feciſſent ei.

Teſtificabatur igitur turba, quæ erat cum eo, quando Laza-
rum uocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mortuis. Propte-
rea & obuiam uenit ei turba, quòd audierant eum ædidiſſe hoc
ſignum. Phariſæi autem dixerunt inter ſe: * Videtis, quòd nihil Ioan. 11. e.
proficitis? Ecce, mundus poſt eum abit.

C *Erant autem quidam Græci ex his, qui aſcendebant, ut adora 3 Reg. 8. f
rent in feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, * qui erat à Beth- Act. 8. c
ſaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Dñe, uolumus Ieſum ui *Ioan. 1. e
dere. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rurſum & Phi- Ioan. 13. d
lippus dicunt Ieſu. Ieſus autem reſpondit eis, dicens: * Venit hora, 17. a
ut glorificetur filius hominis. *Eſa. 53. c

Amen amen dico uobis, *niſi granum frumẽti deiectum in ter- 1. Cor. 15. d
ram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi uerò mortuum fuerit, *Mat. 10. e
multũ fructum affert. * Qui amat animam ſuam, perdet eam: & Mar. 8. e
qui odit animã ſuam in hoc mũdo, in uitam æternam cuſtodiet eã. Luc. 9. c.
Et ſi quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Et ubi ego ſum, illic & mini 17. d
ſter meus erit. Et ſiquis mihi miniſtrauerit, cohoneſtabit eũ pater.
D * Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater ſeruato Matt. 26. d.
me ex hac hora. Sed propterea ueni in hanc horam. Pater, illu- Matt. 14. d.
ſtra nomen tuum. Venit ergo uox de cœlo, *dicens*: Et illuſtraui, Luc. 22. c

& rurſum illuſtrabo. Turba ergo quæ ſtabat & audierat, dicebat:
Tonitruũ eſſe factum. Alij dicebant: Angelus ei loquutus eſt. Re-
Ioan.11.e ſpondit Ieſus, & dixit: * Non propter me, hæc uox facta eſt, ſed
propter uos.

Nunc iudicium eſt mundi huius. Nunc princeps huius mundi
Ioā.3.b.8.c eijcietur foras.* Et ego ſi * exaltatus fuero à terra, omnes traham
*Num.21.b ad me ipſum. Hoc autem dicebat, ſignificans quali morte eſſet mo-
Pſa.109.a riturus. Reſpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quòd Chri-
Eſa.9.b ſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis: oportet exaltari fili-
Dani.7.c um hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus:
Mich.5.a * Adhuc ad breue tempus lumẽ uobiſcũ eſt. Ambulate, donec lucẽ
*Ephe.5.a. habeatis: ne uos tenebræ occupẽt. Et qui ambulat in tenebris, ne-
1.Theſ.5.a ſcit quò uadat. Dũ lucẽ habetis, credite in lucẽ: ut filij lucis ſitis.
*Ioan.8.b Hæc loquutus eſt Ieſus: ac digreſſus, abſcondit ſe ab eis. Quum
autem tam multa ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum: ut
ſermo Eſaiæ prophetæ impleretur, quem dixit: * Domine, [b] quis
Eſa.53.a credidit auditui noſtro? Et brachium Domini cui reuelatum
Rom.10.c eſt? Propterea nõ poterãt credere, quia iterũ dixit Eſaias: *Excæ-
*Eſa.6.b cauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: ne uideant oculis, &
ne intelligant corde: & conuertantur, & ſanem eos. Hæc dixit
Eſaias, quando uidit gloriam eius, & loquutus eſt de eo.* Verun-
Ioan.7.e tamen etiam ex principibus multi crediderũt in eum, ſed propter
Phariſæos non confitebantur: *ne è ſynagoga eijcerentur. * Dilo-
Ioan.9.c xerunt enim gloriã hominũ magis, quàm gloriam Dei.
*Ioan.5.d Ieſus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in
me, ſed in eum, qui miſit me. Et qui uidet me, uidet eum, qui miſit
me.* Ego, lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tene-
Ioan.3.c bris non maneat. Et ſi quis audierit uerba mea, & non crediderit,
8.b.9.a ego non iudico eum. Non* enim ueni, ut iudicem mundum, ſed ut
*Ioan.3.c ſeruem mundum. Qui reijcit me, nec accipit uerba mea, habet qui
iudicet ipſum.* Sermo, quem loquutus ſum, ille iudicabit eum in
Deut.18.c extremo die: quia ego ex me ipſo non ſum loquutus, ſed qui mi-
Ioan.16.b ſit me pater, ipſe mihi mãdatum dedit, quid dicam, & quid loquar.
Et ſcio, quòd mandatũ eius, uita æterna eſt. Quę ergo ego loquor,
ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.

[a] *Aſellum interpretor ὀνάριον. Habes enim in prophetia, pullum aſinæ, quem Euangeliſta ὀνάριον id eſt, aſellum adpellat* [b] *Quis credidit ſermoni, aut, prædicationi noſtræ?*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

ANte feſtum autē Paſchæ, ſciens Ieſus, quód ueniſſet hora
ipſius, ut tranſiret ex hoc mundo ad patrem, quū dilexiſſet
ſuos qui erant in mundo, uſq; ad finem dilexit eos. Et cœ-
na facta, * quum [a] diabolus iam immiſiſſet in cor Iudæ Simonis Matt.24.b
Iſcariotæ, ut proderet eum, * ſciens Ieſus, quod omnia dediſſet ſi- Mar.14.b
bi pater in manus, & quód à Deo exiſſet, & ad Deū abiret, ſurgit Luc.22.a
à cœna, * & ponit ueſtimenta: quumq; accepiſſet linteū, præcinxit * Matt.11.e
ſe. Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipu- Luc.10.c
lorum, & extergere linteo, quo præcinctus erat. * Ioan.19.e

Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei ille: * Domine, Matth.3.b
tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio,
tu nunc neſcis, ſcies autē poſtea. Dicit ei Petrus: Nequaq; laueris
meos pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus: * Si non lauero te, Pſal.50.a
non habes partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non
tantum pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus: Qui lo-
tus eſt, non opus habet, niſi ut pedes lauet, ſed eſt mundus totus.
B Et uos mundi eſtis, * ſed non omnes. Sciebat enim, quisnam eſſet, Ioan.6.g
qui proderet ipſum. Propterea dixit: Non eſtis mundi omnes.

Poſtquam ergo lauiſſet pedes eorum, receptisq; ueſtibus ſuis ac-
cubuiſſet, iterum dixit eis: Scitis, quid fecerim uobis? Vos uocatis
me, Magiſtrum ac Dominum, & bene dicitis: ſum etenim. * Si er- Gala.6.a
go ego laui pedes ueſtros Dominus & magiſter, uos quoq; debe- Ephe.5.a
tis inuicem, alij aliorum pedes lauare. * [b] Exemplū enim præbui uo- 1. Pet.2.c
bis, ut quemadmodū ego feci uobis, * ita * & uos faciatis. Amē amē *Matt.10.c
dico uobis, * non eſt ſeruus maior domino ſuo: neq; legatus maior Luc.6.d
eſt eo, qui legauit ipſum. Ioan.15.b.

*Si hæc nouiſtis, beati eſtis, ſi feceritis ea. Non de omnibus lo- * Mat.5.b.
quor uobis. Ego ſciò, quos elegerim. Sed ut impleatur ſcriptura: *Pſal.40.b
* Qui [c] edit mecum panem, ſuſtulit aduerſum me calcaneum ſuū. *Ioan.14.c
* Nunc dico uobis priuſquam fiat, ut quum factum fuerit, creda- 1.6.a
C tis, quód ego ſum. * Amen amen dico uobis, qui recipit *Matt.10.e Mar.9.d
quē- Luc.10.b

quemcunq; miſero, me recipit. Qui autem me recipit, recipit eum
qui emandauit me.

Quum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & teſtificatus eſt,
Matt.26.b dixitq;: * Amen amen dico uobis, *quod unus ex uobis proditu-
Mar 14.c rus eſt me. Aſpiciebant ergo ſe inuicē diſcipuli, hęſitantes, de quo-
Lucæ 22.a diceret. Erat autem unus ex diſcipulis Ieſu, recumbens in ſinu ipſi-
*1.Ioan.2.a us: *nimirū is, **quē diligebat Ieſus. Innuit ergo huic Simō Petrus,
Actuū 20.d ut ſciſcitaretur, quis eſſet de quo loqueretur. Itaq; quum recubuiſ-
*Ioan 20.a ſet ille ſuper pectus Ieſu, dicit ei: Domine, quis eſt? Reſpondit Ie-
21.d ſus: Ille eſt, cui ego intinctam offulā porrexero. Et quum intinxiſ-
ſet offulam, dat Iudæ Simonis Iſcariotæ. Et poſt offulam tunc in-
greſſus eſt in eum Satanas.

Dicit igitur ei Ieſus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo di-
ſcumbentium intelligebat, ad quid dixiſſet ei. Quidam enim puta-
Ioan.12.a bant, *quia loculos habebat Iudās, quód dixiſſet ei Ieſus: Eme ea,
quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum, aut egenis ut aliquid daret.
Ioan.18.a *Quum ergo accepiſſet ille offulam, exiuit continuó. Erat autem D
*Ioan.12.c. nox. Quū ergo exiſſet, dicit Ieſus: *Nunc glorificatus eſt filius ho-
17.a minis, & Deus glorificatus eſt per eū. Si Deus glorificatus eſt per
eum, & Deus glorificabit eum per ſe, & continuó glorificabit eū.

Ioan.7.d Filioli, adhuc pauliſper uobiſcum ſum. * Quæretis me, & ſicut
8.b dixi Iudæis, quó ego abeo, uos non poteſtis uenire: ita & uobis di-
*Ioan.15.b co nunc. *Præceptum nouum do uobis, ut diligatis uos mutuó, ſi-
*1.Ioā.2.a cut dilexi uos, ut & uos diligatis uos mutuó. In *hoc cognoſcent
3.b omnes, quód diſcipuli mei ſitis, ſi charitatem habueritis inter uos
mutuam. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quó abis? Reſpondit
Ioan.21.d ei Ieſus: Quó ego abeo, non potes me nūc ſequi, * ſequêris autem
Mat 26.c me poſtea. Dicit ei Petrus: Dn̄e, quare non poſſum te ſequi nūc?
Mar.14.c Animam meam pro te ponam. Reſpondit ei Ieſus: Animam tuam
Lucæ 22.c pro me pones? Amen amen dico tibi, * nequaquā canet gallus, do-
*Ioan.18.d. nec ter me abnegaueris.

[a] Vides pie lector, Deum neutiquam mali ſceleris autorem eſſe. [b] Exemplum ſuæ dilectionis Chriſtus ſuis diſcipulis imitandum propoſuit. [c] Quem ego meo cibo educo, is me opprimere, meq; peſſundare laborauit.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Et

A ET dixit diſcipulis ſuis: Ne turbetur cor ueſtrum. Creditis
in Deum, & in me credite. In domo patris mei, manſiones
multæ ſunt. Quòd ſi ſecus +eſſet,+ dixiſſem uobis: Vado
paraturus uobis locum. Et ſi abiero ad parandum uobis locum,
iterum ueniam, & aſſumam uos ad me ipſum, ut ubi ego ſum, &
uos ſitis: * & quò ego uado ſcitis, & uiam ſcitis. Ioan.8.b

Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus, quò uadis, & quomodo
poſſumus uiam ſcire? Dicit ei Ieſus: Ego ſum uia, & ueritas,* & Ioan.1.a
uita.* Nemo uenit ad patrem, niſi per me. Si cognouiſſetis me, & 11.c
patrem meum utique cognouiſſetis. Et nunc cognoſcitis eum, & *Ioan.6.c
uidiſtis eum.

Dicit ei Philippus: Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit
nobis. Dicit ei Ieſus: Tanto tempore uobiſcum ſum, & non co-
gnouiſti me? Philippe, qui uidit me, uidit patrē. Et quomodo tu
dicis: Oſtende nobis patrem? * Non credis, quòd ego in patre Ioan.10.e
+ſum+, & pater in me eſt? * Verba, quæ ego loquor uobis, à me ipſo *Ioan.3.e
nō loquor. Pater autē in me manēs, ipſe facit opera. Credite mihi, 7.b.8.c.
quòd ego in patre +ſum,+ & pater in me eſt, alioqui propter ipſa 12.f.14.c.
facta credite mihi.

B Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio,
& ipſe faciet, & maiora his faciet: quia ego ad meū patrem uado. Matt. 21.c
* Et quicquid petieritis, nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Mar.11.c
pater per filium. Siquid petieritis per nomen meum, ego faciam. Ioan.15.a
Si diligitis me, præcepta mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, 16.c
& alium [a] conſolatorem dabit uobis: ut maneat uobiſcum in æter
num, ſpiritum ueritatis, quem mundus non poteſt accipere: Quia
non uidet eum, nec nouit eum. Vos autem cognoſcitis eum, quia
apud uos manet, & in uobis erit.* Non relinquam uos orphanos, Pſal.45.a
ueniam ad uos. Adhuc puſillum, & mundus me iam non uidet: Mat.28.c
* Vos autem uidetis me. Quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die *Ioan.20.b
uos cognoſcetis, quòd ego + ſum + in patre meo, & uos in me, & c.d.21.a.b
ego in uobis.

* Qui [b] habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt, qui diligit me. Ioan.15.a
Qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, 1. Ioan.5.a.
C & aperiam ei meipſum. Dicit ei Iudas, non ille Iſcariotes: Domine, Act.15.c

quid factum eſt, quod manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones

Ioan.3.c meos non ſeruat: * & ſermo quem auditis, non eſt meus, ſed eius
7.b.8.c.12.f qui miſit me, patris. Hæc loquutus ſum uobis, apud uos manens.
14.a Paracletus autem ille, qui eſt ſpiritus ſanctus, * quem ᵃ ſpiritum *
*Act.2.a mittet pater nomine meo, ᵇ ille uos docebit omnia, & ſuggeret
2.Tim.1.a uobis omnia, quæcunque dixi uobis.

*Ioan.16.b Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: non quomodo mundus dat, ego do uobis. Ne turbetur cor ueſtrum, neque formidet. Audiſtis, quod ego dixi uobis: Abeo, & uenio ad uos. Si dilexeritis me, gauderetis utique quod dixerim: Vado ad patrem,

Ioan.13.b quia pater maior me eſt. * Et nunc dixi uobis, priuſquam fiat, ut
16. quum factum fuerit, credatis. Poſthac non multa loquar uobiſcū,
*Ioan.12.d uenit enim * princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoſcat mundus, quod diligo patrem: & ſicut mandatū dedit mihi pater, ſic facio. Surgite eamus hinc.

ᵃ Paracletum, non perperam, per aduocatum, hoc loco reddideris. ᵇ Hic uerum Christianū deſcribi audis. Nempe illum, qui amantem redamat, eiuſque præceptis obtemperat.

CAPVT DECIMVM QVINTVM. A

Eccle.24.c EGo ſum * uitis illa uera, & pater meus agricola eſt. Omnē palmitem in me, non ferentem fructum, tollit: & omnem qui fert fructum, purgat, ut fructum copioſiorē adferat.

Ioan.13.b Iam * uos mundi eſtis, propter ſermonē, quē loquutus ſum uobis.
Act.15.b Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes nō poteſt ferre fructū à ſemetipſo, niſi manſerit in uite: ſic nec uos, niſi in me manſeritis.

Ego ſum uitis, uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit, eiectus eſt foras ſicut palmes, & aruit: & col-

Mat.21.c ligunt eos, & in ignem coniiciunt, & ardent. Si manſeritis in me,
Mar.11.c * & uerba mea in uobis manſerint: quicquid uolueritis, petetis,
Ioan.14.b &
16.c

& ſiet uobis. In hoc glorificatus eſt pater meus, ut fructum copio-
B ſum adferatis, & efficiamini mei diſcipuli.

Sicut dilexit me pater, *ita* & ego dilexi uos. Manete in dilectio
ne mea.* Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione Ioan. 14.b.
mea, ſicut ego patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius di-
lectione. Hæc loquutus ſum uobis, ut gaudium meũ in uobis ma-
neat, & gaudium ueſtrum impleatur.* Hoc eſt pręceptum meum, Ioan.13.d
ut diligatis uos inuicem, ſicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionẽ 1.Ioan.3.c.
nemo habet, ut quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis.* Vos *Matt.12.c
amici mei eſtis, ſi feceritis quæcunque ego præcipio uobis. Non
poſt hǽc uos dico, ſeruos: quia ſeruus neſcit, quid faciat dominus
ipſius. Vos autem dixi, amicos: * quia omnia quæ audiui á patre Ioan.8.c
meo, nota feci uobis.

Non uos me elegiſtis, ſed ego * elegi uos, & conſtitui uos, ut Ephe.1.a
abeatis * & fructũ adferatis, & fructus ueſter maneat: ut quicquid *Collo.1.a
petieritis patrem nomine meo, det uobis.

Hæc præcipio uobis, ut diligatis *uos *mutuó.* Si mundus uos 1.Ioan.3.b
odit, ſcitis, quód me prius quám uos, odio habuerit. Si de mundo
fuiſſetis, mundus quod ſuum eſt, diligeret. Quia ueró de mundo
non eſtis, ſed ego ſelegi uos de mundo, propterea odit uos mũdus.
Mementote ſermonis, quem ego dixi uobis:* Non eſt ſeruus ma- Matth.10.c
ior domino ſuo. Si me perſequuti ſunt, & uos perſequentur: ſi ſer- Luc.6.d
monem meum ſeruauerunt, & ueſtrum ſeruabunt. Ioan.13.b

*Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meum: quia nõ *Ioan.16.a
C nouerunt eum, qui miſit me. Si non ueniſſem, & loquutus eis fuiſ-
ſem, peccatum non haberent. Nunc autem prætextum non habẽt
de peccato ſuo. Qui me odit, *is *& patrem meum odit. *Si opera Ioan.9.d
non feciſſem inter eos, quæ nemo alius fecit, peccatum non habe- 10.d
rent. Nunc autem, & uiderunt & oderunt, tum me, tum etiam
patrem meum. Sed * hoc accidit, * ut compleatur ſermo, qui in Pſal.34.e.
lege eorum ſcriptus eſt:* Odio habuerunt me gratis. Quum autẽ 68.a
uenerit paracletus,* quem ego mittam uobis á patre, ſpiritus ue- *Ioan.14.b
ritatis, qui á patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. 16.a
*Quin & uos teſtes eſtis: quia ab initio mecum eſtis. Act.2.a

Et *Act.1.a

 2.d

** Et præcepta mea uobis cordi fuerint. Infra enim dicitur. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, hoc eſt, ego uos dilexero. Item, uos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæcunque ego præcipio uobis.*

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Matth.10.b HAec loquutus ſum uobis, ut nequid offendamini. A * ſyna A
24.a goga excludent uos.* Sed ueniet tempus, ut quiſquis inter
Luc.21.b ficiat uos, uideatur cultum præſtare Deo.* Et hæc facient
*Act.9.a uobis: quia non nouerunt patrem, neque me. * Sed hæc loquutus
*Ioan.15.b ſum uobis, ut quum uenerit tempus illud, reminiſcamini eorum,
1.Cor.2.a. quod ego dixerim uobis. Hæc autem ab initio nõ dixi uobis: quia
*Ioan.13.b uobiſcum eram.
14.c Nunc autem uado ad eum, qui miſit me, & nemo ex uobis interrogat me: Quo uadis? Sed quia hæc loquutus ſum uobis, mœſtitudo impleuit cor ueſtrum. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis, ut ego uadam. Si enim non abiero, conſolator ille non
Ioan.14.c. ueniet ad uos: ſin autem abiero,* mittam eum ad uos. Et quum
15.c uenerit ille, arguet mundũ de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia nõ credunt in me. De iuſtitia uero: quia ad patrem uado, & poſthac non uidetis me. De iudicio autẽ: quia
Ioan.12.d * princeps huius mundi *iam* iudicatus eſt.
Adhæc multa habeo, quæ uobis dicã, ſed non poteſtis portare B
Ioan.14.c. nunc. Quum autem uenerit ille, qui eſt ſpiritus ueritatis, * ducet
*Ioan.12.f uos in omnem ueritatem. * Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audierit, loquetur: & quæ futura ſunt, annunciabit uobis. Ille me glorificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit uo
Matth.11.e bis.* Omnia, quęcunque habet pater, mea ſunt. Propterea dixi,
Luc.10.c quod de meo accipiet, & annunciabit uobis.
Ioan 3 e * Puſillum, & nõ uidetis me: & iterũ puſillum, & uidebitis me.
*Ioan.7.d. Quia ego uado ad patrem. Dixerunt ergo quidam ex diſcipulis eius inter ſe: Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Puſillũ, & non uidetis me, & rurſus puſillũ, & uidebitis me, & quia ego uado ad patrẽ? Dicebant ergo: Quid eſt hoc, quod dicit: Puſillũ? Neſcimus, quid loquatur. Cognouit autẽ Ieſus, quod uellẽt ipſum interrogare & dixit eis; De hoc quæritis inter uos, quod dixi: Puſillũ, & non uidetis

C uidetis me, & iterũ puſillũ, & uidebitis me? Amẽ amẽ dico uobis,
plorabitis & lamentabimini uos, mundus contra gaudebit. Vos
autẽ mœrore afficiemini, * ſed mœror ueſter uertetur in gaudiũ. Ioan.20.e
* Mulier quum parit, dolorem habet, quia uenit hora eius: *Eſa.25.c
quum autem genuerit puellum, non amplius meminit anxietatis,
propter gaudium, quod homo genitus ſit in mundũ. Et uos igitur
nunc quidem mœrorem habetis, ſed iterũ uidebo uos, & gaude-
bit cor ueſtrum: & gaudium ueſtrum nemo tollit à uobis. Et in
illo die me nõ interrogabitis quicquam.* Amen amen dico uobis, Matth.7.a.
quæcunque petieritis patrem, in nomine meo, dabit uobis. Hacte- 21.c
nus non petiſtis quicquam, in nomine meo. Petite & accipietis: ut Mar.11.c
gaudium ueſtrum ſit perfectum. Luc.11.b
* Hæc per prouerbia loquutus ſum uobis. Veniet tempus, quũ Ioan.14.b
iam nõ per ꝓuerbia loquar uobis, ſed palàm de patre meo, annun- 15.a.
D ciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico uobis, *Matt.13.a
quòd ego rogaturus ſum patrem pro uobis. Ipſe enim pater amat Mar.4.a
uos: quia uos me amaſtis, & credidiſtis, quòd ego à Deo exierim.
* Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, &
uado ad patrem. Ioan.20.b.

Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce, nunc apertè loqueris, nunc pro-
uerbiũ nullum dicis.* Nunc ſcimus, quòd ſcis omnia, nec opus eſt
tibi, ut quis te interroget. Per hoc credimus, quòd à Deo exiſti. Ioan.21.c
Reſpondit eis Ieſus: Nunc creditis. [a] Ecce,* inſtat tempus, & *Zach.13.b
iam uenit, ut diſpergamini, unuſquiſque in ſua, meq; ſolum relin- Matt.26.c.
quatis: *& ⁺tamen⁺ non ſum ſolus, quia pater mecum eſt. Mar.14.d

Hæc loquutus ſum uobis, ut in me * pacem habeatis. In mundo *Ioan.14.b
adflictionem habetis, ſed bono animo ſitis: ego uici mundum. *Rom.5.a

[a] *Inſtat hora, & iam adeſt, quando in fugam conuerſi, quiſque in domum ſuam, alius ab alio dilapſus, & me ſolo relicto, diſpergemini.*

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Ioan.12.e
13.d

A HAec loquutus eſt Ieſus, & ſublatis in cœlum oculis ſuis, di- *Ioan.5.b
xit:* Pater, uenit hora, glorifica filiũ tuum, ut & filius tuus 1.Ioan.1.a.
glorificet te: ſicut dediſti ei* poteſtatem omnis carnis, ut
quotquot dediſti ei, det eis uitam æternam. * Hæc eſt autem uita

*Hie.9.d æterna, *ut cognoſcant te ſolum,uerum Deum, & quẽ emãdaſti,
* Ioan.19 c Ieſum Chriſtum. Ego te glorificaui ſuper terram, * opus conſum-
maui,quod dediſti mihi ut facerem. Et nunc glorifica me tu pater,
apud temetipſum,gloria quam habui, prius quã hic mundus eſſet
apud te. Manifeſtaui nomen tuũ hominibus, quos dediſti mihi de
mundo. Tui erant,& mihi eos dediſti:& ſermonem tuum ſeruaue-
rũt. Nunc cognouerunt, quod omnia quæcunq; dediſti mihi,abs
Ioan.4.e te ſunt.*Quia uerba,quæ dediſti mihi,dedi eis:& ipſi acceperunt,
& cognouerunt uere,quod a te exiui,& crediderunt, quod tu me
emandaſti.

1. Ioan.2.c. Ego pro eis rogo,*non pro mundo rogo,ſed pro his, quos de- B
diſti mihi:quia tui ſunt. Et mea omnia,tua ſunt: & tua, mea ſunt.
Et glorificatus ſum in eis. Et iã non ſum in mundo:& hi in mundo
ſunt,& ego ad te uenio. Pater ſancte, ſerua eos per nomen tuum,
Eſa.8.d *quos dediſti mihi,ut ſint unum,ſicut & nos. Quum eſſem cum eis
Ioan.18.a in mundo, ego ſeruabã eos nomine tuo. Quos dediſti mihi, *ego*
Pſal.40.b cuſtodiui,& nemo ex eis periit,niſi [a] filius perditionis: * ut ſcri-
108.a. pturæ compleretur.

1.Ioan.1.a Nunc autem ad te uenio,& hæc loquor in mundo,ut habeant
*Ioan.15.b gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego tradidi eis ſermonem
Sapi.2.c tuum,*& mundus eos odio habuit:quia non ſunt de mundo, ſicut
*Matt.6.b. *&* ego non ſum de mũdo. Non rogo,ut tollas eos e mũdo,ſed [b]ut
Ioan.8.d. ſerues eos a malo. De mũdo non ſunt,ſicut&*ego nõ ſum de mũ-
Ioan.20.c do. Sanctifica eos per ueritatẽ tuam. Sermo tuus ueritas eſt. * Si-
cut*tu*me emandaſti in mundũ,*ita*& ego emandaui eos in mun
dum, & pro eis ego ſanctifico meipſum,ut ſint & ipſi ſanctificati
per ueritatem. C

Non pro eis autem rogo tãtum,ſed & pro iis qui credituri ſunt
Gala.3.d per ſermonem eorum in me:ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in
me,& ego in te, ut & ipſi in nobis * unum ſint,ut credat mundus,
quod tu me emãdaris. Et ego gloriã,quã dediſti mihi, dedi eis:ut
ſint unum,ſicut nos unum ſumus. Ego in eis, & tu in me, ut ſint
conſummati in unum:& ut cognoſcat mundus, quod tu me eman-
daſti,& dilexiſti eos,ſicut *&* me dilexiſti.

Ioan.12.c Pater,quos dediſti mihi, uolo ut ubi ſum ego,& illi ſint mecũ
14.a

ut uide

ut uideant gloriam meam, quam dediſti mihi: quia dilexiſti me an-
te conditum mundum.* Pater iuſte, & mundus te nō cognouit, ego Matt.11.e
autē te cognoui: & hi cognouerunt, quod tu me emādâris. Et notū Ioan.15.c
feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio qua dilexiſti me, 16.0
in ipſis ſit, & ego in ipſis

[a] *Audis phraſim Hebræis uſitatiſsimam, ſic ſpiritus ſanctificationis, ſpiritus ſanctus ſanctificans. Deus pacis, pro Deo pacifico, lex mortis, pro lege mortifera, filius perditionis pro filio perdente & perdito.* [b] *Sed ut illos oculis inconniuis ab inauſpicato fœdere dæmonis, malorum autoris cuſtodias.* Hæc Nonnus.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

HAec [a] quum dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis, Matth.26.a
A trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introi- Mar.14.d
uit ipſe, & diſcipuli eius. Nouerat autem & Iudas, qui pro Luc.22.c.
debat eum, locum: quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum di-
ſcipulis ſuis.* Iudas ergo quum accepiſſet cohortem, & a Pontifi- Mat.26.e
cibus ac Phariſæis miniſtros, uenit illuc, cum laternis ac facibus, Mar.14.e
& armis. Ieſus itaq; ſciens omnia, quę uentura erant ſuper ſe, pro- Lucæ.22.d
ceſſit, ac dixit eis: Quem quęritis? Reſponderunt ei: Ieſum Naza-
renum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum.

Stabat autem & Iudas, qui prodebat eum, cum ipſis. Vt ergo
dixit eis: Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.
Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerūt:
Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus: Dixi uobis, quod ego ſum.
Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. Vt compleretur ſermo,
quem dixerat: * Ex ĳs, quos dediſti mihi, non perdidi quen- Ioan.17.b
quam.

B Simon ergo Petrus quū haberet gladiū, eduxit eū, & percuſſit
Pontificis ſeruū, et abſcidit auriculā eius dexterā. Erat autē nomē
ſeruo, Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro: Immitte gladiū tuū in ua-
ginā. An nō bibā poculū, quod dedit mihi pater? * Cohors igitur Matt.26.f.
& tribunus, ac miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & Mar.14.f
ligauerunt eum, & abduxerunt eum ad Annam primum: erat Luc.22.d
enim ſocer Caiaphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem
Caiaphas is, qui conſilium dederat Iudæis, quod expediret unū
homi-

hominem perire pro populo.

Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus,& alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille notus erat Pontifici,& introiuit cū Ieſu in atrium Pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus ille alter,qui erat notus Pontifici,& dixit oſtiariæ: & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria: Num & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum. Stabant autem ſerui & miniſtri,qui prunas congeſſerant,quia frigus erat,& calefaciebant ſe. Erat autem cum eis & Petrus,ſtans & calefaciens ſe.

Pontifex ergo, [b] interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis,& de do-
Ioan.7.b ctrina ipſius. Reſpōdit ei Ieſus: Ego palam loquutus ſum mundo,
ego ſemper docui in ſynagoga,& in templo,quò omnes Iudæi cō-
ueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil. Quid me interrogas?
Interroga eos,qui audierunt,quid loquutus ſim ipſis. Ecce, hi ſci-
Hiere.20.a unt,quæ dixerim ego. *Hæc autē quum dixiſſet, unus aſſiſtens
Matt.26.g. miniſtrorum,dedit alapam Ieſu, dicens: Siccine reſpondes Pon-
Act.23.a tifici? Reſpondit ei Ieſus: Si male loquutus ſum, teſtificare de ma-
lo:ſin bene,quur me cædis? Et miſit eum Annas uinctum ad Caia
Matt.26.g pham Pontificem. Stabat autem Simon Petrus, & calefaciebat ſe.
Mar.14.g. Dixerunt ergo ei: Num & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille,&
Luc.22.d dixit: Nō ſum. Dicit *ei* unus ex ſeruis Pōtificis,cognatus *eius,*
cuius abſciderat Petrus auriculam: Nónne ego te uidi in horto cū
Ioan.13.d illo? Iterum ergo negauit Petrus. Et * ſtatim gallus cecinit. * Du-
*Mat.27 cunt ergo Ieſum à Caiapha in prætoriū. Erat autem manè,& ipſi
Mar.15.a non introierunt in prætorium,ne contaminarentur, ſed ut ederēt
Luc.23.a Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras,& dixit: Quā accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt,& dixerunt ei: Si non eſſet hic nocens, haud quaquā tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & ſecundum legem ueſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: [c] Nobis non licet in-
Ioan.12.d terficere quenquam. Vt ſermo Ieſu impleretur, *quē dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus.

Matt.27.b *Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus,& uocauit Ieſum,
Mar.15.a & dixit ei: Tu es ille rex Iudæorum? Reſpondit Ieſus: A temet-
Luc.23.a ipſo tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Reſpondit Pilatus:

Num

E Nūquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te
mihi. Quid feciſti? Reſpondit Ieſus: Regnum meū non eſt ex hoc
mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utiq;
decertarent, ne traderer Iudæis. *Nunc autem regnum meum non Ioan. 6. b
eſt hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpōdit Ieſus: Tu
dicis, quòd rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in
mundum, ut teſtimonium feram ueritati. Omnis, qui eſt ex ueritate,
audit uocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt ueritas?

Et quum hoc dixiſſet, iterum prodijt ad Iudæos, & dicit eis:
* Ego nullam in eo inuenio cauſſam. Eſt * autem conſuetudo uobis, Matth. 27. e
ut unum dimittam uobis in Paſcha: Vultis'ne ergo dimittam Mar. 15. b
uobis illū regē Iudæorū? Clamauerunt igitur rurſum omnes, di- Luc. 23. b
centes: Non hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro. * Mat. 27. b

[a] Quia Chriſtus à ſuo patre in hunc mundum miſſus fuerat, non quidem ut uerbum ſalutis mundo tantum annunciaret, ſed ut & ſe pro ſalute totius mundi in mortem traderet. Itaq; poſt Chriſti doctrinā, mox eius paſſionem deſcriptam uidemus. [b] Ieſus interrogatus de diſcipulis ſuis, eos non prodidit, deditq; nobis exemplum, ſe quoq;, (ſi quādo idem acciderit) imitandi [c] Iudæis non licuit interficere quenq̄, quia proprium magiſtratum non habebant. Non erant enim ſui iuris, ſed ſub poteſtate Cæſarea. Atq; hic additur: Vt ſermo Ieſu impleretur, prædixerat enim ſe tradendum gentibus, à quibus occidatur. Luc. 18.

Mar. 15. a
Luc. 23. a

CAPVT DECIMVM NONVM.

A TVnc* ergo adprēhēdit Pilatus Ieſum, & flagellauit: & mi- Matt. 27. e.
lites plectentes coronā de ſpinis, impoſuerunt capiti eius. Mar. 15. b
Et pallio purpureo circūdederūt eū, ac dicebāt: Aue rex Luc. 23. b
Iudæorū. Et dabāt ei alapas. Exiuit ergo iterū Pilatus foras, & di-
cit eis: Ecce, duco uobis eū foras, ut cognoſcatis, quòd nullā in eo
inuenio cauſſam. Exiuit ergo Ieſus foras, geſtās ſpineā coronā, &
purpureū palliū, & dicit eis: Ecce, homo. Quū ergo uidiſſent eū
Pōtifices & miniſtri, clamabāt, dicētes: Crucifige, crucifige. Dicit
eis Pilatus: Accipite eum uos, & crucifigite: ego enim non inuenio
in eo cauſſam. Reſponderūt ei Iudæi: * Nos legem habemus, & Leui. 24. a.
ſecundum legem noſtram debet mori: * quia filium Dei ſe fecit. * Ioan. 5. b

Quum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.
Et ingreſſus eſt prætoriū iterum, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu?
Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nō
loqueris? Neſcis, quòd poteſtatē habeā crucifigēdi te, & poteſta-

tem habeam abſoluendi te? Reſpondit Ieſus: Non haberes poteſta
Sap.6.a tem aduerſus me ullā,* niſi tibi datum eſſet è ſupernis. Propterea
Ioan.3.d qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Ex eo quærebat Pi-
Rom.13.a latus abſoluere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc ab-
Act.17.b ſolueris, non es amicus Cæſaris. Quicunq; * ſe regem facit, contra
dicit Cæſari.
*Mat.27.d * Pilatus autem quum hunc audiſſet ſermonem, produxit Ie-
Mar.15.c ſum foras, seditq; pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithoſtrotos,
Luc.23.c Hebraicè autē, Gabbatha. Erat autē Paraſceue Paſchæ, hora ue-
rò fermè ſexta, & dicit Iudæis: Ecce, rex ueſter. Illi autē clamabāt:
Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem ueſtrum cru-
cifigam? Reſponderunt Pontifices: * Non habemus regē niſi Cæ-
Oſe.1.b ſarem. Tunc ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur.
Gene.49.b *Acceperunt autem Ieſum, & abduxerunt. Et *is* baiulans cru-
Luc.23.b cem ſuam, exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum, Hebraicè
*Heb.13.b autem Golgotha, ubi crucifixerūt eum: & cum eo alios duos hinc
& hinc, medium autem Ieſum. Scripſit * autem & titulum Pilatus,
Mat.27.d & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus,
Mar.15.d rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerūt: quia
Luc.23.e propè ciuitatē erat locus, ubi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptū
Hebraicè, Græcè, Latinè. Dicebant ergo Pilato Pontifices
Iudæorum: Noli ſcribere: Rex Iudæorū, ſed quòd ille dixit: Rex
ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi.
* Milites autem quum crucifixiſſent Ieſum, acceperunt ueſti-
Matt.27.d menta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuiq; militi partem: &
Mar.15.c tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, à ſummo contexta per to-
tum. Dixerunt ergo inter ſe: Ne ſcindamus eam, ſed ſortiamur de
illa, cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur, dicens: * Partiti ſunt ueſti-
Pſal.21.b menta mea ſibi, & ſuper ueſtitum meum miſerunt ſortem. Et mili-
tes quidem hæc fecerunt.
*Stabant autem iuxta crucem Ieſu, mater eius, & ſoror matris
Mar.15.e eius, Maria uxor Cleophæ, & Maria Magdalene. Quum uidiſſet
ergo Ieſus matrem, ac diſcipulum adſtantem, quem diligebat, dicit
matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce,
mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua.

Poſtea, ſciens Ieſus, *quod omnia iam cōſummata eſſent, *ut cō- Ioan.17.a
ſummaretur ſcriptura, dicit: Sitio. Vas igitur erat poſitum aceto *Pſal.68.c
plenū. *Illi uero impleuerūt ſpongiam aceto, & hyſopo impoſitam *Mat.27.c
admouerunt ori eius. Quum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit: *Mar.15.d
Conſummatum eſt, & inclinato capite, tradidit ſpiritum.
Iudæi ergo, quoniā Paraſceue erat, ut nō remanerent in cruce
D corpora Sabbato: (erat enī magnus ille dies Sabbati) rogauerunt
Pilatū, ut frangerentur eorū crura, ac tollerentur. Venerunt ergo
milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui cū eo cru
cifixus eſt. Ad Ieſum autem quum ueniſſent, ut uiderunt eum iam
mortuum, non fregerunt eius crura: *ſed unus militum lancea latus
eius fodit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Zach.13.a
Et qui uidit teſtimoniū perhibuit: & uerū eſt teſtimoniū eius.
Et ille ſcit, quod uera dicit: ut & uos credatis. Facta ſunt enim hęc,
ut ſcriptura impleretur: *Os non comminuetis ex eo. Et rurſus a- Exo.12.g
lia ſcriptura dicit: * Videbunt, in quem pupugerunt. * Zach.12.c
*Poſthæc autē, rogauit Pilatū Ioſeph Arimathienſis, qui erat * Mat.27.g
diſcipulus Ieſu, ſed occultus, propter metū Iudęorū, ut tolleret cor Mar.15.e
pus Ieſu: idq; permiſit Pilatus. Venit autē & *Nicodemus, qui ue- Luc.23.e
nerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturā myrrhę & aloës, ad *Ioan.3.a
libras ferme centum. Acceperūt ergo corpus Ieſu, & obuinxerūt 7.e
illud linteis cū aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis, ſepelire. Erat autē
in eo loco, ubi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumētū nouū,
in quo nondū quiſq; poſitus erat, ibi ergo propter Paraſceuē Iu-
dæorum, quod in propinquo eſſet monumentū, poſuerunt Ieſum.

** Hæc nobis relicta ſunt ex morte Chriſti, nempe ſanguis qui effuſus eſt in remiſſionē peccatorum noſtrorum, & aqua qua abluimur mundiq; reddimur, iuxta illud Actorum. 22. Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine Domini.*

CAPVT VIGESIMVM.

A PRimo *uero die Sabbatorū Maria ª Magdalene uenit ma Matth.28.a
ne, quū adhuc tenebræ eſſent, ad monumētū: uidetq; lapi- Mar.16.a
dē ſublatū a monumēto. Currit ergo, & uenit ad Simonē Luc.24.a
Petrū, & ad alterum illū diſcipulū, *quē amabat Ieſus, & dicit illis: *Ioan.13.c.
Suſtulerunt Dominum e monumento: & neſcimus, ubi poſuerint 21.a
eum: Exijt *ergo Petrus, & ille alter diſcipulus: & uenerunt ad *Luc.24.a

monumentum.Currebant autem duo ſimul , & ille alter diſcipu-
lus præcucurrit citius Petro,uenitq́; prior ad monumentum . Et
quum ſe inclinaſſet,uidit poſita linteamina:non tamen introiuit.
Venit ergo Simon Petrus,ſequẽs eũ, & introiuit in monumentũ:
& uidet linteamina poſita,& ſudarium , quod fuerat ſuper caput
eius,cũ linteaminibus poſitũ , ſed ſeparatim inuolutũ in unũ locũ.
Tũc ergo introiuit & ille alter diſcipulus,qui uenerat prior ad mo
Pſal.15.b numentum , uiditq́; & credidit.Nondum enim nouerant ſcriptu-
Act.2.c. rã , quòd * oportuiſſet eum à mortuis reſurgere. Abierunt ergo
13.d.17.a rurſus diſcipuli ad ſemetipſos.
* Luc.24.a *Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum er- B
go fleret,inclinauit ſe in monumẽtum,& uidet duos angelos *ami-
ctos* albis,ſedentes,unum ad caput,& alterũ ad pedes , *illic* , ubi
poſuerãt corpus Ieſu,& dicũt ad eã illi:Mulier,quid ploras? Dicit
eis:Suſtulerũt dñm meũ,nec ſcio,ubi poſuerunt eũ.Hæc quum di-
xiſſet,cõuerſa eſt retrorſum,& uidet Ieſum ſtãtẽ:nec ſciebat quòd
Ieſus eſſet. Dicit ei Ieſus:Mulier,quid ploras? Quẽ quæris? Illa exi
ſtimãs,quòd hortulanus eſſet,dicit ei:Dñe,ſi tu aſportaſti eũ,dici-
to mihi,ubi poſueris eũ:& ego eũ tollã. Dicit ei Ieſus: Maria.Cõ-
uerſa illa,dicit ei. Rhabbuni, quod dicitur, Magiſter. Dicit ei Ie-
ſus:Noli me [b] tangere: Nondũ enim aſcendi ad patrem meũ . Sed
Pſal.21.c uade ad*fratres meos,& dic eis:* Aſcendo ad patrẽ meũ, & patrẽ
Ioan.16.d. ueſtrũ:& Deũ meũ,& Deũ ueſtrũ. Venit Maria Magdalene,an
*Luc.24.a nuncians diſcipulis,quòd uidiſſet Dominum,& ea dixiſſet ſibi.
*Luc.24.a *Quũ ergo ueſpera eſſet die illo,qui erat unus ſabbatorũ,& fo- C
res eſſent clauſæ,ubi erant diſcipuli cõgregati propter metũ Iudæ
orũ,uenit Ieſus,ſtetitq́; in medio,& dicit eis: Pax uobis. Et quum
Ioan.16.e hoc dixiſſet,oſtendit eis manus,ac latus ſuũ.*Gauiſi ſunt ergo di-
* Eſai.91.a ſcipuli uiſo Dño.Dixit ergo eis Ieſus iterũ:Pax uobis.*Sicut miſit
Mar.9.b me pater,ita & ego mitto uos.Et quũ dixiſſet,inſlauit,& dicit eis:
Luc.4.a Accipite ſpiritum ſanctum. Quorumcunq; remiſeritis peccata,
Ioan.17.c remittuntur eis : quorumcunque retinueritis,retenta ſunt.
Ioan.11.b Thomas autem unus ex duodecim,qui * dicitur, Didymus,nõ
erat cum eis, quando uenit Ieſus . Dixerunt ergo ei alij diſcipuli:
Vidimus Dominum.Ille autem dixit eis : Niſi uidero in manibus
eius

eius ueſtigium clauorum, & mittam digitum meum in ueſtigium
D clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nequaquam credã.
Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas
cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax
uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & uide ma
nus meas, & admoue manum tuam, & immitte in latus meum: &
noli eſſe incredulus, ſed credens. Reſpondit Thomas, & dixit ei:
Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Ieſus: Quia uidiſti me
Thoma, credidiſti: beati qui non uiderunt, & crediderunt.
*Multa igitur quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſci-
pulorum ſuorũ, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autẽ ſcri- Ioan.21.d
pta ſunt, ut credatis, quod Ieſus, eſt Chriſtus, ille filius Dei: & ut
credentes, uitam habeatis per nomen ipſius.

[a] *Hæc nobis recenſentur in certitudinem reſurrectionis Ieſu Chriſti: fitque nulla mentio Mariæ matris Ieſu. Illa enim ſe domi continuit & de ſuo filio, tertio die reſurrecturo, nihil addubitauit.* [b] *Noli me tangere, meque detinere, quia manere non poſſum: ut qui nondum aſcenderim ad patrem meum. Hoc enim me etiamnũ implere oportet, & non tantũ mori & reſurgere.*

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

A POſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare Tyberiadis:
manifeſtauit autẽ ſic. Erãt ſimul Simõ Petrus & Thomas,
qui dicitur Didymus,* & Nathanaël, qui erat à Cana Ga
lileæ, & filij Zebedæi, alijque ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simõ Ioan.1.e
Petrus: Vado piſcatũ. Dicũt ei: Venimus & nos tecũ. Exierunt,
& aſcenderunt in nauim ſtatim: & illa nocte nihil ceperũt. Manè
autem iam facto, ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt
diſcipuli, quòd Ieſus eſſet. Dicit eis Ieſus: Pueri, num quid opſonij
habetis? Reſponderunt ei: Non. At ille dixit eis: *Mittite in dex-
teras partes nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo, & iam non Luc.5.a
ualebant illud trahere præ multitudine piſcium. Dicit ergo diſci-
pulus ille, *quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt.
Simon ergo Petrus quum audiſſet, quòd Dñs eſſet, tunica ſuc- Ioan.13.c
cinxit ſe, (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij aũt diſcipuli na
uigiolo uenerũt: nõ enĩ longe aberant à terra, ſed circiter cubitis
ducentis, trahentes rete piſcium. Vt ergo deſcenderunt in terrã, ui-

dent prunas poſitas,& piſcem ſuperpoſitũ: & panẽ. Dicit eis Ie-
Luc.24.d. ſus:* Adferte de piſcibus,quos prendidiſtis nunc. Aſcendit Simõ
Petrus,& traxit rete in terram,plenum magnis piſcibus, centum
quinquaginta tribus.Et quũ tot eſſent, non eſt ſciſſum rete.Dicit B
eis Ieſus: Venite,prandete.Et nemo diſcipulorũ audebat interro
gare eũ,+dicẽs+: Tu quis es? quum ſciret, quod Dñs eſſet. Venit
itaq; Ieſus,& accipit panẽ,& dat eis: ſimiliter & piſcẽ.Hoc iã ter
tium manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, exuſcitatus à mortuis.

Quũ ergo prandiſſent,dicit Simoni Petro Ieſus:Simõ * Ionę,di-
ligis me plus quã hi? Dicit ei:Etiã dñe,tu ſcis, quod amem te. Di-
cit ei:Paſce agnos meos.Dicit ei rurſus iterũ: Simon Ionę, diligis
me.Ait illi:Etiã Dñe,tu ſcis,quod amem te? Dicit ei: Paſce oues
meas.Dicit ei tertio:Simon Ionę,amas me?Indoluit Petrus, quod
Ioan.16.d dixiſſet ſibi tertio: Amas me? Dixit'q; ei: Domine,* tu õnia noſti,
Ioan.13.d tu ſcis,quod amem te. Dicit ei Ieſus:Paſce oues meas.* Amen amẽ
*Act.12.a dico tibi,quũ eſſes iunior,cingebas te,& ambulabas quo uolebas:
*quũ aũt ſenueris,extendes manus tuas,& aliuſ te cinget,+& ducet
quo nõ uis. Hoc autem dixit,ſignificans, qua morte glorificatu-
rus eſſet Deum. C

Ioan.13.c Et quum hoc dixiſſet,dicit ei:Sequere me.Cõuerſus aũt Petrus
uidet illũ diſcipulũ,*quẽ diligebat Ieſus,ſequentẽ, qui & recubuit
in cœna ſuper pectus eius,& dixit:Dñe,quis eſt ille:qui te tradit?
Hũc+ergo+ quũ uidiſſet Petrus,dicit Ieſu.Dñe,hic aũt quid? Dicit
ei Ieſus:Si eũ uelim manere donec ueniã,quid ad te? Tu me ſeque-
re. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quod diſcipulus ille nõ mo
reretur.Et non dixerat ei Ieſus: Non moritur:Sed,ſi uelim eũ ma
nere donec ueniam,quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille, qui teſti-
ficatur de his,& ſcripſit hæc.Et ſcimus, quod uerũ eſt teſtimoniũ
Ioan.20.d. eius.*Sunt aũt & alia multa,quę fecit Ieſus,quæ ſi ſcribãtur per ſin
gula,nec ipſe,opinor,mũdus caperet eos,qui ſcriberẽtur libros.

* *Lege ubique Ionæ,& non Ioannis, illud enim & ἰωαννᾶ græcè ſignificat. Atque hic docemur,quiſnam in paſtorẽ ouium Chriſtianarum deligendus ſit,nempe is qui cunctis rebus neglectis,nihil præter unum Chriſtum amet,eiuſq; oues bona fide paſcendas ſuſcipiat.*

EVANGELII SECVNDVM IOANNEM

FINIS.

ACTA APOSTOLORVM.

CAPVT PRIMVM.

A SVPERIORE QVIDEM VOLVMINE DIXIMVS O
Theophile de omnibus, quæ cœpit Ieſus tũ facere, tum
docere, ad eũ uſq; diẽ, *quo* (poſtquã *mandaſſet apo- Ioan.20.c
ſtolis per ſpiritũ ſanctũ, *quos elegerat) ſurſum adſum- * Ioan.15.b
ptus eſt, * quibus etiam ſeipſum exhibuerat uiuentem (poſteaquã * Ioan.20
ſupplicio fuiſſet adfectus) compluribus argumentis, dum per dies
quadraginta conſpicitur ab illis, ac loquitur eis de regno Dei.

* Et congregans *eos* in idem loci, præcepit eis, ne diſcederent Luc.24.d
Hieroſolymis, ſed ut expectarẽt promiſſum patris, * de quo, *in- *Ioan.14.c
quit*, audiſtis ex me: quoniam Ioannes quidem aqua baptizauit, *Act.23.b
*uos aũt baptizabimini ſpiritu ſancto, poſt dies hoſce nõ multos. *Matth.3.b

Illi igitur ubi conueniſſent, percontabantur illum, dicentes:
Domine, * num in tempore hoc reſtituis regnũ Iſraëli? Dixit aũt *Mat.24.a
ad illos: * Non eſt ueſtrum noſſe tempora & articulos temporum, Matt.24.c
quos pater in ſua ipſius conſtituit poteſtate: * ſed accipietis poten- *Luc.24.d
tiam, poſteaquam ſpiritus ſanctus aduenerit ſuper uos. * Et eri- Act.2.a
tis mihi teſtes, non ſolum * Hieroſolymis, uerùm etiam in uniuerſa *Act.2.d
Iudæa Samariaq;: deniq; uſque ad extrema terræ. Ioan.15.c
*Eſa.2.a

B * Atque hæc loquutus, uidentibus iiſdem, in altum ſublatus eſt: *Mat.28.b
& nubes ſubduxit illum ab oculis eorum. Cumque eſſent defixis Mar.16.a
in cœlũ oculis, eunte illo, & ecce, uiri duo adſtiterũt illis, *amicti* Luc.24.d
ueſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis intuẽtes * Dani.7.b
in cœlum? Hic Ieſus, qui adſumptus eſt à uobis in cœlum, *ſic ue- Matt.24.c
niet, quemadmodum uidiſtis eum euntem in cœlum. Mar.13.c

Tunc reuerſi ſunt Hieroſolymam à monte, qui uocatur Oli- Luc.17.e
ueti, qui abeſt ab Hieroſolymis iter Sabbati. Et quum intro- 21.d
iſſent, aſcenderunt in cœnaculum, ubi manſitabant & * Pe- *Matt.10.a
trus & Iacobus, & Ioannes & Andreas, Philippus & Thomas, Mar.3.b
Bartholomæus Luc.6.b. 9.a

Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simõ Zelotes,
& Iudas Iacobi + frater +: hi omnes perſeuerabãt unanimiter in de-
precatione & obſecratione, cum mulieribus, & Maria matre Ieſu,
cumq; fratribus illius.
Et in diebus his exurgens Petrus in medio diſcipulorũ, dixit: C
(Eratq; turba nominum ſimul ferè centum uiginti) Viri fratres,
oportuit impleri ſcripturam hanc, quã prædixit ſpiritus ſanctus
Mat.26.c per os Dauid * de Iuda, qui fuit dux his, qui compræhenderunt
Ioan.18.a Ieſum: * quia cooptatus erat in numerum noſtrũ, & ſortitus erat
*Matt.10.a partem miniſterij huius. Et * is quidem parauit agrum ex mercede
*Mat.27.a iniquitatis, ſuſpenſusq;, crepuit medius: & effuſa ſunt omnia ui-
ſcera eius. Et innotuit omnibus habitantibus Hieroſolymis, ita,
ut uocetur ager ille propria lingua eorum, Aceldama, hoc eſt,
ager ſanguinis.
Pſal.68. d. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: * Fiat cõmoratio eius D
Pſal.108. a deſerta, & non ſit, qui habitet in ea. * Et [a] epiſcopatum eius acci-
piat alter. Oportet igitur, ut quia conuenerũt nobiſcum uiri toto
tempore, quo intrauit & exiuit apud nos Dominus Ieſus, exorſus
à baptiſmate Ioannis uſque ad + eũ + diem, quo receptus eſt à nobis,
Act.6.a teſtem reſurrectionis eius fieri nobiſcum, unum ex his. * Et ſtatue
Act.4.d runt duos, Ioſeph, qui uocatur Barſabas, qui cognominatus eſt iu
ſtus, & Mathiam. Et facta precatione, dixerunt: Tu Domine,
*Para.29c * qui omnium corda noſti, oſtende utrum ex his duobus elegeris,
ut accipiat ſortem miniſterij huius & apoſtolatus, unde præuari-
a.Pro.16.d. catus excidit Iudas, ut abiret in locum ſuum. * Et dederunt
ſortes eorum, & cecidit ſors ſuper Mathiam: & [b] connumeratus
eſt cum undecim apoſtolis.

[a] *Hic dictus eſt Apoſtolatus, ἐπισκοπὴ id eſt, Epiſcopatus.* [b] *Et cooptatus eſt, aut ſuf-
fragijs ſiue calculis additus eſt undecim apoſtolis.*

CAPVT SECVNDVM

Deut.16.b. ET quum compleretur dies * Pentecoſtes, erant omnes A
Luc.24.d unanimiter in eodem loco: & factus eſt repentè de cœlo
*Ioan.7.d ſonitus, tanquam impetu uenientis flatus uehementis, &
Act.4.d. repleuit totam domum, ubi erant ſedẽtes. Et uiſæ ſunt illis diſper-
b.c tità linguæ, uelut igneæ. Seditq; ſuper ſingulos eorũ, * ac repleti
ſunt

ſunt omnes ſpiritu ſancto,* cœperuntq́ꝫ loqui alijs linguis,prout *Mar.16.c.
ſpiritus ille dabat eloqui illis.

Erant autem Hieroſolymis habitantes Iudæi,uiri religioſi ex
omni natione earũ, quę ſub cœlo ſunt.Is rumor quũ increbuiſſet,
conuenit multitudo,& confuſa eſt: quod audiret unuſquiſque lin-
gua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes, ac mirabantur,
dicentes inter ſeſe: Nonne,ecce, omnes iſti,qui loquuntur,Galilęi
ſunt? Et quomodo nos audimus, (quiſque ſua) lingua noſtra, in
qua nati ſumus? Parthi, & Medi & Elamitæ,& habitatores Me
ſopotamiæ,Iudęæq́ꝫ & Cappadociæ, Ponti & Aſiæ, Phrygiæq́ꝫ
& Pamphyliæ, Aegypti & partiũ Libyæ eius,quę eſt finitima Cy
renæ,& aduenæ Rhomani,Iudæiq́ꝫ & Proſelyti, Cretes & Ara-
bes,audimus eos loquentes noſtris linguis magnifica Dei. Stupe-
bant aũt õnes,ac hæſitabant,alius ad aliũ dicentes: Quidnam uult
hoc eſſe? Alij autem irridentes,dicebant: * Muſto expleti Matth.9.b
ſunt iſti.

B Stans autem Petrus cũ undecim,extulit uocẽ ſuam, ac eloquu-
tus eſt eis: Viri Iudæi,& qui habitatis Hieroſolymis uniuerſi,hoc
uobis notũ ſit,& auribus percipite uerba mea: Non enim, ſicut
uos exiſtimatis,hi ebrij ſunt, eſt enim hora diei tertia: ſed hoc eſt,
quod dictũ eſt per prophetam Ioël: * Et erit in nouiſſimis diebus, Eſa.44.a
dicit Deus,effundam de ſpiritu meo ſuper * omnem carnem. Et Ezech.36.d
prophetabũt filij ueſtri,* & filiæ ueſtræ,& iuuenes ueſtri uiſiones Ioel.2.f
uidebunt,* & ſeniores ueſtri ſomnia ſomniabunt. Et quidẽ ſuper *Luc. 2.f.
ſeruos meos,& ſuper ancillas meas in diebus illis, effundam de ſpi Act.21.b
ritu meo,& prophetabunt*: & dabo prodigia in cœlo ſuperne,& * Act.10
ſigna in terra inferne,ſanguinem,& ignem,& uaporem fumi: Sol 16.b
conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam ueniet Matt. 27.f.
dies ille Domini magnus,atq́ꝫ illuſtris. Et futurum eſt,*ut omnis, Luc.23.d 5.a
quicunque inuocauerit nomen Domini,ſeruetur. Rom.10.b

C Viri Iſraëlitæ,audite uerba hæc: Ieſum Nazarenum,uirũ ex-
hibitũ à Deo erga uos uirtutibus,& prodigijs,& ſignis, quę fecit
per illum Deus in medio ueſtri,ſicut & ipſi ſcitis,* hunc definito Matth.27.e
conſilio,& præſcientia Dei traditum, quum accepiſſetis per ma-
nus iniquorum,crucifixum,interemiſtis.* Quem Deus ſuſcita- Act.10.e

uit ſolutis doloribus mortis : quatenus impoſſibile erat, teneri il-
Pſal.15.b lum ab ea. Dauid enim dicit de eo : * Prouidebam Dominū coram
me ſemper : quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Propter
hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea : inſuper &
caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam nō derelinques animam meā
[b] in inferno : nec ſines ut Sanctus tuus uideat corruptionem.
Notas mihi feciſti uias uitę, replebis me iucunditate cum facie
tua.

Viri fratres, quandoquidem licet liberè dicere apud uos de Pa-
3.Reg.2.b triarcha Dauid, * quòd & defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepul-
chrū eius eſt apud nos, uſq; in hodiernū diē. Propheta igitur quū
Pſal.131.b. eſſet, & ſciret * quòd iureiurando iuraſſet ſibi Deus, futurum, ut D
de fructu lumbi ipſius, quantum ad carnem, Chriſtus exoriretur,
ac ſederet ſuper ſedem eius, præſcius, loquutus de reſurrectione
Chriſti : quòd non derelicta ſit anima eius in inferno, neque caro
Act.1.a eius uiderit corruptionem. [c]Hunc Ieſum ſuſcitauit Deus, * cuius
Ioan.15.c omnes nos ſumus teſtes.

*Phil.2.a Dextera igitur Dei * exaltatus, & promiſſione ſpiritus ſancti
accepta à patre, effudit hoc, quod nūc uos uidetis & auditis. Non
enim Dauid aſcendit in cœlos, ſed dicit ipſe : * Dixit Dominus
Pſal.109.a. Domino meo : Sede à dextris mihi, donec ponam inimicos tuos
ſcabellum pedum tuorum. Certò ſciat ergo tota domus Iſraël,
quòd[c] Dominum & Chriſtum fecerit Deus, hunc Ieſum, quē uos
crucifixiſtis.

Zach.12.c. * His uerò auditis, compuncti ſunt corde, & dixerūt ad Petrū,
*Luc.3.b ac reliquos apoſtolos : * Quid faciemus uiri fratres ? Petrus dixit
Act.9.a ad illos : Delictorū pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſq;
16.d ueſtrum, in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum : &
Ioel.2.f accipietis donum ſpiritus ſancti. Vobis enī facta eſt * repromiſſio, E
& filijs ueſtris : & omnibus qui longè ſunt, quoſcunque aduoca-
uerit Dominus Deus noſter. Alijſq; uerbis plurimis teſtificatus
Matth.16.a eſt, & exhortatus eſt * eos, * dicens: Seruemini * à generatione iſta
praua. Qui ergo libenter acceperunt ſermonem eius, baptizati
ſunt : & acceſſerunt in die illo animæ, circiter ter mille.

Erant

Erant autem perſeuerantes in doctrina apoſtolorum, & com-
municatione,& fractione panis, & precationibus. Obortus eſt
autem omni animæ timor: multaq́; prodigia & ſigna per apoſto-
los ædebantur. Omnes autem, qui credebant, erãt coniuncti: * & Deut.15.a
habebant omnia communia. Poſſeſſionesq́; & ſubſtantias uende- Act.4.d
bant, ac diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Et quo-
tidie perdurantes * unanimiter in templo, * & frangentes per ſin- Act.4.d
gulas domos panem, ſimul ſumebant cibum, * cum exultatione 5.b.
* & ſimplicitate cordis, laudantes Deum, & habentes gratiam *Eſa.58.b
apud omnem plebem. * Dominus autem addebat, qui ſeruabantur *2.cor.9.b
quotidie congregationi. *Rom.12.b
*Ioan.6.g.
1.Cor.3.a

[a] *Id eſt, ſuper omnem hominem, qui non corde ſaxeo fuerit. Effundam autẽ de ſpiritu meo, & ſuper gentes. Eritque nullus apud me, perſonarum reſpectus. Et ſimul omnes prophetabunt, tum ſenes tum iuuenes* Nam *ſomnia ſomniare, eſt uiſiones propheticas, eaſque in ſomnis uidere.* [b] *In ſepulchro aut in morte, ſiue inter mortuos. Per infernum enim, quod Hebræis eſt* שאול *, ſcriptura ſacra ſepulchrum intelligit, aut mortem: & per animam meam, meipſum.* Proinde *ſenſus eſt:* Non *me derelinques in ſepulchro, aut morte.* Nec *ſines, ut ſanctus tuus uideat corruptionem. Eſtq́; macrologia, apud* Hebræos *uſitatiſſima.* Cuiuſmodi *eſt & illa.* Non *mortui, laudabunt te* Domine: Neque *omnes, qui deſcendunt in infernum.* Et *quia* Dauid *prædixit* Chriſtum Domini, *non uiſurum corruptionem,* Chriſtus *priuſquam poſſet putrefieri, reſurrexiſſe legitur.* [c] *Obſerua etymologias uocabulorum: atque ex illis, hanc collige ſententiam:* Certò *ſciat ergo tota domus Iſraël, quòd dominatorem & regem fecerit* Deus, *hunc uocatum Ieſum(priuſquam in utero conciperetur)propter ſalutem, quam nobis præſtaturus erat: quem uos, non ita pridem, ut ſeductorem, crucifixiſtis.*

CAPVT TERTIVM.

A SImul autem Petrus & Ioannes aſcendebant in templum,
ad horam precationis nonam. * Et quidam uir, qui erat Act.14.b
claudus ex utero matris ſuæ, baiulabatur, quem ponebant
quotidie ad portam templi, quæ dicitur, Specioſa, * ut peteret elee- Deut.15.a.
moſynam ab intro ëuntibus in templum. Is quum uidiſſet Petrum
& Ioannem ingreſſuros in templum, rogabat, ut eleemoſynã acci-
peret. Defixis autem in eum oculis, Petrus cum Ioanne dixit:
Aſpice nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid acce-
pturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum & aurum

Act.4.a non eſt mihi : quod autem habeo, hoc tibi do. * In nomine Ieſu
Chriſti Nazareni ſurge,& ambula. Et adpræhenſa manu eius
dextera, erexit eum. Protinus autē cōſolidatæ ſunt plantæ illius,
ac tali. Et exiliens ſtetit,& ambulabat,intrauitq; cum illis in tem-
plum,inambulans & ſaliens, ac laudans Deum.

Et uidit eum totus populus ambulantem, ac laudantem Deum. B
Agnoueruntq; illum,quod ipſe eſſet is,qui ad eleemoſynā ſederat
Luc.5.c ad ſpecioſam portam templi.* Et impleti ſunt admiratione & ſtu-
pore ſuper hoc,quod contigerat illi. Quum teneret autem qui ſa-
natus fuerat claudus,Petrum & Ioannem,incurrit totus populus
3 Reg.6.a. ad eos in * porticu,quæ adpellatur Solomonis,ſtupefactus.

Ioan.10.c Quo uiſo, Petrus reſpondit ad populum: Viri Iſraelitæ, quid
Act.5.b miramini ſuper hoc,aut nos quid intuemini,quaſi [a] noſtra uirtute
aut pietate effecerimus,ut hic ābularet? Deus Abrahā,& Iſaac,&
Iacob, Deus patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum Ieſum,
quē * uos tradidiſtis,ac negaſtis in conſpectu Pilati, quum ille iu-
Matth.27.c dicaſſet eſſe abſoluendum. Vos autem ſanctum,& iuſtum nega-
ſtis,& poſtulaſtis,ut uirum homicidam donaret uobis, autorem
uero uitę interfeciſtis,quem Deus ſuſcitauit à mortuis: cuius nos C
teſtes ſumus, & per fiduciam nominis eius hunc, quem uidetis ac
noſtis,conſolidauit nomen ipſius: & fides quæ per eum eſt, dedit
ei integritatem iſtam,in conſpectu omnium ueſtrûm.

1Cor.2.a Et nunc fratres,ſcio,quod * per [b] ignorantiam feciſtis, ſicut &
principes ueſtri. Deus autem,quæ prænunciauerat per os omniū
Eccle.17.b. prophetarum ſuorum,Chriſtum paſſurū,impleuit ſic.* Pœniteat
uos igitur,& conuertimini, [c] ut deleantur peccata ueſtra: ut quū
uenerint tēpora refrigerationis à conſpectu Dñi,& emandauerit
eum,qui ante prædicatus eſt uobis,Ieſum Chriſtum, quē oportet
Matt.14.a. quidē cœlum accipere, * uſque ad tempora reſtitutionis omnium,
quæ loquutus eſt Deus per os omniū ſanctorum ſuorum,à ſeculo,
prophetarum.

Deut.18.c Nam Moſes quidē ad patres dixit: * Prophetā ſuſcitabit uobis D
Act.7.e Dominus Deus ueſter de fratribus ueſtris,mei ſimilē. Audietis eū:
iuxta omnia,quæcunq; loquutus fuerit uobis. Futurū eſt autem,

ut

ut omnis anima,quæ non audierit prophetam illum, exterminetur è populo. Quin & omnes prophetæ à Samuele, ac deinceps quotquot loquuti ſunt,etiam annunciauerunt dies iſtos.

Vos eſtis filij prophetarum, ac Teſtamenti, quod teſtatus eſt Deus erga patres noſtros,dicens ad Abraham:* Et in ſemine tuo benedictionem conſequentur omnes familiæ terræ,* uobis primũ Deus, quum ſuſcitaſſet filium ſuũ Ieſum,emãdauit eũ benedicentẽ uobis: *ita*, ut unuſquiſq; ueſtrûm conuerteret ſe ab iniquitatibus ſuis. Gene.12.e 21.a.22.c *Matt.10.a

[a] *Quaſi propria potentia,aut religione effecerimus. Sic enim ad uerbum ſonant Græca.* [b] *Ignoranter peccantibus relinquitur pœnitentiæ locus, & hoſtia pro peccato.* [c] *Optat Petrus, ut Iſraëlitæ ſui quidem fratres reſipiſcant: & à peccatis ſuis expientur, utq; eorum tandem nemo pereat. Nam præuidit eorum temporariam abdicationem,eorundemq; ſubſecutura tẽpora reſtitutionis omniũ. Quin & huius rei meminit Paul.Rho.11. Nolo (inquit) uos ignorare fratres myſterium hoc,ut ne ſitis apud uoſmetipſos,elati animo,quòd ex cæcatio ex parte Iſraëli accidit. Et Luc.cap.21. Hieruſalem calcabitur à gentibus,donec impleantur tempora gentium.*

CAPVT QVARTVM.

A LOquentibus autem illis ad populum,* ingruerũt illis ſacerdotes,* ac magiſtratus templi,& Sadducæi,moleſtè ferentes,quòd docerent populum, & annunciarent in nomine Ieſu reſurrectionem ex mortuis: & iniecerunt eis manus, poſueruntq;* eos* in cuſtodiã in poſterum diem. Nam erat iam ueſpera. Multi uerò eorũ,qui audierant ſermonem,crediderunt: & factus eſt numerus uirorum circiter quinq; milia. Act.5.e

Factum eſt autem poſtero die,ut congregarentur principes eorum,& ſeniores, & ſcribæ Hieroſolymis, & Annas princeps ſacerdotũ,& Caiaphas,& Ioannes,& Alexander:& quotquot erãt de genere pontificio. Et quum ſtatuiſſent eos in medio, interrogabant: * Qua potentia,aut quo nomine feciſtis hoc uos? Tunc Petrus repletus ſpiritu ſancto,dixit ad eos:* Principes populi, & ſeniores Iſraëlis,ſi nos hodie examinamur de eo,quòd benè fecerimus homini infirmo, qua ratione iſte ſaluus factus ſit, notum ſit omnibus uobis,& toti plebi Iſraël, * quòd per nomen Ieſu Chriſti Nazareni,quem uos crucifixiſtis, quem deus ſuſcitauit à mortuis,per Matth.21.c *1.Pet.3.b Act.3.a

Pſal.117.a. hũc iſte adſtat corám uobis, ſanus.* Hic eſt lapis ille, qui reiectus
Mat.21.e eſt à uobis ædificantibus, qui factus eſt caput anguli: nec eſt in alio
1.Pet.2.a ᵇ quoquam ſalus. * Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum in-
*Matt.1.c ter homines, in quo oporteat nos ſaluos fieri.
Philip.2.a Videntes autem Petri ⁺in dicendo⁺ libertatẽ ac Ioannis, com- B
pertoq; quòd homines eſſent illiterati, & idiotæ, admirabantur,
& agnoſcebant eos, quòd cum Ieſu fuiſſent: hominem autẽ uiden-
tes ſtantem cũ eis, qui ſanatus fuerat, nihil poterant contradicere.
Iuſſis autẽ illis è concilio ſecedere, conferebant inter ſeſe, dicentes:
Ioan.11.e. *Quid faciemus hominibus iſtis? Nam conſpicuum ſignum, ædi-
tum per eos, omnibus habitantibus Hieroſolymis manifeſtum eſt:
nec poſſumus inficiari. Sed ne amplius diuulgetur in populum, mi-
naciter interminemur eis, ne poſthâc loquantur in nomine hoc
ulli hominum.
Act.5.c * Et accerſitis illis, ᶜ præceperunt illis, ne omninò loquerentur,
neq; docerent in nomine Ieſu. At Petrus & Ioannes reſpondentes,
dixerunt ad eos: An iuſtum ſit in conſpectu Dei, uos potius audi-
re, quã Deum, iudicate. Non enim poſſumus, quæ uidimus & au-
diuimus, non loqui. At illi additis minis, dimiſerunt eos, nihil inue-
nientes, qua ratione punirent eos, propter populum: quia omnes
Act.3.a glorificabant Deum ſuper eo, ⁺quod acciderat. Annorum enim
erat amplius quadraginta homo, in quo æditum fuerat ſignum
iſtud ſanationis.
Dimiſſi autem, uenerunt ad ſuos, & renunciauerunt quæcunq; C
Act.12.a ipſis principes ſacerdotum & ſeniores, dixerant. Qui quum audiſ-
ſent, unanimiter attollebant uocem ad Deum, dixeruntq;:* Domi-
ne, tu⁺ es⁺ Deus, qui feciſti cœlũ ac terram, mareq; & omnia, quę
Pſal.2.a in eis ſunt, qui per os Dauid pueri tui dixiſti: * Quare fremue-
runt gentes, & populi meditati ſunt inania? Adſtiterunt reges
terræ, & principes conuenerunt in unum, aduerſus Dominum, &
Luc.23.b aduerſus Chriſtum eius. * Conuenerunt enim uerè aduerſus ſan-
ctum filium tuum Ieſum, quem unxeras, Herodes ſimul & Pontius
Pilatus, cum gentibus & populis Iſraël, ad faciendum quæcunq;
Gene.3.a manus tua, & conſilium tuum prius * decreuerat, ut fierent.
Et nunc Domine, aſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis, ut
cum

cũ omni fiducia loquantur ſermonẽ tuum: * manum tuam porri- Mar.16.d
gendo in hoc, ut ſanatio, & ſigna, & prodigia ædantur per no-
men ſancti filij tui Ieſu.

D *Et quum oraſſent illi, motus eſt locus, in quo erant congrega- Act.16.d
ti: * & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Et loquebantur ſermo- *Act.2.a
nem Dei cum fiducia. * Multitudinis aũt credentiũ erat cor unũ, 19.a
& anima una: nec quiſquam aliquid eorum, quæ poſſidebat, ſu- *Act.2.c
um eſſe dicebat, ſed erant illis omnia cõmunia. Et magna poten- 5.b
tia reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini Ieſu:
*& gratia magna erat ſuper omnes illos. Neq; enim quiſquam
egẽs erat inter illos.* Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut Zach. 12.e.
ædium erant, uendentes, adferebant precia eorum, quæ uendita *3 Re.21.a
fuerant, & ponebant ad pedes apoſtolorum.* Diſtribuebatur au- Act.2.e
tem ſingulis, prout cuiq; opus erat. *Deu.15.a.

*Ioſes uero qui cognominatus eſt Barnabas ab apoſtolis, quod *Act.1.d
eſt, filius conſolationis, Leuites, Cyprius genere, * quum haberet *Num.18.d
agrũ, uẽdidit *eũ*, & attulit preciũ, & poſuit ad pedes apoſtolorũ.

[a] Græcè ſonat dux templi ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ. [b] Nec enim ulla eſt creatura, quæ inter homines nominetur, per quam ſeruari poſſimus. Proinde errant, qui aut angelos, aut diuos, ſuos ſeruatores faciunt. [c] Præceperunt illis in uniuerſum, ut ne hiſcerent quidem.

CAPVT QVINTVM.

A VIr autẽ quidam, nomine Ananias cũ Saphira uxore ſua, uẽdiderat poſſeſſionẽ, & ſepoſuerat de precio, cõſcia etiam uxore ſua: & allatã partẽ aliquã, ad pedes Apoſtolorũ poſuit. Dixit autẽ Petrus: Anania, [a] quur impleuit Satanas cor tuũ, ut mẽtireris ſpiritui ſancto, & fraudares de precio agri? Nõne [b] manẽs tibi manebat, & uenundatus in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo rem iſtã? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens aũt Ananias hęc uerba, collapſus, expirauit. Et ortus eſt timor magnus ſuper omnes, qui audierunt hæc. Surgentes autem iuuenes, amouerunt eum, elatumq; ſepelierunt.

Interceſſit autem fermè horarum trium interuallum, uxor quoq; ipſius neſciens, quod factũ fuerat, introiuit. Reſpõdit aũt ei Petrus: dic mihi, nũ tãti agrũ uẽdidiſtis? At illa dixit: Etiã tãti. Pe-

B trus aũt dixit ad eã: Quur cõſpiraſtis inter uos, ut tẽtaretis ſpiritũ Domini?

Domini? Ecce, pedes eorum, qui ſepelierunt uirum tuum, ad oſti-
um* adſunt, *& efferent te. Confeſtim autẽ concidit ad pedes eius,
& expirauit. Ingreſſi autẽ iuuenes, repererunt illam mortuam: &
extulerunt, ac ſepelierunt iuxta uirum ſuum. Et ortus eſt timor
magnus ſuper uniuerſam congregationem, & ſuper omnes, qui
audiebant hæc.

* Per [b] manus autem apoſtolorum ædebantur ſigna, ac prodi-
Mar 16.c gia multa in populo. Et erant* unanimiter omnes in * porticu So-
Act. 2.c lomonis. Cæterorum autem nemo audebat ſe coniungere illis: ſed
4.d magnificabãt eos populus. Magis autem accreſcebat credentium
*3. Reg. 6.a Domino multitudo uirorum ſimul & mulierum, ita, *ut in plateas
Ioan. 10.c exportarent infirmos, & ponerent in lectulis & grabbatis: ut ue-
Act. 3.b nientis Petri, uel [c] umbra obumbraret aliquem illorum. Conuenie
*Mar. 4.c bat autem & multitudo uicinarum ciuitatum Hieroſolymam, ad-
8.b. 15 c ferens ægros, ac uexatos à ſpiritibus immundis, qui ſanabantur
omnes.

Act. 4.a * Exurgens autem princeps ſacerdotum, & omnes qui cum illo
erant, quæ eſt factio Sadducęorum, repleti ſunt æmulatione: & in-
iecerũt manus in apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica.
Act. 12.b * Sed angelus Domini per noctem aperuit ianuas carceris, edu-
16.d ctisq́ue illis, dixit: Ite, & ſtantes loquamini in templo, omnia uerba
uitæ huius. Illi uerò quum hæc audiſſent, intrauerunt diluculò in
templum, ac docebant

Adueniens autem princeps ſacerdotum, & qui cum eo erant,
conuocauerunt concilium, & uniuerſum ſeniorũ ordinem filiorũ
Iſraël, miſeruntq́ue ad carcerem, qui eos adducerent. Quum autem
ueniſſent miniſtri, nec reperiſſent eos in carcere, reuerſi nuncia-
uerunt, dicentes: Carcerem quidem inuenimus clauſum cũ omni
diligentia, & cuſtodes foris, ſtantes ante ianuas: quum aperuiſſe-
mus autem, neminem intus inuenimus. Vt autẽ audierunt hos ſer-
mones & ſacerdos & magiſtratus templi, principesq́ue ſacerdotum,
ambigebant de illis, quidnam hoc futurum eſſet.

Adueniens autem quidã, renunciauit eis: Ecce, uiri, quos poſue
ratis in carcere, ſunt in templo, ſtantes ac docentes populum.
Tunc abijt magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos ſine ui.

Time-

Timebant enim populum, ne lapidarētur. Et quum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps ſacerdotum, dicēs: Nónne ᵇ præcepto præcepimus uobis, ne doceretis in nomine iſto? Et ecce, repleſtis Hieroſolymam doctrina ueſtra, & uultis inducere ſuper nos * ſanguinem hominis iſtius. Mat.21.c Act.4.b Matt.27.c.

Reſpondens autem Petrus & apoſtoli, dixerunt: * Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Deus patrū noſtrorū ſuſcitauit Ieſum, quem uos interemiſtis, ſuſpendentes in ligno. Hunc, principem & ſeruatorem Deus exaltauit dextera ſu[a] ad dandam pœnitentiam Iſraëli, remiſſionemq́ peccatorum: & nos ſumus ei teſtes horum, quæ dicimus, inſuper autem & ſpiritus ſanctus, quē dedit Deus obedientibus ipſi. *Hæc* autem quum audiſſent, diſſecabantur: & conſultabant, ut interficerent eos. *Act.4.b

Surgens autem quidam in concilio Phariſæus, nomine *Gamaliel, legis doctor, in precio habitus apud totum populum, iuſſit, ut pauliſper ſecederent foras apoſtoli. Dixitq́ ad illos: Viri Iſraëlitę, attendite uobis ipſis ſuper hominibus iſtis, quid acturi ſitis. Ante hos enī dies extitit Theudas, dicens: Se eſſe aliquē, cui adhæſit numerus uirorum circiter quadringentorum, qui occiſus eſt: & oēs, qui credebant ei, diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum. Poſt hunc extitit * Iudas Galilæus in diebus deſcriptionis, & auertit populū multum poſt ſe, & ipſe periȷt: & omnes, quotquot paruerant ei, diſperſi ſunt. Act.22.a Luc.13.a

Et nunc dico uobis, abſtinete ab hominibus iſtis, & ſinite illos. Quoniam* ſi ex hominibus eſt conſilium, aut opus hoc, diſſoluetur: ſin ex Deo eſt, non poteſtis diſſoluere: * nequando & Deo repugnare reperiamini. In huius autem ſententiam pedibus itum eſt* à cæteris*, & quū aduocaſſent apoſtolos, *cæſis præceperunt, ne loquerentur in nomine Ieſu: & dimiſerunt eos. Mala.1.a Mat.15.b *Act.9.a *Matt.23.e Act.4.b.

Et illi quidem ibant *gaudentes à conſpectu concilȷ, quòd digni habiti eſſent, ut pro nomine eius contumelia adficerentur. *Et non ceſſabant quotidie in templo, & in ſingulis domibus, docere, & euangelizare Ieſum Chriſtum. *Matt 5.a Eſai.40.b

Quur

[a] Qur impleuit Satanas cor tuum, ut mentireris ſpiritum ſanctum? Sic enim ad uerbum reddenda ſunt Græca. [b] Nónne prorſus tibi manebat? Vt fideliter uertit Eraſmus, omiſſa proprietate Hebræi ſermonis. [c] Per manus apoſtolorum, id eſt, per miniſteria apoſtolica. Eſt autem phraſis Hebræa. [d] Signa ædebantur per apoſtolos, in confirmationem præcedentis uerbi, iuxta illud Mar. ultimo: Illi uerò egreſſi prædicauerunt ubiq;, Domino cooperante & ſermonem confirmante, per ſigna ſubſequentia. Signa (inquit) ſubſequentia: quia quæ præcedunt uerbum, quæq; non fiunt ad confirmandum uerbum diuinum, ſunt impoſturæ Satanæ. [e] Audis rurſum Hebraiſmum. Latinè autem uerteris: Nónne q̃ acerrimè præcepimus uobis? aut nónne etiam atq; etiam præcepimus uobis?

CAPVT SEXTVM.

IN diebus autem illis, creſcente numero diſcipulorum, ortũ A
eſt murmur Græciſtarum aduerſus Hebræos, eò quòd de-
ſpicerentur in miniſterio quotidiano uiduæ ipſorum. Cæ-
terum duodecim illi, quum iuſsiſſent adeſſe multitudinem diſcipu-
Exo.18.c lorum, dixerunt: * Non eſt placitum, ut nos derelicto ſermone
*1.Tim.3.a Dei, miniſtremus menſis. *Circumſpicite ergo fratres, uiros ex uo
bis ſpectatæ probitatis ſeptem, plenos ſpiritu ſancto & ſapientia,
quibus delegabimus hoc negotij. Nos uerò deprecationi, & admi
niſtrando ſermoni, incumbemus. Et placuit hic ſermo coràm tota
multitudine. Et elegerunt Stephanum, uirum plenum fide ac ſpi-
ritu ſancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Ti-
Apo.2.a monem, & Parmenam, & * Nicolaum Proſelytum Antioche-
*Nu.27.d. num. * Hos ſtatuerunt in conſpectu Apoſtolorum, & quum oraſ-
Act.1.d ſent, impoſuerunt eis manus. Et ſermo Dei creſcebat, & multipli-
1.Tim.4.b. cabatur numerus diſcipulorum Hieroſolymis ualde: * multaq́;
2.Tim.1.b. turba ſacerdotum obediebat fidei. Porrò Stephanus, plenus gra-
tia ac fortitudine ædebat prodigia, & ſigna magna in populo.

Exorti ſunt autem quidam è ſynagoga, quæ adpellatur, liberti- B
norũ, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & Cilicum, & Aſia-
Luc.21.b norum, diſputantes cum Stephano: *nec poterant reſiſtere ſapien-
Matt.26.f tiæ & ſpiritui, qui loquebatur. *Tunc ſubornârunt uiros, qui dice
rẽt: Audiuimus eũ dicentẽ uerba contumelioſa in Moſen ac Deũ.
Cõmoueruntq́; plebem, & ſeniores, & ſcribas, atq; inuadentes
cor-

corripuerunt eum, & adduxerunt in concilium, ſtatueruntq́; falſos teſtes, qui dicerent: Homo iſte non ceſſat loqui iſta uerba contumelioſa, aduerſus hunc ſanctum locum, & legem. Audiuimus enim eum dicentem: Ieſus Nazarenus ille demolietur locum hunc, & mutabit inſtituta, quæ tradidit nobis Moſes. Et intuentes eum omnes, qui ſedebant in concilio, uiderunt faciem eius, tanquam faciem angeli.

ª Hæc ſacerdotum laus, quód & ipſi obedierint fidei: in ſcripturis admodum infrequens eſt. Atqui hic ἱερέων & non ἀρχιερέων, id eſt, ſacerdotũ & non pontificũ, legitur: horum enĩ quotuſquiſq; erit, qui credat? aut ex animo reſipiſcat?

CAPVT SEPTIMVM.

A DIxit autẽ princeps ſacerdotũ: Nũ ſanè hæc ita* ſe* habent?
At ille ait: Viri fratres & patres, audite. Deus gloriæ ad-
paruit patri noſtro Abrahæ, quum eſſet in Meſopotamia,
priuſquam moraretur in Charrhã, & dixit ad illum: Exi de ter-
ra tua, & de cognatione tua: & ueni in terram, quamcunq; mon-
ſtrauero tibi.* Tũc exijt de terra Chaldęorũ, & habitauit in Char Gene.12.d
rhã. Et* inde, poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum in *Gen.12.a
terram hanc, in qua uos nunc habitatis. Et non dedit illi hæredi-
tatem in ea, ne ueſtigium quidem pedis:* & repromiſit illi, eã ſe da Gene.13.d.
turum poſſidendam, & ſemini eius poſt ipſum, quum non haberet
filium.

Loquutus eſt autem Deus ſic:* quód ſemen eius futurum eſſet Gene.15.c
inquilinũ in terra aliena, quodq́; ſeruituti illud ſubiecturi eſſent:
& malè tractaturi ª annis* quadringentis. Et gentẽ, cuicunq; ſer- Exo.12.f
uierint, iudicabo ego, dixit Deus. Et poſt hæc exibunt, & ſeruiẽt Iudith.5.b.
mihi in loco hoc.* Et dedit illi teſtamentũ circũciſionis.* Atq; hic Gala.3.c
genuit Iſaac, & circũcidit illum die octauo.* Et Iſaac, *genuit* Ia *Gen.17.b
cob, & Iacob *genuit* duodecim Patriarchas. *Gene.21.a
*Gen.25.c
B * Et Patriarchæ inuidia moti, Ioſeph uẽdiderũt in Aegyptũ. Et Gene.29.f
erat Deus cũ eo, et eripuit eũ ex omnibus adflictionibus eius: & de *Gen.37.e
dit ei gratiã, & ſapientiam coram Pharaone, rege Aegypti.* Et Sapi.10.c
cõſtituit eũ præfectũ ſuper Aegyptũ, & ſuper totã domum ſuam. *Gen.41.f
*Venit autẽ fames in uniuerſam terram Aegypti & Chanaã, & *Gen.41.g
adflictio magna: nec inueniebant cibos patres noſtri. Quum au- 42.a

ſet autem Iacob, eſſe frumenta in Aegypto, miſit patres noſtros
Gen.45.a. primum. * Et quũ iterũ *miſiſſet eos*, agnitus eſt Ioſeph à fratri-
bus ſuis: & innotuit Pharaoni genus Ioſeph. Miſſo autem nuncio
Ioſeph, accerſiuit Iacob patrem ſuum, omnemq; cognationem ſu-
Gene.46.a am, in animabus ſeptuaginta quinq;. * Et deſcendit Iacob in Ae-
*Gen.49.e gyptum, *defunctusq; eſt ipſe, & patres noſtri: & tranſlati ſunt
*Gen.50.b in Sychem, & poſiti ſunt in ſepulchro, *quod emit Abraham pre-
Ioſ.24.f cio argenti à filijs Emor, filij Sychem.
*Gen.23.d
*Exo.1.a * Quum autem adpropinquaret tempus promiſſionis, de qua C
Pſal.104.c iurauerat Deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus eſt in
Aegypto, donec exortus eſt alius rex, qui non nouerat Ioſeph.
Hic circumueniens genus noſtrum, adflixit patres noſtros, ut
exponerent infantes ſuos, ne fœtus eſſent uitales.

Exo.2.a * Eodem tempore natus eſt Moſes, & fuit gratus Deo: qui
nutritus eſt tribus menſibus in domo patris *ſui*. Expoſitum au-
tem illum, ſuſtulit filia Pharaonis: & nutriuit eum ſibi uice filij.
Et eruditus eſt Moſes omni ſapientia Aegyptiorum, & erat po-
tens in factis, & in dictis.

Vt autem ei expletum eſt quadraginta annorum tempus, ſubijt
in cor eius, ut inuiſeret fratres ſuos, filios Iſraël. Et quum uidiſſet
quendam iniuria adfici, defendit eum, & ultus eſt uicem eius, qui
adfligebatur, percuſſo Aegyptio. Exiſtimabat aũt, intelligere fra
tres ſuos, quod Deus per manum ipſius daret ſalutem illis. At illi
non intellexerunt.

Et ſequenti die conſpectus eſt illis litigantibus, & redegit eos D
in concordiã, dicens: Viri, uos fratres eſtis, quur *uos* inuicẽ lędi-
tis? Cæterũ is, qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum, di-
Matt.21.c cens: * Quis te conſtituit principem ac iudicem ſuper nos? Num
interficere me tu uis, quemadmodum interfeciſti heri Aegyptiũ?
Fugit autem Moſes ad dictum hoc, & factus eſt aduena in terra
Madian, ubi generauit filios duos.

Exo.3.a *Et expletis annis quadraginta, adparuit illi in deſerto montis
Sina, angelus Domini in flammeo incendio rubi. Moſes autem
ut conſpexit, admiratus eſt uiſum. Porrò quum accederet ut
attenderet, facta eſt ad eũ uox Domini: Ego *ſum* Deus patrũ
tuo-

tuorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Tre-
mefactus autem Moſes, non audebat attendere. Dixit autem illi
Dominus: * Solue calciamentum pedum tuorum: locus enim in Ioſu.5.d
quo ſtas, terra ſancta eſt. Videns, uidi, adflictionem populi mei,
qui eſt in Aegypto, & gemitum eorum audiui: & deſcendi, ut eri
piam eos. Et nunc uenito, & emandabo te in Aegyptum. Exo.2.b

Hunc Moſen, quẽ negauerũt, dicentes: * Quis te conſtituit prin-
E cipem & iudicem, hunc, *inquam*, Deus principem & redempto-
rem emãdauerat per manũ angeli, qui adparuerat illi in rubo. Hic
eduxit illos, ædens prodigia & ſigna in Aegypto, & in rubro mari
& in deſerto, annis quadraginta. Hic eſt Moſes, qui dixit filijs Deut 18.c
Iſrael: * Prophetam ſuſcitabit uobis Dominus Deus ueſter e fra-
tribus ueſtris, ſimilem mei, illum audietis. * Hic eſt, qui fuit in con- *Exo.19.d
gregatione in ſolitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Gala.3.c
Sina, & cum patribus noſtris, qui accepit ſermonem uiuũ, ut daret
nobis: cui noluerunt obedire patres noſtri, ſed repulerunt, &
auerſi ſunt corde ſuo in Aegyptum, dicẽtes ad Aaron: * Fac nobis Exo.32.a
Deos, qui præcedant nos. Moſi enim huic, qui eduxit nos de terra
Aegypti, neſcimus quid acciderit. Et uitulum fecerunt in diebus
illis: & obtulerunt hoſtiam ſimulachro. Et lætabantur ſuper
operibus manuum ſuarum.

Conuertit ſe autem Deus, * & tradidit eos, ut colerent militiã Rom.1.d
cœli: ſicut ſcriptum eſt in libro prophetarum: * Num uictimas, *Hier.7.c
& hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſ- Amos.5.d
raël? Et ſuſcepiſtis tabernaculũ Moloch, & ſydus Dei ueſtri Rẽ-
pham, figuras, quas feciſtis ad adorandum eas. Et tranſferam uos
ultra Babylonem.

F Tabernaculum teſtimonij fuit patribus noſtris in deſerto, ſicut
ordinauerat *illis*, * loquens ad Moſen, ut faceret illud ſecundũ Exo.25.d
formam, quam uiderat. * Quod & induxerunt, qui ſucceſſerunt, Heb.8.a
patres noſtri, cum Ioſue in poſſeſsionem gentium: quas expulit Ioſ.3.a
Deus à facie patrum noſtrorum, uſque ad dies Dauid, * qui inue- *Pſal.88.c
nit gratiam corã Deo: & petijt ut inueniret tabernaculum Deo
Iacob. * Solomon autem ædificauit illi domum. 3.Reg.6.a

* Sed excelſiſſimus ille non in templis manufactis habitat, ſicut *Act.17.b

Eſa.66.a. propheta dicit: * Cœlum, mihi ſedes *eſt*: terra autem, ſcabellum
pedum meorum. Quam domũ ædificabitis mihi? dicit Dominus.
Aut quis locus requietionis meæ *eſt*? Nonne manus mea fecit
hæc omnia.

Deut. 9.d * Duri ceruice, & incircuncisi corde & auribus, uos ſemper
ſpiritui ſancto reſiſtitis: ſicut patres ueſtri, *ita* & uos. Quem pro-
phetarum non ſunt perſequuti patres ueſtri? Et occiderunt eos, G
1.Cor.1 d qui prænunciabant de aduentu * iuſti illius, cuius uos nunc prodi
* Ioan.15.b tores & occiſores fuiſtis: * qui accepiſtis legem ad diſpoſitiones
*Act.15.b. angelorum, * nec ſeruaſtis.

Audientes autem hæc, diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtride-
bant dentibus ſuis in eum. Quum autẽ eſſet plenus ſpiritu ſancto,
intentis in cœlum oculis, * uidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à
Mar.16.c dextris Dei. Et dixit: Ecce, uideo cœlos apertos, & filium homi-
nis ſtantem à dextris Dei. Exclamantes autem uoce magna, *con- B
Pſal.57.a tinuerunt aures ſuas: & impetum fecerunt unanimiter in eum.
Et *eiectum eum è ciuitate, lapidabant. * Ac teſtes depoſuerunt ue
* Leu.24.c ſtimenta ad pedes adoleſcentis, qui uocabatur Saulus.
3.Reg.21.b
Matth.23.e Et lapidabant Stephanum inuocantem, ac dicentem: Domine
* Act.22.b. Ieſu, * ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autẽ genibus clamauit uoce
*Pſal.30.a. magna: * Domine, ne ſtatuas illis peccatum hoc. Et quum hoc di-
Luc.23.e xiſſet, obdormiuit.

*Luc.23.c. *[a] In æditione peruetuſta, legebatur (ut admonuit Eraſmus) quadringentis triginta. [b] Hic locus dictus eſt, terra ſancta, propter ſanctum myſteriũ præſentis Domini: quod Moſi cæteriſque Iſraëlitis ſumma cum reuerentia tum erat amplexandum. Significabatur enim miſeria populi Iſraëlis, quæ quamuis illi tum multo maxima eſſet, & tanquã rubus in deſerto, hoc eſt, omnis conſolationis expers, ardere uideretur, ipſe tamen præter omnium expectationem diuina ope liberatus, fornacem igneam, hoc eſt, Aegyptum, illeſus euaderet. [c] Hic græca ad uerbum ſonant: Cum Ieſu in obtenſione gentium. [d] Qui apud Deum gratioſus fuit, uel, in fauore apud Deum.*

CAPVT OCTAVVM.

SAulus autem conſenſerat in necem eius. Facta eſt autem A
in illo die perſequutio magna aduerſus Eccleſiã, quę erat
Matth.10.e Hieroſolymis: * & omnes diſperſi ſunt per regiones Iu-
Gene.23.a dęæ & Samariæ, præter apoſtolos. * Curauerunt autem unà

Stepha-

Stephanum uiri religioſi, feceruntq; planctum magnum ſuper eũ.
*Saulus uerò deuaſtabat Eccleſiam, per ſingulas domos intrans, *Act.9.a 22.a.26.b.
trahensq; uiros ac muliéres, tradebat in cuſtodiam. 1. Cor.15.a.

*Illi igitur diſperſi peragrabant, euangelizantes *ſermonem. Gala.1.b.
Philippus autem peruenit in ciuitatem Samariæ, ac prædicabat *Act.11.b
illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ his, quæ à Philippo dicebantur, unanimiter audientes, & uidentes ſigna quæ ædebat.
Spiritus enim immundi è multis, qui ab illis tenebantur, *exibãt, Mar.16.c
clamãtes uoce magna. Multi uerò paralytici, & claudi, ſanati ſunt. Act.5.b
Et factum eſt gaudium magnum in illa ciuitate.

Vir autẽ quidã, nomine Simon, qui *ante in ea ciuitate artem Act.13.a
exercuerat magicam, ac gentem dementauerat Samariæ, dicens: Se eſſe quippiam magnum. Cui auſcultabant illi à minimo uſque ad maximum, dicentes: Iſte, eſt potentia Dei illa magna. Auſcultabant autem ei, propterea quòd multo tempore magicis artibus
B dementaſſet eos. Quum uerò credidiſſent Philippo euangelizãti de regno Dei, deq; nomine Ieſu Chriſti, baptizabantur uiri ſimul ac muliéres. Simon autem & ipſe credidit: & quum baptizatus eſſet, adhærebat Philippo. Vidensq; ſigna, & uirtutes fieri, ſtupens admirabatur.

Quum autem audiſſent apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria ſermonem Dei, miſerunt ad eos Petrum ac Ioannem: qui quum deſcendiſſent, orauerunt pro ipſis, ut acciperẽt ſpiritum ſanctum. Nondum enim in quenquam illorum illapſus
fuerat, ſed baptizati tantum erant in nomen Chriſti Ieſu. *Tunc Act.13.a
imponebant manus ſuper illos, accipiebantq; ſpiritum ſanctum. 19.a

Quum uidiſſet autem Simon, quòd per impoſitionem manuum 1. Tim. 4.b
apoſtolorum daretur ſpiritus ſanctus, obtulit eis pecunias, dicens: 5.c
Date & mihi poteſtatem iſtam, ut cuicunque impoſuero manus, 2.Tim.1.b
accipiat ſpiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia
tua tecum ſit in perditionem: *quoniam donum Dei exiſtimaſti Mar.10.a
pecunijs parari. Non eſt tibi pars, neque ſors in ratione hac: cor enim tuũ non eſt rectum coràm Deo. Reſipiſce igitur ab iſta malitia tua, & roga Deũ: ſi ſanè remittatur tibi cogitatio cordis tui.
*In felle enĩ amaritudinis, et colligatione iniquitatis uideo te eſſe. Deut.26.c

Reſpon-

Num. 21.a Reſpondens autẽ Simon,dixit : * Precemini uos pro me apud C
Dominum,nequid eueniat in me horũ, quæ dixiſtis. Et illi qui-
dem teſtificati,& loquuti ſermonem Dñi,reuerſi ſunt Hieroſoly-
mam : & multis oppidulis Samaritanorum euangelizabant.
Angelus autem Domini loquutus eſt,ad Philippum, dicens :
Surge, & uade Meridiem uerſus, ad uiam, quæ deſcendit ab
Hieroſolymis, ad * ciuitatem * Gazan : hæc eſt deſerta. Et ſur-
gens, profectus eſt, & ecce, uir Aethiops, Eunuchus, præfectus
2 Reg. 8.f Candaces reginæ Aethiopum,quẽ præfecerat uniuerſæ gazę ſuę,
* uenerat adoraturus Hieroſolymã : & reuertebatur ſedens ſuper
currum ſuum, legebatq́; Eſaiam prophetam.
Dixit autem ſpiritus Philippo : Accede, & adiunge te ad cur-
rum iſtum. Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem
Eſaiam prophetam,& dixit: Intelligis ne quæ legis? At ille dixit:
Quinam enim poſſim? niſi aliquis dux uię mihi fuerit? Rogauitq́;
Philippum,ut aſcenderet,ſederetq́; ſecum. Argumentum autem
Eſa. 53.d ſcripturæ, quam legebat erat hoc : * Tanquam ouis ad occiſionẽ D
ductus eſt,& ſicut agnus coram tondente ſe mutus, ſic nõ aperuit
os ſuum.In humilitate ipſius,iudicium eius ſublatum eſt.Genera-
tionem autẽ eius quis enarrabit ? Quoniam tollitur de terra uita
eius. Reſpondens autem Eunuchus Philippo, dixit : Obſecro te,
de quo,propheta dicit hoc,de ſe,an de alio quopiam?
Luc. 24.c * Aperiens autem Philippus os ſuum, & exorſus à ſcriptura
iſta,euangelizauit illi Ieſum.Et dum irent per uiam, uenerunt ad
quandam aquam. Et ait Eunuchus: Ecce,aqua,quid uetat quo
minus baptizer? Dixit autem Philippus : Si credis ex toto corde,
licet.Et reſpondens, dixit :Credo filium Dei,eſſe Ieſum Chriſtũ.
Et iuſſit ſiſti currum : ac deſcenderunt ambo in aquam,Philippus
ſimul & Eunuchus,& baptizauit eum.Quum autem aſcendiſſent
ex aqua,ſpiritus Domini rapuit Philippum : nec amplius uidit eũ
Eunuchus.Ibat enim per uiam ſuam gaudens. Philippus autem
repertus eſt Azoti, & pertranſiens euãgelizabat ciuitatibus cun-
Act. 21.b ctis,donec ueniret * Cæſaream.

** Textus Græcus non addit, Dei. Hinc collige, quid ſit fugere, ingruente perſecutione, in aliam atque aliam ciuitatem.*

Caput

CAPVT NONVM.

A SAulus * autem etiamnum ſpirans minas & cædem, aduer-
ſus diſcipulos Domini, acceſſit ad principem ſacerdotum, Act.8.a.
& petijt ab eo epiſtolas, *quas perferret* Damaſcũ ad ſy- 22.a.26.b
nagogas: ut ſi quos inueniſſet eius uiæ, ſeu uiros ſeu mulieres, uin- 1.Cor.15.a.
ctos duceret Hieroſolymam. Et quum iter faceret, contigit, ut ad- Gala.1.b
propinquaret Damaſco. Et ſubitò circumfulgurauit eũ lux è cœ-
lo, collapſusq́ in terram, audiuit uocem dicentem ſibi: * Saul, Sa-
ul, quid me perſequeris? Dixit autem: Quis es Domine? Dominus 4.Reg.19.d
autem dixit: Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris. Durum eſt tibi Zach.2.b
contra ſtimulos calcitrare. Is tremens & ſtupens, dixit: Domine, Matt.25.d
*quid me uis facere? Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere ciui Act.2.d
tatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. 10.d

Viri autem illi, qui erant ei comites itineris, ſtabant attoniti,
audientes quidem uocem, *neminem tamen uidentes. Surrexit au- Dani.3.e
tem Saulus è terra, apertisq́ oculis ſuis, neminem uidebat, ſed 10.b
B manu ducentes illum, introduxerunt Damaſcum. Et erat tribus
diebus non uidens: ac non comedit, neq́ bibit. Erat autem quidã
diſcipulus Damaſci, nomine Ananias. Et dixit ad illum per uiſum
Dominus: Anania. Et ille ait: Ecce ego Domine. Et Dominus ad
eum: Surge, & uade in uicum, qui uocatur, Rectus, & quære in
domo Iudæ Saulum, nomine* Tarſenſem. Ecce enim orat. Et uidit Act.21.e
per uiſum uirũ, Ananiam nomine, introëuntem, & imponentem 22.a
ſibi manum, ut uiſum reciperet.

Reſpondit autem Ananias: Domine, audiui ex multis de uiro
hoc, * quanta mala fecerit ſanctis tuis Hieroſolymæ. Et hoc loco
habet poteſtatem à principibus ſacerdotum, uinciendi omnes, qui Exo.4.c
inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: Vade, Hiere.1.a
* quoniam organum electum eſt mihi iſte, ut portet nomen meum Act.8.a
coram gentibus, & regibus, ac filijs Iſraël. Ego enim oſtendam illi, * Gala.1.c
* quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Act.21.b

C * Et abijt Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei ma- 2.Cor.11
nus, dixit: Saul frater, Dominus miſit me, qui adparuit tibi in uia, *Act.22.b
qua ueniebas, ut uiſum recipias, & implearis ſpiritu ſancto. Et cõ-
feſtim deciderunt ab oculis eius, tanquã ſquamæ, & uiſum recepit:

et ſurgẽs, baptizatus eſt. Quũcꝫ cepiſſet cibũ, corroboratus eſt.

Fuit autem Saulus cum diſcipulis, qui erant Damaſci, per dies aliquot. Et continuò in ſynagogis prædicabat Chriſtum, quòd is eſſet filius Dei. Stupebant autem omnes, qui ⁺eũ⁺ audiebant, ac dicebãt: Nónne hic eſt, qui expugnabat Hieroſolymis eos, qui inuocabant nomen iſtud? Et huc ad hoc uenit, ut uinctos illos duceret ad principes ſacerdotum? Saulus autem multo magis inualeſcebat, & ᵃ confundebat Iudęos, qui habitabãt Damaſci, affirmãs, quòd is eſſet Chriſtus.

Expletis autem diebus compluribus, inierunt inter ſe Iudæi D
conſilium, ut illum occiderent. Sed intellectæ ſunt Saulo inſidiæ
2. Cor. 11. d corum. * Adſeruabantcꝫ portas die ac nocte, ut eum interficerent.
Ioſ. 2. c * Accipientes autem eum diſcipuli nocte, per murum demiſerũt,
1. Reg. 19. c. ſubmittentes in ſporta.

* Gala. 2. b * Quum autem Saulus ueniſſet Hieroſolymam, tentabat ſe iungere diſcipulis: & omnes timebant eum, non credentes, quòd eſſet
diſcipulus. Barnabas autem adprehenſum illum duxit ad apoſto- A
los, ac narrauit illis, quomodo in uia uidiſſet Dominum, & quòd loquutus eſſet ei, & quomodo Damaſci fortiter egiſſet in nomine Ieſu. Et erat cum illis uerſans Hieroſolymis, cum fiducia loquẽs in nomine Domini Ieſu. Loquebaturcꝫ, & diſputabat aduerſus
Act. 22. b Græciſtas. Illi uerò quærebant occidere eum. Quod * quum cognouiſſent fratres, deduxerunt eum Cæſaream, & emiſerũt Tarſum. Igitur Eccleſiæ quidem per totam Iudæam, & Galilæam, &
Pſal. 2. b Samariam habebant pacem, & ædificabantur, * uerſantes in timore Domini: & conſolatione ſpiritus ſancti multiplicabantur.

Factum eſt autem, ut Petrus, dum peragraret per omnes, deue-
niret etiam ad ſanctos, qui habitabant Lyddæ. Reperit autem ibi E
hominem quendam, nomine Aeneam, annis iam octo decumben-
tẽ in grabbato, qui erat paralyticus. Et dixit illi Petrus: Aenea, ſa- B
Matt. 9. a net te Dominus Ieſus Chriſtus, ſurge, & ſterne tibi ipſi. * Et conti-
Mar. 2. a nuò ſurrexit, & uiderunt eum omnes, qui habitabant Lyddæ, &
Luc. 5. c Aſſarone: qui conuerſi ſunt ad Dominum.

Ioan. 5. a Ioppæ autem fuit quædam diſcipula, nomine Tabitha, quæ interpretata, dicitur dorcas. Hæc erat plena bonis operibus, & eleemoſy-

moſynis, quas pręſtabat. Factum eſt autem in diebus illis, ut infir-
mata, moreretur. Quam quum lauiſſent, poſuerunt in cœnaculo.
Quum autem uicina eſſet Lydda Ioppæ, ac diſcipuli audiſſent,
E quòd Petrus eſſet in ea, miſerunt ad eum, rogantes, ne grauare-
tur uenire uſq; ad ipſos.

Exurgens autem Petrus, uenit cum illis. Et quum aduenisſet,
duxerũt illũ in cœnaculum: & circũſteterunt illum omnes uiduæ
flentes, & oſtendentes tunicas ueſteſq́;, quas faciebat quum eſſet
cum ipſis, Dorcas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus poſitis ge- Mar.9.a
D nibus, orauit, & conuerſus ad corpus, dixit: Tabitha, ſurge.* At il- Mar.5.a.
la aperuit oculos ſuos, uiſoq́; Petro, reſedit. Data autem illi manu, Luc.7.b
erexit eã: & quum uocaſſet ſanctos ac uiduas, exhibuit eam uiuã. 8.f
Id aũt innotuit per totã Ioppẽ, & crediderũt multi in Dñm. Factũ Ioan.2.b
eſt aũt, ut dies multos maneret Ioppę, apud Simonẽ quẽdã coriariũ

[a] *Perturbatos, perplexoſq; reddebat.*

CAPVT DECIMVM.

A VIr autem quidam erat Cæſareæ, nomine Cornelius, centu-
rio ex cohorte, quæ dicitur Italica, religioſus ac timẽs De-
um cum tota domo ſua, præſtans * eleemoſynas multas ple- Eccle.3.d
bi, deprecanſq́; Deũ ſemper. *Is* uidit per uiſum manifeſtè, fermè 7.b.
hora diei nona, angelum Dei introëuntem ad ſe, dicentemq́; ſibi:
Corneli. At ille intuẽs eũ, ac timore correptus, dixit: Quid eſt dñe?
Dixit aũt illi: *Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in
memoriam coràm Deo. Et nũc mitte uiros Ioppen, & acerſe Si- Eccle.35.b.
monẽ, qui cognominatur, Petrus. Hic diuerſatur apud Simonem
quendã coriariũ, cui eſt domus iuxta mare. Hic dicet tibi quid te
oporteat facere. Et quũ diſceſſiſſet angelus, qui loquebatur Cor-
E nelio, uocauit duos famulos ſuos, et militẽ religioſũ, ex his qui ſibi
adhærebant. Quibus quũ narraſſet omnia, emãdauit illos Ioppẽ.

B Poſtridie uerò facientibus illis iter, & adpropinquantibus ciui-
tati, *aſcẽdit Petrus in ſuperiora domus, ut oraret, circa horam 4.Reg.4.d.
ſextam. Et quum eſuriret, uoluit guſtare cibum. Parantibus Matth.6.a.
autem illis, irruit ſuper eũ mentis exceſſus, & uidet cœlũ apertũ, Luc.6.b
ac deſcendens ad ſe uas quoddam, uelut linteum magnum, quatuor
initiis adligatum, ſubmitti è cœlo in terram, in quo erant omnia

quadrupedia terræ, beſtiæq;, & reptilia, & uolatilia cœli. Et fa-
cta eſt uox ad eum: Surge Petre, macta, & ueſcere. Dixit autē Pe-
Leui. 11 a trus: Nequaquam Domine: * quia nunquam edi quicquam com-
Deut. 14 a. mune, aut immundum. Et uox rurſus iterum ad eum: * Quæ Deus
*Matth. 15. Rom. 14 purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autem factum eſt tertiò.
Titum. 1 a Et rurſum receptum eſt uas in cœlum.

Et dum apud ſeſe hæſitaret Petrus, quęnam eſſet uiſio, quam uidiſſet, ecce, uiri qui emādati erāt à Cornelio, percontati de domo Simonis, adſtiterunt ad ianuam. Et euocato quopiam, interrogabant, an Simon, qui cognominatur, Petrus, illic haberet hoſpitiū. Petro uerò cogitante, de uiſione, dixit ſpiritus ei: Ecce, uiri quærunt te: ſurge itaque, & deſcende, & uade cum eis, nihil hæſitans, propterea quòd ego emādaui illos. Deſcēdēs autē Petrus ad uiros C qui emādati erāt à Cornelio ad ipſum, dixit: Ecce, ego ſum ille, quē quæritis. Quæ cauſſa *eſt*, propter quā ueniſtis? Qui dixerunt: Cornelius centurio, uir iuſtus, ac timens Deum, & teſtimonium habens ab uniuerſa gente Iudæorum, oraculo admonitus eſt ab angelo ſancto, ut accerſeret te in domum ſuam, & audiret uerba
Gene. 19 a. 24 d abs te. * Intro uocatos igitur eos, recepit hoſpitio.

1 Pet. 4 b. *Act. 11 a Sequenti uerò die Petrus profectus eſt cum illis, * & quidā ex fratribus Ioppenſibus comitati ſunt eum. Poſtridie uerò introierunt Cæſaream. Porrò Cornelius expectabat illos, conuocatis cognatis ſuis, ac neceſſarijs amicis. Vt autem factum eſt, ut introiret Petrus, obuiam progreſſus ei Cornelius, ac procidens ad pe-
Act. 14 c des, adorauit *eū*. Petrus uero erexit eū, dicens: * Surge, & ego
Apo. 19 b ipſe homo ſum. Et colloquens cum illo, intrauit, & offendit mul-
22 b tos, qui cōuenerant, dixitq; ad illos: * Vos ſcitis, non eſſe fas uiro
*Exo 23 d Iudęo, cōiungi aut accedere ad alienigenā. Sed mihi oſtēdit Deus,
Deut. 7 a ne quem communem, aut immundū dicerē hominem, quapropter & citra contradictionem ueni accerſitus. Interrogo ergo, quam ob cauſſam accerſiſtis me?

Et Cornelius ait: Die abhinc quarto uſque ad hanc horam ſe- D
debam ieiunus, & hora nona precabar in domo mea, & ecce, uir ſtetit ante me in ueſte ſplēdida, & ait: Corneli, exaudita & deprecatio tua, & eleemoſynę tuę in memoria habitę ſunt coràm Deo.

Mitte

Mitte ergo,*qui eãt*Ioppẽ,& accerſe Simonẽ,qui cognominatur
Petrus: hic diuerſatur in ædibus Simonis coriarij iuxta mare, qui
ſimul atque uenerit,loquetur tibi. Confeſtim ergo miſi ad te,& tu
benè feciſti,qui adueneris. Nũc ergo oẽs nos in conſpectu Dei ad
ſumus,ut audiamus omnia,quæcunqꝫ tibi præcepta ſunt à Deo.

Aperiens autẽ Petrus os,dixit:*[a]In ueritate depræhendo,quòd — Rom.2.b.
non ſit perſonarum reſpectus apud Deum,* ſed in quauis gente, — Ephe.6.a
qui timet ipſum,& operatur iuſtitiã,*is* acceptus eſt illi. Sermo- — Col.3.c
nem, quem miſit Deus filijs Iſraël,euangelizans pacem per Ieſum — *Eſa.56.b
Chriſtum(Hic eſt omnium * Dominus) ipſi noſtis,de quo ſermo-
ne fama diuulgatum fuit in tota Iudæa: rumore primum orto * à — Act 2.d.
Galilæa,poſt baptiſma,quod prædicauit Ioannes,ut Ieſum Naza — Phil.2.a
renum * unxerit Deus ſpiritu ſancto:& uirtute,qui obambulauit — *Mar.4.b
benefaciendo,* & ſanando omnes oppreſſos à diabolo: quoniam — *Eſa 91.a.
Deus erat cum illo. Et nos teſtes ſumus omnium, quæ fecit & in — *Eſa.43.b
regione Iudæorum,& Hieroſolymis,quem occiderunt ſuſpenſum
in ligno. Hunc Deus ſuſcitauit tertio die,& exhibuit eũ,ut mani-
feſtus fieret,non toti populo,ſed teſtibus prius ad hoc à Deo dele-
ctis,*nimirũ*nobis,* qui comedimus & bibimus unà cum illo,po- — Luc 24.d.
ſteaquã reſurrexit à mortuis. Et præcepit nobis,ut prædicaremus — Ioan.21.b.
populo,ac teſtificaremur,quòd ipſe ſit ille, qui conſtitutus erat à — *Mat.28.c
Deo,iudex uirorum ac mortuorum. Huic * omnes prophetæ teſti — *Eſa.43.d. 53.c
monium ferunt,quòd remiſſionem peccatorum accepturus[b]ſit per — Hier 50.d
nomen eius,quiſquis crediderit in eum. — Dani.9.d

Adhuc loquente Petro uerba hæc,*cecidit ſpiritus ſanctus ſu- — *Act.2.d
per omnes,qui audiebant ſermonem. Et obſtupuerũt hi,qui ex cir-
cunciſorum genere credebant,quotquot uenerãt cum Petro,quòd
& in gentes donum ſpiritus ſancti effuſum eſſet. Audiebant enim
illos loquentes linguis, ac magnificantes Deum. Tunc reſpondit
Petrus:* Num quis prohibere poteſt, quo minus aqua baptizen-
tur hi,qui ſpiritum ſanctum acceperunt,ſicut & nos? Et iuſſit eos
baptizari [b] in nomine Domini. Tunc rogauerunt eum, ut rema-
neret aliquot dies.

[a] Reipſa,aut reuera,cõperio. [b] Per nomẽ Dñi. Siquidẽ græc⁹ textus habet ἐν τῷ ὀνόματι.

CAPVT VNDECIMVM.

AVdierunt autem Apoſtoli & fratres, qui erant in Iudæa,
quod & gentes recepiſſent ſermonem Dei. Quumq; aſcen-
diſſet Petrus Hieroſolymam, diſceptabant aduerſus illum,
Exo.23.d qui erant ex circunciſione, dicentes: * Ad uiros præputium ha-
Deut.7.a bentes introiſti, & ediſti cum illis. Petrus autem rem ab initio re-
* Act.10.a petens, expoſuit illis ordine, dicens: * Ego eram in ciuitate Ioppe
orans, & uidi raptus extra me, uiſionem, deſcendere uas quoddã,
ceu linteum magnũ, quatuor initijs, demiſſum è cœlo, & uenit uſq;
ad me. In quod quum intendiſſem oculos, animaduerti, & uidi qua
drupedia terræ, & beſtias, & reptilia, & uolatilia cœli. Audiui
autem & uocem dicentem mihi: Surge Petre, macta, & ueſcere.
Leui.11.a Dicebam autem: Nequaquam Domine, quia nihil * cõmune, aut
Deut.14.a immundum unquam introiuit in os meum. Reſpondit autem mihi
uox rurſum è cœlo: Quæ Deus mundauit, tu ne communia dixe-
ris. Idq; accidit tertio, & rurſum omnia ſubducta ſunt in cœlum.
Et ecce, extemplo tres uiri præſto aderant in ędibus, in quibus
eram, è Cæſarea ad me emãdati. Dixerat aũt mihi ſpiritus, ut pro-
Act.10.c ficiſcerer cum illis, nihil hæſitans.* Porrò comitati me ſunt & ſex
fratres hi. Et ingreſſi ſumus in domum uiri, isq; retulit nobis, ut
uidiſſet angelum domi ſuæ, qui adſtitiſſet & dixiſſet ſibi: Emitte
uiros Ioppen, & accerſe Simonem, cognomẽto Petrum, qui tibi ea
dicturus eſt, per quæ ſerueris & tu, & uniuerſa domus tua. Quũ
autem exorſus eſſem ſermonem, illapſus eſt ſpiritus ſanctus in il-
Act.2.a los: * quemadmodum & in nos *fuerat illapſus* initiò. Veniebat
Act.1.a autem in mentem, quod dixerat Dominus: * Ioannes quidem ba-
ptizauit aqua, cæterùm uos baptizabimini ſpiritu ſãcto. Proinde,
ſi par donum dedit illis Deus, quemadmodum & nobis, quum cre-
didiſſemus in Dominum Ieſum Chriſtum, ego porrò quis eram,
qui poſſem obſiſtere Deo? His autem auditis, obticuerunt, & glo-
rificauerunt Deum, dicentes: Igitur & gentibus Deus pœniten-
tiam conceſſit ad uitam.
Act.8.a * Et illi quidem, qui diſperſi fuerant ex adflictione, quæ orta
fuerat ob Stephanum, perambulauerunt uſque ad Phœnicen &
Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes ſermonem illum, niſi
ſolis Iudæis. Erant autem quidam ex eis, uiri Cyprij & Cyrenen-

ſes

ſes, qui quum introiſſent Antiochiam, loquebantur ad Græciſtas, euangelizantes Dominum Ieſum. Et erat manus Domini cum eis, multusq́; numerus credentium, conuerſus eſt ad Dominum.

C Peruenit aũt ad aures Eccleſiæ, quæ erat Hieroſolymis, ſuper his: & miſerunt Barnabam, ut iret uſque ad Antiochiam. Qui, quum perueniſſet, & uidiſſet gratiam Dei, gauiſus eſt: * & horta (Act.13.e)
batur õnes, ut propoſito cordis perſeuerarẽt adhærere Domino. Nam erat uir bonus, ac plenus ſpiritu ſancto, & fide. Et addita eſt multa turba Domino. Profectus eſt autẽ * Barnabas Tarſum, (Act.9.d)
ut quæreret Saulum: quem quũ inueniſſet, perduxit Antiochiã. Accidit autem, ut annum totum conſuetudinem agerent cum ea congregatione, docerentq́; turbam multam: & diſcipuli cognominarentur primùm Antiochiæ, Chriſtiani.

In his autem diebus ſuperuenerunt ab urbe Hieroſolymorum * prophetæ Anthiochiam, ſurgensq́; unus ex eis, nomine * Agabus, (Act.21.b) ſignificabat per ſpiritum, famem magnam futuram in toto terrarum orbe: quæ accidit ſub Claudio Cæſare: Diſcipuli autẽ, prout cuique ſuppetebat, propoſuerunt in * ſubſidium mittere habitantibus (1.Cor.16.a) in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, * mittentes ad ſeniores (2.Cor.8.a 9.a) per manum Barnabæ ac Sauli.

De noui Teſtamenti prophetis, è quorum numero Agabus: qui per ſpiritum iuſſus eſt admonere fratres de imminente fame. Deus enim qui ſuorum curam habet, nihil facturus eſt, niſi prius reuelauerit ſecretum ſuum ſeruis ſuis prophetis. Amos. 3. (*Act.12.d.)

CAPVT DVODECIMVM.

A EOdem autem tempore iniecit Herodes rex manus, ut adfligeret quoſdam de Eccleſia. Occidit autem * Iacobum (Matth.4.c. 17.a 20.c 26.d) fratrem Ioannis gladio, Videns autem, quod gratũ eſſet Iudæis, perrexit compræhẽdere & Petrum. Erant autem dies azymorum. Quem quum etiam adpræhendiſſet, poſuit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum adſeruandum: uolens poſt Paſcha ꝑducere eũ populo. Igitur Petrus quidẽ ſeruabatur in carcere. * Cæterum precatio fiebat prolixa ab Eccleſia ad Deũ (Act.4.c)
pro eo. Quum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte dormiebat Petrus inter duos milites, uinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem.

Act.5.c. 16.d * Et ecce, angelus Domini adſtitit, & lumen refulſit in habitaculo, percuſſoq́ꝫ latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge uelociter. Et exciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum: Præcingere, & ſubliga ſoleas tuas. Et fecit ſic. Et dicit illi: Circunda tibi ueſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat, quod uerum eſſet, quod fiebat per angelum, ſed putabat ſe uiſum uidere. Quum autem præteriſſent primam ac ſecundam cuſtodiam, uenerunt ad portam ferream, quæ ducit in ciuitatē, quæ ultro aperta eſt eis. Et exeuntes, proceſſerunt uicum unū, & continuo diſceſſit angelus ab eo.

Gene.28.d. Dan.6.d. Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit: * Nunc ſcio uere, quod emiſerit Dominus angelum ſuum, & eripuerit me e manu Herodis, & ex omni expectatione plebis Iudæorum: reçq́ꝫ perpenſa uenit ad domum Mariæ, matris Ioannis, qui cognominatus eſt, Marcus, ubi Act.1.b erant multi congregati, * & orantes. Quum pulſaſſet autē Petrus oſtiū ueſtibuli, proceſſit puella, ut ſubauſcultaret, nomine Rhode. Et ut agnouit uocem Petri, præ gaudio non aperuit ueſtibulum, ſed introcurrens, renunciauit, ſtare Petrum ante ueſtibulum. At illi dixerunt ad eam: Inſanis. Illa autem affirmabat, ſic⁺ ſe⁺ habere. At illi dicebant: Angelus eius eſt. Petrus autem perſeuerabat pulſans. Quum autem aperuiſſent, uiderunt eum: & obſtupuerunt. Act.13.b * Quum innuiſſet autem eis, mota manu, ut tacerēt, narrauit illis, quomodo Dominus eduxiſſet ipſum de carcere. Dixit aūt: Renū-Act.15.b. 21.b ciate * Iacobo & fratribus hec. Et egreſſus, abijt in alium locum.

Porro ubi diluxit, erat turbatio non parua inter milites, quidnam accidiſſet Petro. Herodes autē quū requiſiſſet eum, nec inueniſſet, examinatis cuſtodibus, iuſſit eos abduci: deſcendensq́ꝫ a Iudæa Cæſareā, ⁺ibi⁺ commoratus eſt. Herodes autem ᵇ bellum animo agitabat Tyrijs, & Sidonijs. At illi uno animo uenerunt ad eum, & perſuaſo Blaſto, qui præerat cubiculo regis, petebant pacem: eo quod aleretur regio ipſorum ⁺ annona ⁺ regia. Statuto Eccle.11.a. autem die, * Herodes ueſtitus ueſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Vox Dei, & Ioſ.7.c Ioan.9.c nō hominis. Confeſtim autem percuſſit eum angelus Domini, * eo *2.mac.9.b quod nō dediſſet gloriam Deo: * & eroſus a uermibus, expirauit.

Porro

Porrò ſermo Domini creſcebat, ac multiplicabatur. Barnabas
autem & Paulus reuerſi ſunt Hieroſolymam, expleto miniſterio,
adſumpto & Ioanne, cui cognomen erat, Marcus. Act.13.a

[a] *Intellige precationem conſtantem atq; intentam.* [b] θυμομαχῶν *enim ſignificat illum conceпiſſe animo bellum, tametſi illud nondum indixerat.*

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

A ERāt aūt quidā in Eccleſia, quę erat Antiochiæ, Prophetę
ac doctores, Barnabas'q; & Simō, qui uocabatur Niger, &
Lucius Cyrenenſis, & Manaën, qui erat Herodis Tetrar-
chæ collactaneus, & Saulus. Quum autem illi ſacrificarent Do-
mino, ieiunarēt'q;, dixit ſpiritus ſanctus: Segregate iā mihi Barna
bam & Saulum, in opus,* ad quod accerſiui eos. Quum'q; ieiunaſ- Act.9.b
ſent, & oraſſent, impoſuiſſent'q; eis manus, dimiſerunt. Et ipſi qui-
dem emiſſi à ſpiritu ſancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigaue-
runt in Cyprum. Et quum eſſent Salamine, annunciauerunt ſer-
monem Dei in ſynagogis Iudæorum. Habebant autē & * Ioannē Act.12.d
miniſtrum.

Et peragrata inſula uſque ad Paphum, inuenerunt quendā Ma-
gum, pſeudoprophetam, Iudæum, cui cognomen erat, Barieſu:
qui erat cum Proconſule Sergio Paulo, uiro prudente. Hic accer
ſitis Barnaba & Saulo, deſiderabat audire Sermonem Dei. Reſi-
ſtebat autē illis * Elymas Magus, (ſic enī interpretandū eſt nomē Exo.7.b
eius) quærens auertere Proconſulem à fide. Saulus autem, qui idē 8.b
Paulus, repletus ſpiritu ſancto, intentis in eum oculis, dixit: O Act.8.a
plene omni dolo, & omni uerſutia, fili diaboli, inimice omnis iu-
ſtitiæ, non deſinis inuertere uias Domini rectas? Et nūc, ecce, ma-
nus Domini ſuper te, & eris cæcus, non uidens ſolem uſque ad tem
pus. Et confeſtim cecidit in eum caligo ac tenebræ: & circumiens
quærebat, qui ſe manu ducerent. Tunc Proconſul, quum uidiſſet,
quod acciderat, credidit, *admirans ſuper doctrina Domini. Ioan.6.b

B Quum [a] autem à Papho ſoluiſſet Paulus, qui cum eo erant, ue-
nerunt Pergen Pamphyliæ.* Ioannes autem digreſſus ab eis, re- Act.15.e
uerſus eſt Hieroſolymam. Cæterùm ipſi peragratis regionibus, à
Perga uenerunt Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi ſynagogam die
Sabbatorum ſederunt. Poſt lectionem autē legis ac prophetarū,

emādauerunt principes ſynagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, ſi
quis eſt in uobis ſermo exhortationis ad plebem, dicite.
Act.12.c Surgens autē Paulus, *& manu ſilētio indicto, dixit: Viri Iſra-
ēlitæ, & qui timetis Deum, audite. Deus populi huius, delegit pa-
tres noſtros, & populum in altum extulit, quū eſſent incolæ in ter-
Exo.14.e ra Aegypti: * & brachio excelſo eduxit eos ex ea, & circiter qua-
draginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto. Ac
Ioſ.13.b deletis gentibus ſeptem in terra Chanaan, *ſorte diſtribuit eis ter-
*Iudic .a ram eorū. *Et poſt hæc annis circiter quadringentis quinquagin-
*1.Reg.8.a ta, dedit iudices, uſq; ad Samuelem prophetam. * Et exinde poſtu-
*1.Re.10.a. lauerūt regē. Deditq; eis Deus Saul, filiū Cis, uirūde tribu Ben-
*1 Re.16.c. iamin, annis quadraginta. * Et amoto illo, ſuſcitauit illis Dauid, ut
*Pſal.88.c. eſſet rex, cui teſtimonium reddēs, dixit: * Inueni Dauid, filiū Ieſſe,
uirum ſecundum cor meum: qui faciet omnes uoluntates meas. Hu- C
Pſal.131.a. ius e ſemine Deus, ita *ut promiſerat, adduxit Iſraēli ſeruatorē Ie-
2.Re.7.c. ſum, quum ante prædicaſſet Ioannes, ante faciem introitus eius ba-
ptiſmum pœnitentiæ Iſraēli. Quum autem impleret Ioannes cur-
Matt.3.b ſum, dixit: * Quē me arbitramini eſſe? Non *is* ſum ego, ſed ecce,
uenit poſt me, cuius non ſum dignus, ſoleam pedum ſoluere.
Viri fratres, filij generis Abrahæ, & qui inter uos timent De-
Matth.10.a um, * uobis ſermo ſalutis huius miſſus eſt. Qui enī habitabant Hie
*1.Cor.2.a roſolymis, & principes eorum, * quum ignorarent illum, & uoces
prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, condemnato
Luc.23.a. eo impleuerunt, *nullaq; cauſſa mortis inuenta, petierunt à Pila-
to, ut interficeret illū. Quūq; conſummaſſent ōnia, quæ de eo ſcri-
Luc.24.a pta erāt, *depoſitū de ligno, poſuerūt in monumētū. Deus autē ſu-
*Ioā.20.21 ſcitauit eū à mortuis, *qui uiſus eſt per dies multos his, * qui ſimul
*Mat.20.b aſcenderant cum eo à Galilæa Hieroſolymam: * qui ſunt teſtes D
*Act.1.a. eius apud plebem.
Et nos uobis euāgelizamus, quòd eam repromiſſionem, quę ad
patres facta eſt, Deus adimpleuerit filijs illorum, *nimirū*, nobis,
Pſal.2.a reſuſcitato Ieſu. Sicut & in Pſalmo primo ſcriptum eſt: *Filius me-
Heb.1.b. us es tu, ego * hodie genui te. Quòd autem ſuſcitauit eum à mor-
*Eſa.55.a. tuis, iam non amplius reuerſurum in corruptionem, ita dixit: *Da
*Pſal.15.b bo uobis ſancta Dauid, fidelia. Ideo & aliàs dicit: * Non permit-

tes,

tes, ut ſanctus tuus uideat corruptionem. Nam Dauid quidem 3.Reg.2.b.
quum ſuæ ætati inſeruiſſet, conſilio Dei * dormiuit: & adpoſitus
eſt ad patres ſuos, uiditq; corruptionē. At*is* quē Deus ſuſcitauit,
non uidit corruptionem.

Notum igitur ſit uobis uiri fratres, * quod per hunc uobis re- Luc.24.d
miſſio peccatorum annunciatur: & ab omnibus, à quibus non po-
tuiſtis per legem Moſi iuſtificari, per hunc omnis, qui credit, iuſti-
ficatur. Videte ergo, ne ſuperueniat uobis, quod dictum eſt in pro
phetis: * Videte contemptores, & admiramini, & euaneſcite: quia Abac.1.a
opus operor ego in diebus ueſtris, quod neutiquàm credetis,
ſi quis enarrauerit uobis.

Egreſſis autem è cœtu Iudæis, rogabant gentes, ut ſequenti
Sabbato loquerentur ſibi uerba. Soluto autem cœtu, ſequuti ſunt
multi Iudæi, & religioſi Proſelyti Paulum ac Barnabam, * qui al- Matt.24.a
E loquentes ſuadebant eis, ut perſeuerarent in gratia Dei. Act.11.c

Sequenti uerò Sabbato, penè uniuerſa ciuitas conuenit ad au-
diendum ſermonem Dei. Videntes autem turbas Iudæi, repleti
ſunt zelo, & contradicebant his, quæ a Paulo dicebantur, contra-
dicentes, ac loquentes blaſphemias. Tunc ſumpta fiducia Paulus ac
Barnabas, dixerunt: * Vobis oportebat primùm loqui ſermonem
Dei, ſed quoniam repellitis illum, & indignos uos iudicatis æter- Matth.10.a
na uita, ecce, * conuertimur ad gentes: ſic enim nobis præcepit Do- 15.c *Matt.21.e
minus: * Poſui te in lucē gentiū, ut ſis ſalus uſq; ad extremū terræ. *Eſai.49.b

* Audientes autem gentes, gauiſæ ſunt, & glorificabant ſermo- Matt.5.b
nem Domini: & crediderunt, quotquot erant ordinati ad uitam Luc.2.e
æternam. Diuulgabatur autem ſermo Domini per uniuerſam re- *Eſa.55.b.
gionem. * Iudæi uerò extimulauerunt mulieres religioſas & hone-
ſtas, & primos ciuitatis: & excitauerunt perſequutionem in Pau- 2. Tim.3.b.
lum ac Barnabam, & eiecerunt eos de finibus ſuis. * At illi excuſ-
ſo puluere pedum ſuorum in eos, uenerunt Iconium. Porrò diſci- Mat.10.b Mar.6.b
puli replebantur gaudio, & ſpiritu ſancto. Luc.9.a

[a] *Græca ad uerbum ſic ſonant: Subducti autem à Papho, qui circa Paulum erant, uenerunt Pergen Pamphyliæ.* [b] *Die reſurrectionis ſuæ Ieſus genitus dicitur: quia ſuo glorioſo regno eo tempore inaugurabatur.*

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

FActum eſt autem Iconij, ut ſimul introirent in ſynagogam Iudæorum,& loquerentur ſic,ut crederet Iudæorũ ſimul, & Grecorum copioſa multitudo. Qui uero increduli erãt Iudæi,concitauerunt,& corruperunt animos gentium, aduerſus fratres. Multo igitur tempore demorati ſunt,fortiter agentes præſidio Domini, qui teſtimonium perhibebat ſermoni gratiæ ſuæ:

Mar.16.c *dabatq;,ut ſigna,& prodigia fierẽt per manus eorum. Diuiſa eſt autem multitudo ciuitatis, & quidam quidem ſtabant à Iudæis, quidam uerò ab apoſtolis.

Quum autem factus eſſet impetus gentium,pariter & Iudeorũ, unà cum principibus ſuis,ut uim adferrent,& lapidarent eos, re intellecta,

Matth.10. *confugerunt ad ciuitates Lyconiæ Lyſtram & Derben, & finitimam undiq; regionem: & ibi prædicabant Euangelium.

Act.3.a. *Et quidam uir Lyſtris,debilis pedibus ſedebat, claudus ab utero matris ſuæ,qui nunquam ambulauerat: hic audiuit Paulum loquẽtẽ. Qui intuitus eum,& uidẽs,quod fidem haberet,fore, ut ſaluus

Eſa.35.a fieret,dixit magna uoce:Surge in pedes tuos rectus.* Et exilijt,ambulabatq;. Turbæ uerò quum uidiſſent quod fecerat Paulus, ſu-

Act 28.a. ſtulerunt uocem ſuam,Lycaonicè dicentes:* Dij in ſpecie hominũ

*Act.10.c. deſcenderunt ad nos. Et uocabant Barnabam,Iouem,Paulum ue-

Apo 19.b ro,Mercurium:quòd is eſſet dux ſermonis. Sacerdos autem Iouis,

22.b qui erat ante ciuitatem illorum,tauros & coronas ad ueſtibula ad-

*Pſa.145.a ferens,cum turbis uolebat ſacrificare.

Act.17.d

Apo.14.b. Quod ubi audierunt apoſtoli, Barnabas & Paulus,conſciſſis

Rom1.b. ueſtibus ſuis, inſilierunt in turbam,clamantes ac dicentes: Viri, quur iſta facitis? Nos quoq; eiſdem, quibus uos,obnoxij ſumus malis homines,euangelizantes,ut ab iſtis uanis conuertamini ad Deũ uiuum,*qui fecit cœlum,& terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt:qui in præteritis ætatibus ſinebat omnes gentes ingredi uijs ſuis.* Quanquam nõ expertem teſtimonij ſeipſum eſſe ſinebat, dũ beneficia conferret,de cœlo nobis dans pluuias,ac tempora fructifera,implens cibo & lætitia corda noſtra. Et hæc dicentes,uix cõpeſcuerunt turbas,ne ſibi immolarent.

Superuenerunt autem *quidã* ab Antiochia, & Iconia,Iudæi,

2.Cor.11.c qui quũ perſuaſiſſent turbis,ac* Paulum lapidaſſent,extraxerunt

eum

eũ è ciuitate, exiſtimantes illum mortuũ eſſe. Circundantibus autẽ eum diſcipulis, ſurrexit, & intrauit ciuitatem. Ac poſtero die, profectus eſt cum Barnaba Derbẽ. Quumq; euangelizaſſent ciuitati illi, ac diſcipulos multos feciſſẽt, reuerſi ſunt Lyſtrã, & Iconiũ, &
D Antiochiã, *denuò* confirmantes animas diſcipulorum, * exhortanteſq; ut perſeuerarent in fide: * & quòd per multas adflictiones oporteat nos intrare in regnum Dei. Et quum ſuffragijs creaſſent illis per ſingulas Eccleſias preſbyteros, precatiq; eſſent cum ieiunijs, commendauerunt eos Domino, in quem crediderant.

Act.2.e. 11.c.13.e * Luc.24.d 1.Tim.3.b

Peragrataq; Piſidia, uenerũt in Pamphyliam: & quum loquuti eſſent ſermonem Pergæ, deſcenderunt in *urbẽ* Attaliam, & inde ſoluerunt Anthiochiam, * unde erant traditi gratiæ Dei in opus, quod compleuerunt. Quum autem ueniſſent, & congregaſſent Eccleſiam, retulerunt quæcunq; feciſſet Deus ſecum: & quòd aperuiſſet gentibus * oſtium fidei. Commorati ſunt autem illic multum temporis cum diſcipulis.

Act.13.a

* *Oſtium fidei, adeoq; & ſalutis aperuiſſet gentibus, ita, ut uerbo ipſis annunciato, & fidere poſſint & ſeruari.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

A ET quidam qui deſcenderant à Iudæa, docebãt fratres: * niſi circuncidamini ſecundum morem Moſi, nõ poteſtis eſſe ſalui. Quum orta ergo ſeditio, & diſceptatio eſſet non exigua Paulo ac Barnaba aduerſus illos, * ſtatuerunt, ut aſcenderent Paulus et Barnabas, & quidam alij ex illis, ad apoſtolos ac preſbyteros Hieroſolymam, ſuper hac quæſtione. Illi ergo deducti ab Eccleſia pertranſibant Phœnicẽ * & Samariam, narrantes conuerſionem gentiũ: & adferebant gaudium magnum omnibus fratribus. Quum autẽ ueniſſent Hieroſolymã, * ſuſcepti ſunt ab Eccleſia, & ab apoſtolis ac preſbyteris: annunciaueruntq;, quæcunq; Deus feciſſet cum ipſis. Surrexerunt autem quidam de factione Phariſæorũ, qui crediderant, dicentes: Quòd oporteret circuncidere eos, ac præcipere, ut ſeruarent legem Moſi: conueneruntq;
B Apoſtoli ac preſbyteri, ut diſpicerent de hoc negotio.

Gala.5.a. Gala.2.a. Act.28.b.

Quum autem magna diſceptatio fuiſſet, ſurgens Petrus, dixit ad eos: Viri fratres, uos ſcitis, quòd ab antiquis diebus Deus inter

nos elegit, ut per os meũ audirent gentes uerbũ Euangelij, crede-
Act.1.d rentq́ȝ. Et * qui nouit corda Deus, teſtimoniũ præbuit illis, * dans
*Act.10.e. illis ſpiritum ſanctum, ſicut & nobis: nihilq́ȝ diſcreuit inter nos
& illos, quum fide purificauerit corda illorum. Nunc ergo quid
tentatis Deum, ut imponatur * iugum ſuper ceruices diſcipulorũ,
Act.7.g * quod neque patres noſtri, neque nos, portare potuimus? * Sed
*Eph.2.a per gratiã Domini Ieſu Chriſti credimus nos ſaluos futuros, quē-
Tit.3.a admodum & illi. Tacuit autem tota multitudo, & audiebant Bar
nabam ac Paulum, narrantes, quæ Deus ædidiſſet ſigna & prodi- B
gia inter gentes per ipſos.

Act.12.c Et poſtquam conticuiſſent, reſpondit * Iacobus, dicens: Viri
21.b fratres, audite me. Symeon narrauit, quemadmodũ Deus primum
uiſitauerit, ut ſumeret ex gentibus populũ in nomine ſuo: & huic
Amos.9.c. conſonant uerba prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: * Poſt hæc re- C
uertar, ac rurſus ædificabo tabernaculum Dauid, quod collapſũ
eſt, & diruta eius inſtaurabo, & erigam illud: ut requirant, qui re-
liqui ſunt homines, Dominum, & omnes gentes, ſuper quas inno-
uatum eſt nomen meum, dicit Dominus, qui facit hæc õnia. Nota
a ſeculo ſunt Deo omnia hæc opera ſua. Propter quod ego cenſeo,
non obturbandum eſſe illis, qui ex gentibus conuertũtur ad Deũ:
Exo.02.a ſed ſcribendum ad eos, ut abſtineãnt ſe ab inquinamentis * Simu-
*Ephe.5.a. *Gene.9.a lachrorũ, * & ſcortatione, * & ſuffocato, & ſanguine. Moſes enim
ab ætatibus antiquis in ſingulis ciuitatibus habet, qui ipſum præ-
dicent in ſynagogis, ubi per omne Sabbatum legitur.

Tunc placuit apoſtolis, & ſenioribus, cum tota Eccleſia, ut de-
Ioan.14.b lectos ex ſeſe uiros mitterent Antiochiam, cũ Paulo & Barnaba,
* Iudam cognomento Barſabam, & Silam, uiros primarios inter
fratres, miſſis per manum eorum his ſcriptis.

Apoſtoli & preſbyteri, & fratres, his qui ſunt Antiochiæ, & in D
Syria, & in Cilicia, fratribus, qui ſunt ex gentibus, Salutẽ, * Quo-
Gala.2.a niam audiuimus, quod quidam e nobis egreſſi, turbauerunt uos
uerbis, labefactantes animas ueſtras, iubentes uos circuncidi, &
ſeruare legem, quibus nos non mandaueramus. Viſum eſt nobis
Act.13.e unanimiter congregatis, delectos uiros mittere ad uos, cum dile-
14 ctis noſtris Barnaba & Paulo, hominibus, * qui expoſuerũt animas

ſuas

ſuas pro nomine Domini noſtri, Ieſu Chriſti, Emādauimus ergo Iudam, & Silam, qui & ipſi uerbis uobis referent eadē. Viſum eſt enim ſpiritui ſancto, ac nobis, nequidamplius imponeremus uobis Zach. 9. a oneris, quàm hæc neceſſaria, + uidelicet, + + ut abſtineatis ab his, 1. Cor. 8. a quæ ſunt immolata ſimulachris, & ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione: à quibus ſi conſeruaueritis uos ipſos, benè facietis. Valete. 10. c

Illi ergo dimiſſi uenerunt Antiochiam, & congregata multitudine, reddiderunt epiſtolam. Quam quū legiſſent, gauiſi ſunt ſuper E conſolatione. Iudas aūt & Silas, quum eſſent & ipſi prophetæ, ſermone copioſo adhortati ſunt fratres confirmaueruntq;. Commorati autē +illic+ aliquantū temporis, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad apoſtolos. Viſum eſt autem Silæ, manere ibidem.* Paulus Gala. 2. a uerò & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes, & euangelizantes, cum alijs etiam compluribus, ſermonem Domini.

Poſt aliquot autē dies, dixit ad Barnabam Paulus: Reuertentes iam, uiſitemus fratres noſtros per omnes ciuitates, in quibus annunciauimus ſermonem Domini, quomodo +ſe+ habeant. Barnabas autē conſuluit, ut adſumerent & Ioannē, cognomento Marcum. * Paulus autem nolebat, ut is, qui defeciſſet ab ipſis ex Pam- Act. 13. b phylia, nec iſſet cū eis in opus, adiungeretur. Facta eſt igitur acris +inter eos+ diſceptatio, ut alter ab altero ſeiungeretur: & Barnabas quidē, adſumpto Marco, nauigaret in Cyprū, Paulus uerò allecto Sila, profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam ac Ciliciam, confirmans Eccleſias.

* *Ne legem naturæ hîc iugum adpellaueris. Quicunque enim illā docent, libertati Chriſtianæ nihil derogant, Deumq; nihil tentant. Sunt autē qui hunc locū tam de morali quàm de ceremoniali, omninò de tota lege interpretentur. Per circunciſionē (inquiunt) toti legi ſeruandæ, ſeſe obnoxios reddebant iuxta illud Pauli: Conteſtor autem rurſus omnem hominē qui circunciditur, quòd debitor eſt totius legis ſeruandæ. Ad Galatas 5. Cæterùm hi non perpendunt Paulum locutum de tota lege, quæ in decretis ſita eſt: queque ſimul cū lege libertatis ſeruari non potuit. Conferat pius lector hunc locum Pauli ad Galatas, cū capite ad Epheſios. Porrò hæc legalia, uocantur iugum aut iugum ſeruitutis, quod neq; patres noſtri neque nos (inquit Petrus, loquens de ſe & reliquis diſcipulis Domini) portare potuimus quòd hæc cum lege libertatis & fidei (ut dixi) ſeruari non potuerint. Sit nobis exemplo Dauid, qui ex lege libertatis, panes propoſitionis comedit. Item Chriſti apoſtoli, qui ſabbatis, uellebant ſpicas. Et Chriſtus ipſe, qui ſabbatis ſanauit ægrotos.*

Caput

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

PEruenit autem Derben & Lyſtram, & ecce, diſcipulus qui A
dam erat ibi, nomine Timotheus, filius cuiuſdam mulieris
Iudææ, fidelis, cæterum patre Græco. Huic teſtimonium
1.Cor.9.c bonum reddebant, qui Lyſtris erant, & Iconij, fratres. Hunc uo-
Gala.2.a luit Paulus ſecum proficiſci:* & adſumptum circuncidit eum pro
pter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes, quòd pa
ter eius erat Græcus. Quum autem pertranſirent ciuitates, trade
Act.15.d bant eis ſeruanda decreta,* quæ erant ordinata ab apoſtolis &
presbyteris, qui erant Hieroſolymis.

Itaque Eccleſiæ confirmabantur fide, & abundabant numero
quotidie. Quum peragraſſent autem Phrygiam, & Galaticam re-
Rom.1.b. gionem,* uetitiq; eſſent à ſpiritu ſancto, loqui ſermonem in Aſia,
profecti in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permiſit
eos ſpiritus.

Quum autem pertranſiſſent Myſiam, deſcenderunt* Troadem: B
2.Cor.1.c * & uiſio per noctem Paulo uiſa eſt. Vir Macedo quidam erat
*Act.18.a. 23.b ſtans, & deprecans eum, ac dicens: Profectus in Macedoniam,
ſuccurre nobis. Vt autē uiſum uidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci
Act.20.a in* Macedoniam, certi facti, quòd uocaſſet nos Dominus, ad euā
gelizandum eis. Quum ſoluiſſemus igitur à Troade, recto curſu
uenimus Samothracen, & poſtero die Neapolim, & inde Philip-
pos, quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas colonia. Eramus
autem in eadem urbe diebus aliquot commorantes.

Et die Sabbatorum egreſſi ſumus è ciuitate, iuxta flumen, ubi
ſolebat eſſe precatio, & ſedentes loquebamur mulieribus, quæ cō-
uenerant. Et quædam mulier nomine Lydia, purpurarum uendi-
Ioan.6.c trix, ciuitatis Thyatirorum, colens Deum, audiuit: * cuius * Do-
minus aperuerat cor, ut intenderet his, quę dicebantur à Paulo.
Quum autem baptizata eſſet, & domus eius, deprecata eſt, dicēs:
Si iudicaſtis, me fidelem Domino eſſe, introite in domum meam,
Gene.19.a. & manete: * & adegit nos.
Luc.14.c *Accidit autem euntibus nobis ad precationem, ut puella quę- C
24.c dam, habens ſpiritum Pythonis, occurreret nobis: quæ quęſtum
*1.Re.28.b magnum præſtabat dominis ſuis diuinando. Hęc ſubſequuta Pau
lum

lum ac nos,clamabat,dicens: *Iſti homines,ſerui Dei excelſiſſimi Mar.5.a
ſunt,qui annũciant nobis uiã ſalutis. Hoc autem faciebat multos Luc.8.d
dies.Sed ægrè ferens Paulus,& cõuerſus,ſpiritui dixit: Præcipio
tibi,per nomen Ieſu Chriſti,ut exeas ab ea.* Et exijt eadem hora. Mar.16.b
Videntes aũt domini eius,quòd abijſſet ſpes * quæſtus ſui,* ad * Act.19.c
præhenſum Paulũ ac Silã,traxerunt in forũ ad principes:& offe- *1.Thi.2.a
rentes eos magiſtratibus,dixerũt:* Hi homines conturbãt ciuita- *Act.17.b
tem noſtrã,quũ ſint Iudæi,& annũciant inſtituta,quæ nõ licet no
bis ſuſcipere,neq; ſeruare,quũ ſimus Rhomani. Et cucurrit turba
aduerſus eos,ac magiſtratus ſciſſis ueſtibus ſuis,*iuſſerũt eos uir- 2.Cor.11.e
gis cædi. Quũq; multas plagas eis impoſuiſſent, cõiecerũt *eos* in
D carcerem,præcipientes cuſtodi carceris, ut diligenter cuſtodiret
eos. Qui quũ tale præceptũ accepiſſet, coniecit eos in interiorem
carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno.
* Media autem nocte Paulus,& Silas orantes,laudabant Deũ. Act.4.d
Exaudiebant autẽ eos,qui uincti erant. Subitò uerò terræmotus
factus eſt magnus,ita,ut concuterentur fundamẽta carceris. * Et Act.5.c
ſtatim aperta ſunt õnia oſtia,& omniũ uincula ſoluta ſunt. Exper 12.b
rectus aũt cuſtos carceris,quũ uideret ianuas carceris apertas,eua
ginato gladio,erat ſeipſum ĩterfecturus,exiſtimans aufugiſſe uin-
ctos. Clamauit aũt uoce magna Paulus,dicens: Nequid feceris
tibi ipſi mali: uniuerſi enim hic ſumus.
Poſtulatoq; lumine, irrupit, ac tremefactus, accidit Paulo &
Silæ ad pedes:& productis illis foras ait: Domini,* quid me opor Act.2.d
tet facere,ut ſaluus fiam? At illi dixerunt: * Crede in Dominum *Ioan.6.f
Ieſum,& ſaluus eris tu,& domus tua. Et loquuti ſunt ei ſermonem Mar.16.b
Domini,& omnibus,qui erant in domo eius. Et adſumptis illis in
E illa hora noctis,abluit plagas:& baptizatus eſt ipſe, & omnes do-
meſtici illius continuò. Quũq; perduxiſſet eos in domũ ſuã,adpo
ſuit *eis* menſam:* & exultauit cum tota domo ſua, credens Deo. Luc.5.d
Et quũ dies ortus eſſet,emãdauerunt magiſtratus [b] lictores,di- 19.b
cẽtes: Dimitte homines illos. Renũciauit autẽ cuſtos carceris ſer-
mones hos Paulo: Emãdauerũt magiſtratus,ut dimittamini. Nũc
igitur egreſſi,ite in pace. Paulus aũt dixit eis: Cæſos nos publicè,
indicta cauſſa, quum ſimus Rhomani, cõiecerunt in carcerẽ:&

nunc occultè nos eijciũt? Non profectò, ſed ueniant ipſi, ac* nos*
educant. Nunciauerunt autem magiſtratibus lictores uerba hæc:
timueruntq; audito, quòd Rhomani eſſent. Et ueniẽtes deprecati
Matt.8.f ſunt eos,* & eductos rogabant, ut egrederẽtur è ciuitate. Egreſſi
autem è carcere, introierunt ad Lydiam: & uiſis fratribus, conſo-
lati ſunt eos, & profecti ſunt.

ᵃ Dominus tum trahere dicitur, quum cor aperit, illudque cicur reddit & docile. ᵇ ῥαβδούχους. Intellige uiatores magiſtratuum. Per quos magiſtratus denunciant, quicquid uelint factum. Hollandicè, Steelboden.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

QVum autem iter feciſſent per Amphipolin, & Apollo- A
nian, uenerunt Theſſalonicen: ubi erat ſynagoga Iudæ-
orum. Secundum conſuetudinem autem ſuam Paũlus in-
troiuit ad eos, & per Sabbata tria diſſerebat eis è ſcripturis, adape
Lucæ 24.d riens * & allegans, quòd Chriſtum oportuiſſet pati, & reſurgere
Matth.16.c à mortuis: & quòd hic eſſet Chriſtus Ieſus, quẽ ego, *(inquit)* an-
17.d nuncio uobis. * Et quidem ex eis crediderunt, & adiuncti ſunt
Act.8.e. Paulo & Sylæ, & religioſorum Græcorum multitudo magna, mu
liẽresq; primariæ non paucæ.

Zelo autem cõmoti Iudæi increduli, & adſumptis quibuſdam
circumforaneis uiris malis, ac turba coacta, concitauerunt ciuita-
tem: & urgentes domum Iaſonis, quærebant eos producere ad
populum. Et quum non inueniſſent eos, trahebant Iaſonem, &
Luc.23.a quoſdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes: Hi,* qui terra- B
Act.16.e. rum orbem conturbàrunt, huc quoq; uenerunt, quos clanculùm
Ioan.18.e excepit Iaſon: & hi omnes contra decreta Cæſaris faciunt, regẽ
19.a alium dicentes eſſe, Ieſum. Concitauerunt autem turbam, & magi-
ſtratus ciuitatis, audientes hæc. ᵃ Et quum ſatiſaccepiſſent ab Ia-
ſone, & à cæteris, dimiſerunt eos.

Fratres uerò confeſtim per noctem, emiſerunt Paulum ſi-
mul & Silam in Berrhœam. Qui quum aduenіſſent, abierunt in
ſynagogam Iudæorum. Hi autem erant ſummo genere nati inter
eos, qui erant Theſſalonicæ, qui receperant ſermonem cum omni
Ioan.5.d animi promptitudine, quotidie* ſcrutãtes ſcripturas, an hęc ita* ſe*
Act.15.a haberẽt. Igitur multi quidẽ crediderũt ex eis, & Græcæ muliẽres
2.Theſ.2.c honeſtæ, & uiri nõ pauci. Quũ aũt cognouiſſent Theſſalonicẽſes
Iudæi,

Iudæi, quòd & Berrhoeæ annunciatus eſſet à Paulo ſermo Dei, uenerũt: & illic quoq; cõmouebãt turbas. Statimq; tũc Paulũ emiſerunt fratres, ut iret uelut ad mare. Silas aũt & Timotheus remãſerunt ibi. Porrò qui proſequebantur Paulum, deduxerunt eum
C Athenas uſque: & accepto mandato ad * Silam ac Timotheum, ut quàm celerrimè uenirent ad ſe, profecti ſunt. 1. Theſſ. 3. a.

Paulus aũt quũ Athenis eos expectaret, [b] incandeſcebat ſpiritus eius in ipſo, quũ uideret ſimulachrorũ cultui deditã ciuitatẽ. * Diſputabat igitur in ſynagoga cũ Iudæis & religioſis, & in foro quotidie cũ his, qui ipſum forte adiſſent. Quidã aũt Epicuræi & Stoici Philoſophi cõflictabantur cũ eo, & quidã dicebant: Quid uult [c] ſpermologus hic dicere? Alij uerò, nouorũ * (inquiebãt) * dæmoniorũ uidetur annũciator eſſe: quòd Ieſum, & reſurrectionẽ annũciaret eis. Et adpræhenſum eũ, ad Martiũ uicũ duxerũt, dicẽtes: Poſſumus ne ſcire, quæ ſit iſta noua, quæ à te refertur doctrina? Noua enĩ quædam ingeris auribus noſtris. Volumus ergo ſcire, quid nam uelint hæc eſſe. Athenienſes aũt õnes, & qui illic uerſabantur, hoſpites, ad nihil aliud uacabãt, niſi ad dicendum, aut audiendum aliquid noui. Act. 9. c

Paulus aũt ſtans in medio Martij uici, ait: Viri Athenienſes, per omnia ferè ſuperſtitioſiores uos uideo. Præteriẽs enĩ, & contemplans culturas ueſtras, inueni & arã, in qua inſcriptũ erat: Ignoto
D Deo. Quẽ ergo ignorãtes colitis, hũc ego annũcio uobis. * Deus, qui fecit mundũ, & õnia, quæ in eo ſunt, hic coeli & terræ quũ ſit Dñs, * nõ in manufactis tẽplis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, * quũ ipſe det oĩbus uitã & halitũ per oĩa: fecitq; ex uno ſanguine õne genus hominũ, ut inhabitaret ſuper uniuerſam faciẽ terrę: * præfinitq; præſtituta tẽpora, et * præfixit * terminos habitationis eorũ, ut quærerent Deũ, ſi forte palpẽt eũ, & inueniãt. Quãuis nõ lõgè abſit ab unoquoq; noſtrũ. Per ipſum enim uiuimus & mouemur, & ſumus: ſicut & quidam ueſtratium poëtarũ dixerũt. * Nam huius progenies etiã ſumus. Genus ergo quũ ſimus Dei, nõ debemus exiſtimare, auro aut argento, aut lapidi arte ſculpto, & inuẽto hominis, Numẽ eſſe ſimile. * Et tẽpora quidẽ huius ignorãtiæ, quum hactenus diſſimularit Deus, * nũc Pſal. 145. a Act. 14. c * Eſa. 66. a. Act. 7. f * Gene. 2. b Deu. 32. a Aratus. Rom 2. a *Luc. 24. d

annũciat hominibus, ut oẽs ubiq; reſipiſcãt: eò quòd ſtatuit diẽ, in
Gene. 1. a quo iudicaturus ſit orbẽ terrarũ cũ iuſtitia, * per eum uirum per
Ioan. 1. c quẽ decreuerat, fide præſtita oĩbus, quũ excitârit illũ ex mortuis.

Quum audiſſent autem reſurrectionem mortuorum, alij quidẽ irridebant, alij uerò dixerunt: Audiemus te de hoc iterum.

Sic Paulus exiuit è medio eorum. Quidam uerò uiri adhærẽtes ei, crediderunt: in quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier, nomine Damaris, alijq; cum eis.

a *Intellige ſufficientẽ cautionẽ, aut ſufficiẽs uadimoniũ. Illi enĩ accepta ab Iaſone cautione, et à cæteris uadib⁹ uolebãt, ut ſi in ius uocarẽtur, ſeſe ſiſterẽt. Eſt igitur, ἱκανὸν λαμβάνειν fideiuſſores in eam ſponſionem exigere, & accipere. Idq; Latinorum more (ut ſcribit Budæus) qui ſatis accipere dicunt.* *b* *Qui ſecundum hoc Paulinum exemplum uocatur, uerè uocatus eſt. Non quidem ab hominibus, neque per hominem, ſed per ſpiritum Ieſu Chriſti.* *c* *Spermologus uox contumelioſa eſt, quæ latinè ſonat, uerborum ſeminator, hoc eſt, nugator, loquaculus, uaniloquus, blaterator: qui nouos rumores ſpargit in uulgus, quiq; ad quæſtum, quiduis garrit.*

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

POſt hęc aũt Paulus digreſſus Athenis, uenit Corinthũ: & A
Rom. 16. a nactus quendã Iudæũ, nomine* Aquilã, Ponticũ genere,
2. Tim. 4. c qui nuperuenerat ab Italia, & Priſcillã uxorẽ eius, eò quòd præcepiſſet Claudius oẽs Iudæos Rhoma decedere, acceſſit ad eos. Et quia eiuſdẽ erat artificij, manebat apud eos, & operabatur. Erat aũt ars illorũ, texere tabernacula. Diſputabat aũt in ſynagoga per omne Sabbatũ, ſuadebatq; Iudæis pariter & Græcis.

* Quum ueniſſent autem è Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur ſpiritu Paulus, teſtificans Iudæis, Chriſtũ, +eſſe+ Ieſum.
Act. 17. c Contradicentibus autem eis, ac blaſphema loquentibus, *excuſſis
uestimentis, dixit ad eos: *a* Sanguis ueſter ſuper caput ueſtrum.
Matth. 10. b Mundus ego, poſthâc ad gentes uadam. Et migrans inde intrauit
Luc. 10. a in domum cuiuſdam, nomine Iuſti, colentis Deum: cuius domus
Act. 13. e erat contigua ſynagogæ. Criſpus autem archiſynagogus, credidit Domino, *cũ tota domo ſua: multiq; Corinthiorũ audiẽtes
Ioan. 4. f
1. Cor. 1. b credebant, ac baptizabantur. B

Dixit autem Dominus nocte * per uiſionẽ Paulo: Noli timere,
Act. 16. b ſed loquere, & ne taceas, propterea quòd ego ſim tecum: & nemo
23. b adorietur te, ut adfligat te, quoniã populus eſt mihi multus in hac

ciui-

ciuitate. Sedit autē*ibi*annū, & ſex mēſes, docēs eos ſermonē Dei.

Cæterum quū Gallio ageret Proconſulē Achaiæ, inſurrexerūt
uno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, di-
centes: Contra legem, hic ſuadet hominibus colere Deum. Quum
autem Paulus iam pararet aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: * Si Act.25.c
qua iniuria eſſet, aut facinus malum, ó Iudæi, merito uos ſuſtine-
rem: ſi uero queſtio eſt de ſermone, ac nominibus, & lege ueſtrate,
uoſipſi uideritis. Iudex enī ego horū nolo eſſe. Et abegit eos à tri-
bunali. Adprehēſum aūt oēs Græci * Soſthenem, principē ſynago 1.Cor.1.a
gæ, percutiebāt āte tribunal: neq; quicq; eorū Gallioni curæ erat.

Paulus uero deinde commoratus dies multos, ualedicto fratri-
bus, abnauigauit in Syriam, comitantibus eum Priſcilla & Aqui-
la, poſteaquam raſerat caput in Cenchreis: habebat enim*uotum. Num.6.b
Deuenitq; Epheſum, & illos ibi reliquit. Ipſe uero ingreſſus ſyna
gogam, diſputabat cum Iudæis. Rogantibus autem eis, ut tempo-
C re ampliori maneret apud ipſos, non annuit, ſed ualedixit illis, di-
cens: Oportet omnino me feſtū, quod inſtat, agere Hieroſolymis, Act.19.a
*ſed iterū reuertar ad uos, *Deo uolente. Et ſoluit Epheſo, quūq; *Heb.6.a
deſcēdiſſet Cæſaream, aſcendiſſetq;, & ſalutaſſet Eccleſiam, deſcē- Iaco.4.b
dit Antiochiam. Et commoratus *illic* aliquantū tempus, profe-
ctus eſt, perambulans ex ordine Galaticam regionem ac Phry-
giam, confirmans omnes diſcipulos. 1.Co.1.b.

Iudęus autem quidam, * Apollos nomine, Alexandrinus gene- 3.a.16.b
re, uir eloquens, deuenit Epheſum, potēs in ſcripturis. Hic erat in-
ſtitutus in uia Domini, & feruens ſpiritu loquebatur, & docebat
diligenter ea, quæ ſunt Domini, ſciens tantum baptiſma Ioannis.
Et hic cœpit libere loqui in ſynagoga. Quē quum audiſſent Pri-
ſcilla & Aquila, adſumpſerunt eum, atq; exactius expoſuerunt ei
uiam Dei. Quū aūt uellet ire Achaiā, exhortati fratres, ſcripſerūt
diſcipulis, ut ſuſciperent eū. Qui quū ueniſſet, contulit multū his,
qui crediderunt per gratiam. Vehementer enī Iudæos reuincebat Ioan.5.d
publice, oſtendens per * ſcripturas, quod Ieſus eſſet Chriſtus.

** Latinè dixeris: Vos uobiſipſis mortem conſciſcitis: mundus atq; inſons ego, abhinc ad gentes uadam.*

CAPVT DECIMVMNONVM.

1..Cor.1.b. FActũ eſt autẽ,* quũ Apollos eſſet Corinthi, ut Paulus per- A
agratis ſuperioribus partibus, ueniret Epheſum: & reper
tis quibuſdam diſcipulis, dixit ad eos: Num ſpiritum ſan-
ctũ accepiſtis, poſteaq̃ crediſtis? At illi dixerũt ad eũ: Imò neq;,
ſit'ne ſpiritus ſanctus audiuimus. Et dixit ad illos. In quid ergo
baptizati eſtis? At illi dixerunt: In Ioannis baptiſma. Dixit autem
Mat.3.b Paulus: * Ioannes quidem baptizauit baptiſmum pœnitentiæ, po
Mar.1.a. pulo dicẽs: In uenturũ poſt ipſum, ut crederẽt, hoc eſt, in Chriſtũ
Luc.3.c Ieſum. His autẽ auditis, baptizati ſunt in nomen Dñi Ieſu. * Et
Ioan.1.c quum impoſuiſſet illis manus Paulus, uenit ſpiritus ſanctus ſuper
* Act 2.a. eos, & loquebãtur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes
4.d.8.b. uiri, ferè duodecim.

Introgreſſus autẽ ſynagogã, liberè loquebatur ad tres mẽſes, di
ſputãs & ſuadẽs ea, quę ſũt de regno Dei.* Quũ autẽ quidã indura
Matth.7.a. rentur, nec crederent, malè loquentes de uia Dñi coràm multitudi
ne, digreſſus ab illis, ſegregauit diſcipulos, quotidie diſputans in
ſchola Tyranni cuiuſdam. Hoc autem factum eſt per bienniũ, ita
ut omnes qui habitabant in Aſia, audirent ſermonem Domini Ie-
Mar.16.c. ſu, Iudæi ſimul & Græci.* Virtuteſq; non uulgares ædebat De-
us per manus Pauli, ita, ut etiam ſuper infirmos deferrentur à cor-
pore eius ſudaria, & ſemicinctia: & recederẽt ab eis morbi, & ſpi-
ritus mali ab eis egrederentur.

*Tentauerunt autem quidam è circumẽuntibus Iudæis, exor- B
ciſtis, inuocare ſuper eos, qui habebant ſpiritus malos, nomen Do-
mini Ieſu, dicentes: Adiuramus uos per Ieſum, quem Paulus prædi
cat. Erant autem quidam filij Sceuæ Iudæi, principis ſacerdotũ, ſe
ptem, qui hoc faciebant. Reſpondens aũt ſpiritus malus, dixit: Ie-
ſum noui, & Paulum ſcio, uos autem, qui eſtis? Et inſiliens in eos
homo, in quo erat dæmonium malum, & dominatus eis, inualuit
contra eos, ita, ut nudi & uulnerati effugerent de domo illa. Hoc
autem innotuit omnibus Iudæis ſimul & Græcis, qui habitabant
Epheſi: & incidit timor ſuper omnes illos, & magnificabatur no-
Matth.3.a. men Dñi Ieſu.* Multi'q; credentium ueniebant, confitentes, & an
nunciantes facta ſua. Multi autẽ ex eis, qui curioſas artes exercu
Hiere 36.c. erant,* cõportatos libros exuſſerunt corã omnibus: & ſupputatis
precijs

A precijs illorũ, ᵇ inuenerunt argenti, miriadas quinq;. Ita fortiter creſcebat ſermo Dei,& confirmabatur.

C His autem expletis,propoſuit Paulus in ſpiritu,tranſita Macedonia & Achaia,ire Hieroſolymam,dicens: Poſtquam fuero ibi, oportet me,& Rhomam uidere. * Miſſis autem in Macedoniam Rom. 13.d
duobus ex ijs,qui miniſtrabant ſibi,⁺uidelicet⁺ Timotheo & Era
ſto,ipſe remanſit ad tẽpus in Aſia.*Ortus eſt autẽ illo tempore tu- 2. Cor. 1.b
multus non exiguus de illa uia.Nam quidam nomine Demetrius, faber argentarius,qui faciebat delubra argentea Dianæ, præſtabat artificibus non exiguum * quæſtum:quibus conuocatis,& ijs, Act. 16.c
qui ſimilium rerum erant opifices,dixit: Viri ſcitis, quòd ex hoc opificio quæſtus nobis eſt,& uidetis & auditis, quòd non ſolum Epheſi,ſed penè totius Aſiæ⁺hominibus⁺ Paulus hic perſuaſit,& auertit multam turbam,dicens:*Quòd non ſint Dij, qui manibus Pſal. 113.b
fiunt.Non ſolum autẽ hæc pars nobis in periculũ uenit, ne reprobetur, uerùm etiam ne magnæ deæ Dianæ templum pro nihilo habeatur: futurumq́; ſit,ut etiam deſtruatur maieſtas eius, quam tota Aſia & orbis colit.

His auditis,repleti ſunt ira, & clamauerunt, dicentes: Magna Diana Epheſiorum.Et impleta eſt tota ciuitas confuſione,& impetum fecerunt uno animo in theatrum,correpto Gaio & Ariſtarcho Macedonibus,comitibus Pauli. Paulo autẽ uolente intrare ad populum,non permiſerunt diſcipuli. Quidam autem & ex Aſiæ primoribus,qui erant amici eius, miſerunt ad eum, rogantes,ne ſe daret in theatrũ. Alij quidẽ igitur aliud quiddã clamabãt. Erat enim concio confuſa:& plærique neſciebant,qua ex cauſſa cõ ueniſſent

D De turba autem protraxerunt Alexãdrum, propellentibus eũ Iudæis. Alexander autem manu ſilentio poſtulato, uolebat rationem reddere populo.Quem,ut cognouerunt Iudæum eſſe,uox orta eſt una omnium,fermè ad horas duas clamantium:Magna Diana Epheſiorum.

Quum autem ſedaſſet ſcriba turbam, dixit: Viri Epheſij,quis enim eſt hominum,qui neſciat, Epheſiorum ciuitatem, cultricem eſſe magnæ deæ Dianæ, & à Ioue delapſi ſimulachri? Quum

igitur

igitur his nemo contradicat,oportet uos ſedatos eſſe,& nihil præ-
cipitanter agere. Adduxiſtis enim uiros iſtos, neq; ſacrilegos,
neq; contumelioſos in deam ueſtram. Quod ſi Demetrius, & qui
cum eo ſunt, artifices, habent aduerſus aliquem cauſſam, *conuen-
tus* forenſes aguntur, & Proconſules ſunt, accuſent inuicem. Si
quid autem de rebus alijs quæritis, in legitima concione dirime-
tur. Nam periculum eſt, ne ſeditionis hodiernæ rei fiamus: quum
nulla ſubſit cauſſa, unde poterimus reddere rationem concurſus
iſtius. Et quum hæc dixiſſet, dimiſit concionem.

[a] Hinc diſce pie lector, quidnam & hac noſtra tempeſtate agant, qui ſe exorciſtas profitentur, abſq; ſpiritu & iuſſu Chriſti. [b] *Et inuenerunt denariorum quinquaginta milia, id eſt, quinq; milia Coronatorum.*

CAPVT VIGESIMVM.

POſtquam autem ceſſauit tumultus, uocatis ad ſe Paulus di-
1.Tim.1.a ſcipulis, complexuſq; illos, * profectus eſt, ut iret in Mace-
doniam. Quum autem perambulaſſet partes illas, & exhor
tatus eos fuiſſet multo ſermone, uenit in Græciam: & ibi peractis
menſibus tribus, quum eſſent illi ſtructæ inſidiæ à Iudæis ſoluturo
in Syriam, habebat in animo, ut reuerteretur per Macedoniam.
Comitatus eſt autem eum uſq; ad Aſiam Sopater Berrhœenſis,
Theſſalonicenſium uerò Ariſtarchus & Secundus, & Gaius Der
Act.21.d bæus, ac Timotheus, Aſiani uerò Tychicus & * Trophimus. Hi
2.Tim.4.c. quum præceſſiſſent, expectàrunt nos Troade: nos uerò abnauiga-
uimus poſt dies azymorum à Philippis, & uenimus ad eos Troa-
dem intra dies quinq;, ubi demorati ſumus diebus ſeptem.

Vno autem die Sabbatorum, quum conueniſſent diſcipuli [a] ad B
frangendum panem, Paulus diſſerebat eis, profecturus poſtridie,
protraxitq; ſermonem uſq; in mediam noctem. Erant autem lucer
næ multæ in cœnaculo, ubi eramus congregati. Sedens autem qui-
dam adoleſcens, nomine Eutychus, in feneſtra, quũ degrauaretur
ſomno profundo, diſſerẽte* diu* Paulo, magis depreſſus ſomno de
3.Reg.17.c. cidit ex tertio cœnaculo deorſum: et ſublatus eſt mortuus. * Quũ
4.Reg.5.d deſcendiſſet autẽ Paulus, incubuit ſuper eum, & complexus, di-
Act.2.c xit: Nolite turbari, anima enim eius in ipſo eſt. Quum aſcendiſſet
1.Cor.11.b. autem, * fregiſſetq; panem, ac deguſtaſſet, diu colloquutus uſq; ad
dilucu-

diluculum, ita demum profectus eſt. Adduxerunt autem puerum uiuentem, & refocillati ſunt non mediocriter.

Nos autem conſcenſa naui, ſoluimus Aſſon, inde excepturi Paulum. Sic enim ordinârat ipſe per terram iter facturus. Quum autẽ conueniſſemus Aſſon, recepto eo, uenimus in Mitylenen. Et inde nauigantes, ſequenti die uenimus contrà Chium. Poſtridie uerò adpulimus Samum, & commorati Trogyllij, proximo die uenimus in Miletum. Propoſuerat enim Paulus prgternauigare Epheſum: ne tempus tereret in Aſia. * Nam feſtinabat, ſi poſſibile ſibi eſſet, ut diem Pentecoſtes ageret Hieroſolymis. Act.21.a

C A Mileto autem miſſis Epheſum nuncijs, accerſiuit presbyteros Eccleſiæ, qui quum perueniſſent ad ipſum, dixit eis: Vos ſcitis à primo die, * quo ingreſſus ſum Aſiam, quomodo uobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiẽs Domino cum omni animi modeſtia, cumq; multis lachrymis & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorum, ut nihil ſuffugerim eorum, quæ eſſent in rem ueſtram, quin annunciarem uobis, & docerem uos publicè, ac per ſingulas domos, teſtificans Iudæis ſimul & Græcis, eam quæ erga Deum eſt, * pœnitentiam, ac fidem, quæ eſt ergo Dominum noſtrum Ieſum. Act.19.a Luc.24.d

Et nũc ecce, ego adligatus ſpiritu, proficiſcor Hieroſolymã, quæ in ea obuẽtura ſint mihi ignorans, niſi quòd ſpiritus ſanctus per ſingulas ciuitates * teſtificatur, dicens: Quòd uincula, & adflictiones me manent. * Verùm nihil me mouet, neq; uita mea chara eſt mihi ipſi, ut cõſummem curſum meum cum gaudio, & miniſteriũ quod accepi à Dño Ieſu, ad teſtificandum Euangelium gratiæ Dei. Act.21.a *2.tim.2.a.

D Et nunc ecce, ego ſcio, quòd poſthâc non uidebitis faciem meã uos omnes, per quos tranſiui, prædicãs regnum Dei. Quapropter conteſtor uos hodierno die, * b quòd mundus ego ſum à ſanguine omniũ. Non enim ſubterfugi, quò minus annunciârim, omne conſilium Dei uobis. Attendite igitur uobis, & cuncto gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos, ad regẽdum Eccleſiam Dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego enim noui hoc, * quòd ingreſſuri ſint poſt diſceſſum meum lupi graues in uos, non parcentes gregi. * Et ex uobis ipſis exorientur uiri, loquentes peruerſa, ut ab- 2.Reg.1.f Suſſ.1. 1.Tim.4.a. 2.Pet 2.a *Ioan.13.c. 1.Ioan.2.c.

ducant diſcipulos poſt ſe, propter quod uigilate, memores, quòd B
per triennium nocte ac die non ceſſauerim cum lachrymis mone-
re unumquemq;.

Et nunc, commendo uos, fratres Deo, & ſermoni gratiæ ipſi-
us, qui potens eſt ſuperſtruere, & dare uobis hæreditatem inter
2. Cor.11.b 12.b ſanctificatos omnes.* Argentum & aurum, aut ueſtitũ nullius cõ-
Gene.3.d. 1.Cor.9. b. 2 Theſſ.3.a cupiui: imò ipſi ſcitis, quòd neceſſitatibus meis, & his qui mecum
ſunt, ſuppeditauerunt manus hæ. Omnia oſtendi uobis, quòd ſic
laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe uerborũ Do-
*Eccle.4.c mini Ieſu, quoniam ipſe dixit: * Beatum eſt dare potius, quàm
accipere.

Et quum hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis, orauit, cum omnibus
illis. Magnus autem fletus coortus eſt omnium: & ruentes in col-
lum Pauli, deoſculabantur eũ dolentes, maximè ob ſermonẽ quẽ
dixerat: Quòd amplius faciem eius non eſſent uiſuri. Et deduce-
bant eum ad nauem.

[a] *Loquitur de cœna Domini, & annũciatione mortis illius. Atq; hic nõ abs re ſanè mẽtio fit diſcipulorum: quandoquidem ad menſam Domini, nequaq̃ admittendi ſunt, qui eius diſcipuli nondum facti fuerint. Hoc enim adumbrauit nobis figura Paſchatis Iudæorum, quibus ne ad ſuum agnũ Paſchalem, incircunciſos, aut aduenas, aut mercenarios admitterent, imperatũ legimus. Exo.12.* [b] *Quòd ego culpãdus nõ ſim, ita ut nullius mors mihi imputari poßit.*

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

QVum autem factum eſſet, ut ſoluiſſemus, auulſi ab eis, re- A
cto curſu uenimus Coum, & ſequenti die Rhodum, & in-
de Pataram. Et nacti nauẽ, quę traijceret in Phœnicen, ea C
conſcenſa, ſoluimus. Quũ autem cœpiſſet nobis adparere Cyprus,
relicta ea, ad ſiniſtram nauigauimus in Syriam, ac uenimus Tyrũ:
nam huc nauis exponebat onus. Repertiſq; diſcipulis, manſimus
Act.20.b ibidem diebus ſeptem.* Qui Paulo dicebant per ſpiritum, ne aſcẽ-
deret Hieroſolymam. Et expletis diebus, profecti ibamus, dedu-
centibus nos omnibus, unà cum uxoribus & filijs, donec exiſſe-
mus ciuitatem: & poſitis genibus in littore precati ſumus. Et con-
ſalutatis nobis inuicem, conſcendimus nauim: illi autem redie-
runt ad ſua.

B Nos uerò nauigatione explicita à Tyro, deſcendimus Prole-
maidam: & ſalutatis fratribus, manſimus diem unū apud illos. Po-
ſtridie uerò nos, qui eramus cum Paulo, uenimus Cæſareā. Et in-
greſſi domum * Philippi Euangeliſtæ, qui erat unus è ſeptem, mā- Act.6.a.8.a
ſimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ, uirgines *pro- *Ioel.2 ſ
phetantes. Et quum permaneremus dies complures, ad-
uenit quidam à Iudæa propheta, nomine * Agabus. Et ⁺is⁺ quū Act.11.c
ueniſſet ad nos, tulit cingulum Pauli, & adligans ſibi pedes ac
manus, dixit: Hæc dicit ſpiritus ſanctus: * Virum, cuius eſt Act.21.e
cingulum hoc, ſic adligabunt Hieroſolymæ Iudæi, tradentq́;
in manus gentium.

Quū autē audiſſemus hæc, rogabamus & nos & ⁺cæteri⁺ qui
loci illius erant, * ne aſcenderet Hieroſolymam. Tunc reſpondit
Paulus, & dixit: Quid facitis, flentes, & adfligentes cor meum?
* Ego uerò non ſolum uinciri, ſed & mori paratus ſum Hieroſo- Act 20.c
lymis, pro nomine Domini Ieſu. Quum uerò illi non perſuadere-
tur, acquieuimus, dicentes: * Domini uoluntas fiat. Poſt dies au- Matt.6.b
tem iſtos ſublatis ſarcinis, conſcendebamus Hieroſolymam. Vene-
runt autē unà & ⁺quidā⁺ ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcum, addu-
centes ⁺ ſecū, ⁺ apud quem hoſpitaremur, Mnaſonem quendam
Cyprium, antiquum diſcipulum. Et quum ueniſſemus Hieroſo-
lymam, libenter exceperunt nos fratres. Poſtero autem die intro-
ibat Paulus nobiſcum ad Iacobum, omneſq́; conuenerunt preſby-
teri. Quos quum ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quæ Deus feciſ-
ſet inter gentes, per miniſterium ipſius.

C At illi quum audiſſent, glorificabant Dominum, dixeruntq́;
ei: Vides frater, quot milia ſunt Iudæorum, qui crediderunt, &
omnes ſtudioſi ſectatores ſunt legis. Audierunt autem de te, quòd
defectionem doceas à Moſe, omnes qui inter gentes ſunt, Iudæos,
dicens: Non debere eos circuncidere filios, neq; ſecundum inſti-
tuta ambulare. Quid eſt ergo? omninò oportet cōuenire multitu-
dinem. Audient enim, te ueniſſe. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus.

Sunt nobis uiri quatuor, *uotum habentes ſuper ſe. His adſum- Num.6.b
ptis, purifica te cū illis, & impende ſuper illis, ut radant capita, & Act.18.b
ſcient omnes, quòd quæ de te audierunt, nihil ſunt, ſed ambulas

Act.15.d & ipſe cuſtodiens legem.* De his autem, qui crediderunt ex gen-
tibus nos epiſtolas miſimus, decernẽtes, nequid huiuſmodi obſer-
uẽt, niſi ut ſibi caueãt & ab his, quæ ſunt immolata ſimulachris, &
Act.24.b a ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione. * Tunc Paulus adſum-
ptis uiris, poſtero die purificatus, cum illis intrauit in templum,
annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur
pro unoquoq; eorum oblatio.

Dum autem ſeptem dies, iam penè eſſent expleti, hi qui ab Aſia D
erant Iudæi, quum uidiſſent eum in templo, conturbauerunt to-
tum populum, & iniecerunt ei manus, clamantes: Viri Iſraë-
litæ, ſuccurrite. Hic eſt ille homo, qui aduerſus populum &
legem, & locum hunc omnes ubiq; docet. Inſuper & Græcos
induxit in templum, & prophanauit ſanctum locum hunc. Vi-
Act.20.a derant enim* Trophimum Epheſium in ciuitate cum ipſo, quem
2.Tim.4.c. exiſtimauerunt, quòd in templum introduxiſſet Paulus. Commo
taq; eſt ciuitas tota, & factus eſt concurſus populi. Et adprehen-
ſum Paulum, protrahebant è templo, ſtatimq; clauſæ ſunt
fores.

Quærentibus autẽ *illis* eum occidere, nunciatum eſt tribuno
cohortis, quòd tota conturbata eſſet Hieroſolyma. Qui ſtatim
adſumptis militibus ac centurionibus decurrit ad illos. At illi,
quum uidiſſent tribunum & milites, ceſſauerunt percutere Pau-
Act.21.b lum. Tunc accedens tribunus adprehendit eum,* & iuſſit adliga- E
ri catenis duabus: & interrogabat, quis nam eſſet, & quid feciſ-
ſet. Alij autem aliud clamabant in turba. Et quum non poſſet
certum cognoſcere pre tumultu, iuſſit duci eum in caſtra. Et quum
ueniſſet ad gradus, contigit, ut portaretur à militibus propter
uiolentiam turbæ. Sequebatur enim multitudo populi, clamans:
* Tolle eum.
Luc.23.b

Et quum cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit tribuno: Li-
cet'ne mihi loqui ad te? Qui dixit: Græcè noſti? Nonne tu es
ille Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitaſti, & edu-
xiſti in deſertum quatuor milia uirorum ſicariorum? Dixit
Act.9.b autem Paulus: Ego ſum homo quidem Iudæus, * Tarſenſis,
22.a Ciliciæ non obſcuræ ciuitatis ciuis. Rogo autem te, per-

mitte

mitte mihi loqui ad populum. Et quum ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus annuit manu ad plebẽ: & magno ſilentio facto, adloquutus eſt lingua Hebræa, dicens.

** Paulus per ſpiritũ ſanctum, de ſuis uinculis certior factus, non potuit non aſcendere Hieroſolymam: quoniam tum eius animus geſtiebat ſuſcipere cum gaudio, quicquid eſſet oneris quod ipſi Dominus decreuiſſet.*

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM

A Viri fratres & patres, audite meã, qua nunc apud uos utor,
excuſationem. Quum audiſſent autem, quod Hebræa lin-
gua ipſis loqueretur, magis præſtiterũt ſilentium. Et dicit:
*Ego quidem ſum uir Iudæus, natus in Tarſo Ciliciæ, cæterum Act.9.b
educatus in hac ciuitate ad pedes *Gamalielis, inſtitutus accurate 21.e
in patria lege, ſectator Dei, ſicut & uos omnes eſtis hodie, qui* *Act.5.e
*Act.9.a
hanc uiam perſequutus ſum uſque ad mortem, adligans & tradens 26.a
in carceres uiros pariter ac mulieres, ſicut & princeps ſacerdotum 1.Cor.15.a
mihi teſtis eſt, & totus ſeniorum ordo, à quibus etiam epiſtolis ad Gala.1.b
fratres acceptis Damaſcum pergebam, adducturus & illos qui il-
lic eſſent, uinctos Hieroſolymam, ut punirentur.

Accidit autem mihi iter facienti, & adpropinquanti Damaſco,
circiter meridiẽ, ut ſubitò de cœlo circũfulguraret me lux multa,
cecidiq; in ſolum, & audiui uocem dicentẽ mihi: Saul, Saul, quid
me perſequeris? Ego uerò reſpondi: Quis es Domine? Dixitq;
ad me: Ego ſum Ieſus ille Nazarenus, quem tu perſequeris. * Et Dani.3.e
qui mecum erant, lumen [a] quidem uiderunt, & exterriti ſunt, uocẽ 10.b
autem non audierunt eius, qui loquebatur mecũ. Dicebam autẽ:
Quid faciam Domine? Dominus autem dixit mihi: Surge, ac
uade Damaſcũ, & ibi tibi dicetur de omnibus, quæ ordinata ſunt
tibi, ut facias. Et quum non uiderem præ gloria luminis illius, per
B manum deductus à comitibus, qui erant mecum, ueni Damaſcum.
*Ananias autem quidam, uir pius, ſecundum legem, teſtimoniũ Act.9.e
habẽs ab omnibus habitantibus Iudæis, ueniens ad me, & adſtans,
dixit mihi: Saul frater, recipe uiſum. Et ego eadem hora recepto
uiſu, uidi illum. At ille dixit: Deus patrum noſtrorum præpara-
uit te, ut cognoſceres uoluntatem ſuam, & uideres id quod iuſtum

eſt,& audires uocem ex ore eius : quia eris *illi* teſtis apud omnes
Rom.10.b homines *eorũ*,quæ uidiſti & audiſti. Et nũc quid contaris? Ex-
urge,& baptizare,& ablue peccata tua,*inuocato nomine Dñi.
Factum eſt autem,quum eſſem reuerſus Hieroſolymam,& ora
rem in templo,ut raperer extra me,& uiderem eũ dicentem mihi:
Matt.10.b Feſtina,* & exi cito Hieroſolymis : quoniam non accipient teſti-
Act.9.d monium tuum de me. Et ego dixi : Domine,ipſi ſciunt, quod ego
pertrahebam in carcerem, & cædebam in ſingulis ſynagogis eos,
Act.7.g. qui credebant in te.* Et quum funderetur ſanguis Stephani teſtis
tui,ego quoque aſſiſtebam, & aſſentiebar morti illius , & cuſto-
diebam ueſtimenta interficientium illum. Et dixit ad me : Vade,
Act.13.a. quoniam * ego ad gentes procul emandabo te.
Gala.1.c Audiebant autem eum uſq; ad hoc uerbum, atq; ſublata uoce
Ephe.3.a ſua, dicebant: Tolle de terra *hominem* iſtiuſmodi. Non enim fas
eſt, eum uiuere. Vociferantibus autem eis, & proijcientibus ue-
ſtimenta,& puluerem iactantibus in aërem; iuſſit tribunus eũ in-
duci in caſtra,& imperauit eum flagris examinari : ut ſciret pro-
pter quam cauſſam ſic occlamarent ei. Et quum adſtrinxiſſet eum
Ioan.18.c loris,dixit adſtanti ſibi centurioni Paulus : *Num hominem Rho
manum,& indemnatum licet uobis flagellare? Quo uerò audito,
centurio acceſſit ad tribunum,& renũciauit ei,dicens: Vide, quid
facturus es? Hic enim homo, Rhomanus eſt.
Accedens autẽ tribunus dixit illi:Dic mihi,num tu Rhomanus
es? At ille dixit: Etiã. Et reſpondit tribunus : Ego multa ſumma
ciuilitatem [b] iſtam comparaui. At Paulus ait: Ego uerò & natus
ſum. Protinus ergo diſceſſerunt ab illo, qui illum fuerant exami-
naturi. Tribunus quoque timuit,poſt quam reſciuit, quod Rho-
manus eſſet,& quod uinxiſſet eum.
Poſtero autem die uolens ſcire certũ,qua ex cauſſa accuſaretur
à Iudæis,ſoluit eum à uinculis,& iuſſit principes ſacerdotum con
Act.24.b. uenire,totumq; concilium : * ac deductum Paulum ſiſtebat coram
illis.

[a] *Audierunt quidem ſonitum loquentis,ſed uocem illius non intellexerunt,neq; loquentem uiderũt,ſed duntaxat lumẽ eius. Ita hic locus nõ repugnat uerbis noni capitis actorũ.* [b] *Ius ciuitatis illius magno comparandum fuit, & ob id mirabatur tribunus, quod Paulus, ſe Rhomanum ciuem eſſe dixiſſet.*

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

A INtentis autē oculis in concilium, Paulus dixit: Viri fra-
tres,* ego omni conſcientia bona conuerſatus ſum coram Act.24.b
Deo, uſque in hodiernum diem.* Princeps autem ſacerdo *Hie. 20.a
tum Ananias pręcepit adſtantibus ſibi, ut percuterēt os eius. Tūc Ioan 18.c
Paulus dixit ad eum: Percuſſurus eſt te Deus,* paries dealbate.
* Et tu ſedes iudicans me ſecundum legem, & contra legem iubes Deut. 17. a
me percuti? Et qui adſtabant, dixerunt: Summo ſacerdoti Dei
cōuiciaris? Dixit autem Paulus: Neſciebam fratres, quod ponti-
fex eſſet. Scriptum eſt enim: * Principi populi tui non maledices. Exo. 22. d

Sciens autem Paulus, quod una pars eſſet Sadducæorum, & al-
tera Phariſæorum, clamauit in concilio: Viri fratres,* ego Philip .3.a
Phariſæus ſum, filius Phariſæi,* de ſpe & reſurrectione mortuo- *Act.4.a
rum ego iudicor. Et quum hoc dixiſſet, facta eſt diſſentio inter 26.a.28.c
Phariſæos & Sadducæos, & diſſecta eſt multitudo.* Nā Saddu- * Mat.23.a
cæi quidem dicunt, non eſſe reſurrectionem, neque angelum, neq; Luc.20.d
B ſpiritum: Phariſæi autem utraque confitentur. Factus eſt autem
clamor magnus. Et quum ſurrexiſſent ſcribæ de factione Phari-
ſæorum, depugnabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine
iſto. * Quod ſi ſpiritus loquutus eſt ei, aut angelus, ne repugne- Act.22.a
mus Deo.

Et quum magna ſeditio coorta eſſet, ueritus tribunus, ne diſcer-
peretur Paulus ab ipſis, iuſſit milites deſcendere, & rapere eum de
medio eorum, ac deducere eum in caſtra. * Sequenti autem nocte Act.16.b
adſiſtens ei Dn̄s, dixit: [b] Bono animo eſto Paule. Vt enim teſtifica 18.a
tus es de me Hieroſolymis,* ſic te oportet & Rhomæ teſtificari. *Ephe.3.a

Facto aūt die, collegerūt ſe quidā ex Iudæis, & deuouerūt ſe, di- 2. Tim.1.b
cētes: Neq; eſuros ſe, neq; bibituros, donec occiderēt Paulū. Erāt
aūt plures quàm quadraginta *uiri*, qui hāc cōiurationē fecerāt.
Qui acceſſerunt ad principes ſacerdotū, ac ſeniores, & dixerunt:
Deuotione deuouimus noſipſos, nihil guſtaturos, donec occida-
mus Paulum. Nunc ergo uos ſignificate tribuno & concilio, ut
cras producat illū ad nos, tanquā aliquid certius cognituros de eo.
Nos uerò, priuſquā adpropinquet, parati ſumus interficere illū.

C Quū aūt audiſſet filius ſororis Pauli inſidias, uenit & intrauit
in

in caſtra renunciauitq́ Paulo. Accerſito aũt Paulus ad ſe uno ex
centurionibus, ait: Adoleſcentẽ hũc abduc ad tribunũ: habet enim
quod renunciet illi. Et ille quidem adſumens eũ, duxit ad tribunũ,
& ait: Vinctus Paulus accerſitũ me rogauit, ut hunc adoleſcentẽ A
perducerẽ ad te, habentẽ aliquid quod loquatur tibi. Adpręhenſa
aũt tribunus manu illius, ſeceſſit cũ eo ſeorſũ, & percõtatus eſt il-
lum: Quid eſt, quod habes ſignificandũ mihi? Ille autẽ dixit: Iudęi
conſpirauerũt, ut rogarent te, uti craſtino die educeres Paulum in
concilium, quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo: tu uero ne
morem geſſeris illis. Inſidiantur enĩ ei ex illis uiri plures quadra-
ginta, qui ſeipſos deuouerũt, ne uel edant, uel bibant, donec inter-
ficiant eum: & nunc parati ſunt, expectantes, ut promittas.

Tribunus igitur dimiſit adoleſcentẽ, præcepitq́ ei, ne cui effu-
tias, +(inquiẽs)+ quod hæc indicaueris mihi. Et accerſitis duobus
quibuſdam centurionibus, dixit: Parate milites ducentos, ut eant
Cæſaream, & equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos, à tertia
hora noctis, & iumenta præbete, ut impoſitum Paulum, ſaluum
perducant ad Felicem præſidem, ſcriptis literis in hanc formam. D

Act.21.d Claudius Lyſias potentiſſimo præſidi Felici ſalutem. * Virum
hunc compræhenſum à Iudæis, quum iam eſſet interficiendus ab B
eis, ſuperueniens cum exercitu, eripui: cognito, quod Rhomanus
Act 22.c eſſet. Volensq́ ſcire cauſſam, ob quam accuſarent illum, *deduxi
eum in concilium eorũ. Quem comperi accuſari de quæſtionibus
legis ipſorum, nullum dignum morte, aut uinculis habentem cri-
Act.23.c men. *Et quũ indicatum eſſet mihi de inſidijs, quas parauerant il-
li Iudæi, protinus miſi eum ad te, præcepto dato etiam accuſato-
ribus, ut quæ habent aduerſus eum, dicant apud te. Vale.

Milites uero iuxta quod ſibi iniunctum erat, receptum Paulũ
duxerunt per noctẽ Antipatriden. Poſtero aũt die dimiſſis equi-
tibus, ut cum eo irent, reuerſi ſunt in caſtra. Qui quum ueniſſent
Cæſaream, ac tradidiſſent epiſtolam præſidi, ſtatuerũt coràm eo
& Paulum. Quum legiſſet autem præſes, & interrogaſſet, ex qua
Deut.17.4. prouincia eſſet, & cognouiſſet quod ex Cilicia, *audiã te, (inquit)
quum accuſatores quoque tui aduenerint. Iuſſitq́ in prætorio
Herodis cuſtodiri eum.

Pro=

a Prouerbiali figura dictum eſt de Hypocrita. Id quod ſequentia uerba teſtificantur.
b Confidenter age, & nequid animum deſponde.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

A Poſt quinqȝ aũt dies, deſcẽdit princeps ſacerdotũ * Ananias, cũ ſenioribus & Tertullo quodã oratore, qui adierũt præſidem contra Paulum. Et citato Paulo, cœpit accuſare Tertullus, dicens: Quum in multa pace agamus per te, & multa recte gerantur in populo hoc, per tuam prouidentiam, & ſemper & ubique comprobamus, præſtantiſſime Felix, cum omni gratiarum actione. Sed ne diutius te detineam, oro te ut audias nos paucis pro tua humanitate. Act.23.a 25.c

Nacti enim ſumus uirum hunc, peſtem, & concitantem ſeditionem omnibus Iudæis in uniuerſo orbe, & præfectũ hæreſeos Nazaræorum, * qui etiam templum prophanare conatus eſt, quem & adpræhenſum uoluimus ſecundum legem noſtram iudicare. Sed ſuperueniens tribunus Lyſias, cum magna ui eripuit eum e manibus noſtris, iubens accuſatores eius ad te uenire, ex quo poteris ipſe inquiſitione facta, de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eũ. Adiecerũt aũt & Iudæi, dicẽtes: Hęc ita ſe habere. Act.21.d

B Reſpondit autem Paulus, quum annuiſſet ipſe præſes, ut diceret: Aequiore animo pro meipſo cauſſam dico, quum ſciam, te multis iam annis iudicem fuiſſe genti huic, qui poſſis cognoſcere, quod non plures ſunt mihi dies, quàm duodecim, ex quo aſcendi adoraturus Hieroſolymam, * & neque in templo compererũt me cum aliquo diſputantem, aut concurſum facientem turbæ, neqȝ in ſynagogis, neque in ciuitate: neqȝ probare poſſunt ea, de quibus me accuſant. Act.21.d

* Confiteor autem hoc tibi, quod iuxta uiam, quam uocant hæreſim, ſic colo patrium Deum, credens oĩbus quæ in lege, & prophetis ſcripta ſunt, ſpem habens in Deum, fore, quam & hi ipſi expectant, * reſurrectionem mortuorũ, iuſtorũ ſimul & iniuſtorũ. * Quin in hoc & ipſe ſtudeo, ſine offendiculo conſcientiam habere erga Deum, & erga homines ſemper. Matth.10.d Mar.8.e Luc.12.e *Exo.3.a. Matt.22.e. * Act.23 a

* Poſt annos autem plures acceſſi, eleemoſynas exhibiturus in gentem meam, & oblationes, * in quibus compererunt me purifi- *Rom.15.d 2.Cor.9.a. * Act.21.c

 catum

catum in templo, haud cum turba, neque cum tumultu. Quidam
autem ex Aſia Iudæi, quos * oportebat apud te præſto eſſe, & ac-
cuſare, ſiquid haberent aduerſum me: aut hi ipſi dicant, ſiquid de-
prehenderũt in me iniquitatis, quũ ſtem in cõcilio, niſi de una hac
Act. 23. a uoce, qua clamaui inter eos ſtans*: De reſurrectione mortuorum
ego iudicor hodie à uobis.

Auditis autem his, Felix diſtulit illos, certò ſciens quæ ad eam C
uiam attinebant, dicens: Quum tribunus Lyſias deſcenderit, per-
Hiere. 39. b. noſcam cauſſam ueſtrã. * Iuſſitq; centurioni, ut cuſtodiret Paulũ,
Act. 27. a ſineretq; eum relaxari, & ne quem ex illius familiaribus uetaret
28. b. ſubminiſtrare ei, aut adire eum.

Poſt aliquot autem dies, quum adueniſſet Felix cum Druſilla
uxore ſua, quæ erat Iudæa, accerſiuit Paulum, & audiuit ab eo fi-
dem, quæ eſt in Chriſtum. Diſputante autem illo de iuſtitia & tem
perantia, & de iudicio futuro, tremefactus Felix, reſpõdit: In præ-
ſentia abi, cæterum opportunitatẽ nactus accerſam te. Simul & il-
lud ſperãs, fore, ut pecunia ſibi daretur à Paulo, ut ſolueret ipſum,
propter quod & frequenter accerſens eum, loquebatur cum eo.
Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtũ.
Volens autem gratiam præſtare Iudæis Felix, * reliquit Paulum
Act. 25. c uinctum.

** Hoc Paulinum conſilium, ex lege naturæ eſt. Vnde & à gentibus obſeruandum, nedum Chriſtianis hominibus. Neque enim iſthuc latuit præſidem Felicem: Audiam te (inquit) quum accuſatores quoque tui aduenerint.*

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

FEſtus ergo ſuſcepta prouincia, poſt triduũ aſcendit Hie- A
roſolymã ab ⁺urbe⁺ Cæſarea. Significårũtq; illi princi-
pes ſacerdotum, ac primores Iudæorum de Paulo, & roga
bant eum, poſtulantes fauorem aduerſus eum, ut accerſeret eum
Hieroſolymam, inſidias tendentes, ut interficerent eum in uia.
Feſtus autem reſpondit: Vt ſeruaretur quidem Paulus Cæſareę,
ſe uerò breui illò profecturum. Qui ergo inter uos, (inquit) po-
tentes ſunt, unà nobiſcum deſcendant, & ſi quod in hoc uiro eſt
⁺crimen⁺ accuſent eum.

Demo-

Demoratus aũt inter eos diebus amplius quàm decẽ, deſcendit
Cæſaream,& poſtero die ſedit pro tribunali, iuſſitq́ Paulum ad-
duci. Qui quum perductus eſſet, circumſteterunt eũ qui ab Hie-
roſolymis deſcenderant,Iudæi,multa & grauia crimina intenden-
tes aduerſus Paulum,quæ non poterant probare,Paulo pro ſe re-
ſpondente: * Quòd neque in legem Iudæorum, neque in templũ, Act. 24.b. 28.c
neque in Cæſarem quicquam peccaſſet.

B Feſtus autem uolens gratificari Iudæis,reſpondens, Paulo di-
xit: Vis Hieroſolymam aſcendere,& ibi de his iudicari apud me?
Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæſaris ſto,ubi me oportet iu-
dicari. Iudæis nullam iniuriam feci: ſicut & tu melius noſti. Si enĩ
nocui,aut dignum morte aliquid feci,non recuſo mori. Si uerò ni-
hil eſt eorũ,de quibus hi accuſant me,nemo poteſt me illis donare.
Cæſarem adpello. Tunc Feſtus cum conſilio colloquutus,reſpon
dit: Cæſarem adpellaſti. Ad Cæſarem ibis.

Et quum dies aliquot tranſacti eſſent, Agrippa rex & Bernice
deſcenderunt Cæſaream,ſalutaturi Feſtum. Et quum dies com-
plures ibi commorarentur, Feſtus regi retulit cauſſam Pauli, di-
C cens: * Vir quidam eſt relictus à Felice uinctus, * de quo quum Act. 24.c
ueniſſem Hieroſolymã,ſignificârunt * mihi * principes ſacerdotũ, *Act.24.a
& ſeniores Iudæorum, poſtulantes aduerſus illum ſententiam.
Quibus reſpondi: * Non eſt Rhomanis conſuetudo, ob gratiã Deut.17.a
donare aliquem hominem,ut pereat,priuſquam is, qui accuſatur,
præſentes habeat accuſatores,locumq́ defendendi accipiat de cri
mine. Quum ergo huc conueniſſent, ſine ulla dilatione, ſequenti
die ſedens pro tribunali, iuſſi adduci uirum. * De quo quum ſte- Act.23.d
tiſſent accuſatores,nullum crimen intendebant ſuper hiſce rebus,
de quibus ego ſuſpicabar,ſed quæſtiones quaſdam de ſua * ſuper-
ſtitione habebant aduerſus eum,& de quodam Ieſu defuncto: quẽ
adfirmabat Paulus uiuere. Hæſitans autem ego de huiuſmodi
quęſtione,dicebam: Num uellet ire Hieroſolymã? & ibi iudicari
ſuper iſtis? Paulus autem quum adpellaſſet,ut ſeruaretur Auguſti
D cognitioni,iuſſi ſeruari eum, donec mitterem eum ad Cæſarem.

Agrippa aũt dixit ad Feſtũ: Volebam & ipſe hominẽ audire.
Cras (inquit) audies eũ. Poſtero aũt die, quũ ueniſſet Agrippa,&

Bernice cum multo adparatu, & introiſſent in auditorium cũ tri-
bunis, & uiris principalibus ciuitatis, iubente Feſto, adductus
eſt Paulus. Et dicit Feſtus: Agrippa rex, & omnes qui ſimul ade-
ſtis nobiſcum, uiri, uidetis hunc hominẽ, de quo omnis multitudo
Iudæorum interpellauit me, & Hieroſolymis & hîc: acclamantes,
Act. 23.b non oportere eum uiuere amplius. Ego uerò comperi, * nihil di-
27.c gnum morte eum admiſiſſe . Cæterùm quum is ipſe adpellaſſet
Auguſtum, ſtatui mittere eum. De quo quid certum ſcribam do-
mino, non habeo. Quapropter produxi eũ ad uos, & maximè ad
te rex Agrippa, ut examinatione facta, habeam quod ſcribam. Ini
quum enim mihi uidetur mittere uinctum, & crimina, de quibus
accuſatur, non ſignificare.

* *Fortaßis, δεισιδαιμονία hic religio uerti poteſt. Athenæus enĩ & Plutarchus, ſi rectè memini, uſurpauerunt δεισιδαιμονίαν pro religione.*

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

AGrippa uerò ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro A
temetipſo. Tunc Paulus extenta manu, pro ſe dicebat:
Act. 22.a * Super õnibus, de quibus accuſor à Iudæis, rex Agrippa,
exiſtimo me beatũ, qui cauſſam dicturus ſim apud te hodie: * quũ
tu maximè ſis gnarus earũ, quæ apud Iudæos ſunt, & conſuetudi-
nũ & quæſtionũ. Quapropter obſecro te, ut patiẽter me audias.

Itaque uitam quidem meam, quam egi ab adoleſcentia, quæ ab
initio fuit in gente mea Hieroſolymis, nouerunt omnes Iudæi, qui
prius nouerant me ab initio, ſi uelint teſtimonium ferre, quòd ſe-
cundum exquiſitiſſimam ſectam noſtrę religionis, uixerim Phari
Act. 23.a ſæus. * Et nunc fretus ſpe * repromiſſionis, quæ ad patres noſtros
28.a facta eſt à Deo, ſto iudicio ſubiectus, ad quam duodecim tribus no
Philip. 3.a ſtrę inſtanter nocte ac die colẽtes Deum, ſperant ſe peruenturas.
*Gene. 3.c. De qua ſpe accuſor, rex Agrippa, à Iudæis. Quur incredibile iudi
22.c catur apud uos, * ſi Deus mortuos ſuſcitat?
Deut. 18.c
Pſal. 15.b Ego quidem igitur exiſtimaui, meipſum aduerſus nomen Ieſu
* Ioan. 11.e Nazareni * multa repugnando facturum: quod & feci Hieroſo- B
Act. 8.a lymis. Et multos ſanctorũ ego carceribus incluſi, à principibus ſa
9.a 22.a cerdotũ poteſtate accepta: & quũ occiderentur, detuli ſententiam.
Et per oẽs ſynagogas frequenter puniẽs eos, cõpellebam blaſphe-

mare:& amplius inſaniens in eos ,perſequebar etiã in exteras uſq;
ciuitates. Quarum rerum ſtudio quum irem Damaſcum , cúm
autoritate, & permiſſu principum ſacerdotum, die medio, rex , in
uia uidi é cœlo , ſupra ſpendorem ſolis , circumfulſiſſe me lumen,
& eos qui mecum faciebant iter.

Quum autem omnes nos decidiſſemus in terram,audiui uocem
loquentem ad me, ac dicentẽ Hebraica lingua: Saul,Saul, quid me
perſequeris? Durum eſt tibi,contra ſtimulos calcitrare. Ego autẽ
dixi: Quis es Dñe? At ille dixit: Ego ſum Ieſus,quẽ tu perſequeris.
C Sed exurge,& ſta ſuper pedes tuos. Ad hoc enim adparui tibi , ut
conſtituam te miniſtrum, ac teſtem,& eorum quæ uidiſti,& eorũ
in quibus adparebo tibi: eripiens te à populo & gentibus , in quas
nũc te emando , ut aperias oculos eorũ,ut cõuertantur à tenebris
ad * lucem,& à poteſtate Satanæ ad Deum: ut accipiant remiſſio- Eſa.60.a
nem peccatorum,& ſortem inter eos,qui ſanctificati ſunt per fidẽ,
quæ eſt erga me.

Vnde rex Agrippa,non fui inobediens cœleſti uiſioni , ſed his
qui ſunt Damaſci primùm,& Hieroſolymis, & per omnem regio-
nem Iudęæ, deinde & gentibus annunciabam , * ut pœnitentiam Act.2.d
agerent,& conuerterẽtur ad Deum,opera facientes digna his,qui 3.c.17.c
reſipuiſſent. Hac ex cauſſa Iudæi me in templo compræhenſum
D tentauerũt interficere. Auxilium igitur nactus Dei, uſq; in hodi-
ernum diem ſto , teſtificans ,tum paruo tum magno , nihil dicens
extra,*ea* quę prophetę prædixerãt futura eſſe,& Moſes: An paſ
ſurus fuerit Chriſtus, An primus ex reſurrectione mortuorũ,lu-
men annunciaturus ſit populo & gentibus.

Hæc autem quum pro ſe diceret, Feſtus magna uoce ait: Inſanis
Paule. Multæ te literæ ad inſaniam conuertunt. Et Paulus : Non
inſanio ,(inquit) optime Feſte , ſed ueritatis & ſobrietatis uerba
E eloquor. Scit enim de his rex,apud quem & liberè loquor. Late- Ioan.18.c
re enim eum nihil horum arbitror. * Neq; enim hoc in angulo ge-
ſtum eſt. Credis rex Agrippa, prophetis? Scio,quòd credis. Agrip
pa autem ad Paulum ait : Modica ex parte perſuades mihi,ut fiam
Chriſtianus . Et Paulus ait : * Optârim à Deo, non ſolum modi- 1.Cor.7.a
ca ex parte , uerùm etiam magna,non te modò , ſed omnes etiam

qui me audiunt hodie,fieri tales,qualis & ego ſum,exceptis uincu-
lis his. Et hæc eo locuto, ſurrexit rex ac præſes, & Bernice, &
qui aſſidebant eis. Et quum ſeceſſiſſent,loquebantur inter ſe, dicē-
Act.32b. tes: * Nihil morte,aut uinculis dignum facit homo hic. Agrippa
25.d autem Feſto dixit: Dimitti poterat homo hic, ſi non adpellaſſet
Cæſarem.

* *Agrippa ex maioribus ſuis(teſte Ioſepho) proſelytus fuit. Itaq; Iudaicas conſuetudines probè nouit.*

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM.

POſtquam autem decretum eſt,ut nos nauigaremus in Ita- A
liam,tradiderunt & Paulum, & quoſdam alios uinctos
centurioni, nomine Iulio, cohortis auguſtæ. Conſcenſa
autem naue Adramyttina, nauigaturi iuxta loca Aſiæ, ſoluimus
Col.4.a perſeuerante nobiſcum * Ariſtarcho Macedone Theſſalonicenſi.
Sequenti autem die adpulimus Sidonem. Et Iulius humaniter tra-
Act.24.c. ctato * Paulo,permiſit ut ad amicos profectus, ab illis curaretur.
28.b Et inde quum ſoluiſſemus,ſubnauigauimus iuxta Cyprum: pro-
pterea quod eſſent uenti contrarij. Et pelagus, quod eſt contra
Ciliciā & Pamphyliam,emenſi,peruenimus Myram, quæ eſt Ly-
ciæ: & ibi nactus centurio nauem Alexandrinam nauigantem in
Italiam,impoſuit nos in eam.

Quū aūt multis diebus tardè nauigaremus,uix'q; deueniſſemus
contra Gnidum,prohibente nos uento, adnauigauimus Cretæ iu-
xta Salmonem. Et uix præterlegentes illam,peruenimus in locum
quendam, qui uocatur, Pulchri portus: cui uicina erat ciuitas La-
ſæa.Multo autem tempore peracto, & quum eſſet iam periculoſa
nauigatio, ob id quoq;,quod ultra tempus ſuſtinuiſſent inediam,
admonebat eos Paulus, dicens eis: Viri,uideo,quod cum iniuria,
multo'q; damno, non ſolum oneris & nauis, ſed etiam animarum
noſtrarum futura ſit nauigatio. Centurio autem gubernatori B
& nauclero magis credebat,quàm his quæ à Paulo dicebantur.
Et quum aptus portus non eſſet ad hybernandum,complures ce-
perunt conſiliū ſoluendi illinc,ſi quo modo poſſent peruecti Phœ-
nicen, illic hybernare. Is eſt portus Cretæ, ſpectans ad Africum
& ad Chorum.Aſpirante autem Auſtro, rati ſe propoſiti com-
potes,

potes, quum ſoluiſſent Aſſon, præterlegebant Cretam.

Verùm haud multo poſt, coortus eſt contra ipſam uentus Typhonicus, qui uocatur Euroaquilo. Quumq́ꝫ correpta eſſet nauis, nec poſſet obniti uento, data naue flatibus, ferebamur. In inſulam autem quandam deuecti, quæ uocatur Clauda, uix potuimus obtinere ſcapham. Qua ſublata, adiutorijs utebantur, ſubcingentes nauem, timentes ne in Syrtim inciderent, demiſſo uaſe, ſic ferebantur. Quum autem uehementi tempeſtate iactaremur, ſequenti die iactum fecerunt, ac tertio die noſtris manibus armamenta nauis proiecimus. Porrò neque ſole, neque ſyderibus adparentibus ad complures dies, & tempeſtate non exigua imminente, iam ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ.

C Quum autẽ multa iam eſſet inedia, tunc ſtans Paulus in medio eorum, dixit: Oportebat quidem ô uiri, audito me, non ſoluere à Creta, nec accerſere nobis iniuriam & iacturam. Et nũc hortor, ut bono animo ſitis. Iactura enim animæ nulla erit ex uobis, ſed tantum nauis. Adſtitit [a] enim mihi hac nocte angelus Dei, cuius ſum, quem & colo, dicens: Ne timeas Paule. * Cæſari te oportet ſiſti. Et ecce, donauit tibi Deus, omnes qui nauigant tecum. Propter quod bono animo eſtote uiri. Credo enim Deo, quòd ſic erit, quemadmodum dictum eſt mihi. In * inſulam autem quandam oportet nos eijci. Act.25.b Act.28.a

Sed poſteaquam quartadecima nox ſuperuenit, nauigantibus nobis in Adria, circa medium noctis, ſuſpicabantur nautæ adparere ſibi aliquam regionem. Qui & demiſſa bolide, repererunt paſſus uiginti, ac puſillum inde digreſſi, rurſumq́ꝫ demiſſa bolide,
D repererunt paſſus quindecim. Timentesq́ꝫ ne in aſpera loca inciderent, de puppi iactis anchoris quatuor, optabant diem oriri. Nautis uerò quærentibus è naui fugere, quum demiſiſſent ſcaphã in mare, ſub prætextu uelut è prora anchoras extenſuri, dixit Paulus centurioni & militibus: [b] Niſi hi in naui manſerint, uos ſalui fieri non poteſtis. Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ, & paſſi ſunt eam excidere.

Et quum dies inciperet adparere, hortabatur Paulus omnes ſumere cibum, dicẽs: Dies hic decimus quartus eſt, quòd expectan

tes ieiuni permanetis, nihil accipientes, propter quod hortor uos
ut ſumatis cibum: hoc enim ad ſalutem ueſtram pertinet. Quia
Matth.10.d nullius ueſtrum * capillus de capite cadet. Et quum hæc dixiſſet,
Lucæ.12 a. ſumpto pane, ꝉ gratias egit Deo, in conſpectu omnium: & quum
ꝉ Mar.6.e fregiſſet, cœpit edere. Porro animis iam recreatis omnium, ſum-
8.a pſerunt & ipſi cibum. Eramus uero uniuerſæ animæ in naui, du-
Ioan 6.a centæ ſeptuaginta ſex. Et ſatiati cibo, alleuabant nauē, eijcientes
2.Timo.4.a triticum in mare.

Quum autem dies eſſet, terram non agnoſcebant: ſinum uero E
quendam animaduerterunt, habentem littus, in quod cogitabant,
ſi poſſent, impingere nauem. Et quum anchoras ſuſtuliſſent, com-
mittebant ſe mari, ſimul laxatis iuncturis gubernaculorū, & ſub-
lato artemone, ad auræ flatum tendebant ad littus. Et quum inci- B
diſſent in locum bimarem, impegerunt nauem. Ac prora quidem
infixa manebat immobilis: puppis uero ſoluebatur à ui undarū.

Militum autem conſilium erat, ut uinctos occiderent, ne quis
quum enataſſet, effugeret. At centurio uolens ſeruare Paulū, com-
peſcuit eos à conſilio, iuſſitq́ue, ut qui poſſent natare, abijcerent ſe
primos, & in terrā euaderent: cæteriq́ue partim in tabulis, partim
in quibuſdam nauis fragmentis. Et ſic factum eſt, ut omnes inco-
lumes euaderent in terram.

[a] *En, qui pij ſunt, Deum (cuius ſolius gloriā quærunt) precantur, & exaudiuntur: habentq́ue ſuos angelos, qui ipſos uel in extremis tempeſtatibus, inque fornace ignea conſolentur. Exempla ſcripturæ ſacræ quæ huc ſpectāt, ſunt innumera. Et ut impiorū cauſſa in hac uita adfligimur, & miſeri reddimur, (ſemper enim aliquid mali propter uicinū malum) Ita piorum gratia, hic nobis parcitur.* [b] *Quamuis Paulus per angelū, certior factus eſſet de euētu, tamen noluit, ut Deum tentarent, & humanas operas negligerent.* C

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

Act.27.c ET quum euaſiſſent, tunc cognouerunt, quod * inſula Me- A
lite uocaretur. Barbari uero præſtabant non uulgarem
humanitatem nobis. Accenſa enim pyra, recipiebant nos
omnes propter imbrem, qui imminebat, & propter frigus. Quū
congregaſſet autem Paulus ſarmentorum multitudinem, & impo
ſuiſſet in ignē, uipera è calore prorepēs, inuaſit manum eius. Vt
uero uide-

uiderunt Barbari pendentem beſtiam de manu eius, inter ſeſe dicebant: Omninò, homicida eſt homo hic, quem ſeruatum è mari ultio non ſinit uiuere. Et ille quidem excuſſa uipera in ignem, * mali nihil paſſus eſt. At illi exiſtimabant futurum, ut incenderetur, aut conciderct repentè mortuus. Diu autem illis expectantibus, & intuentibus, nihil mali illi accidere, mutata mente, dicebant, *eum eſſe Deum. Luc.10.b Act.14.b

In locis autem illis erãt prædia primati inſulæ, nomine Publio, qui nos exceptos, triduo benignè tractauit hoſpitio. Contigit autem, patrem Publij * febribus & dyſenteria uexatum, decumbere. Ad quem Paulus intrauit, & quum oraſſet, impoſuiſſetq́ꝫ ei manus, ſanauit eum. E Matth.8.b

B Hoc igitur facto, cæteri quoq́ꝫ qui habebant infirmitates in inſula, accedebant, & ſanabantur: qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & ſoluentibus impoſuerunt, quæ neceſſaria erãt.

Poſt menſes autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quę in inſula hyemauerat, cui erat inſigne Caſtor & Pollux. Et quum ueniſſemus Syracuſas, manſimus triduo. Inde circumlegentes deuenimus Rhegium, & poſt unum diem adflante Auſtro, poſtridie uenimus Puteolos, ubi repertis fratribus, rogati ſumus manere apud eos dies ſeptem, & ſic uenimus Rhomam. Et inde quum audiſſent fratres de nobis, * prodierunt in occurſum nobis, uſq́ꝫ ad Appij forum ac tres tabernas. Quos quum uidiſſet Paulus, gratijs actis Deo, ſumpſit fiduciam. Quum autem ueniſſemus Rhomam, centurio tradidit uinctos principi exercitus. * Permiſſum eſt autem Paulo, ut maneret ſolus, cum cuſtodiente ipſum milite. Act.15.a Act.24.c 27.a

C Poſt tertium autem diem conuocauit Paulus Iudæorum primores. Quumq́ꝫ ueniſſent, dicebat eis: Ego uiri fratres, *quum nihil fecerim aduerſus plebem, aut inſtituta maiorum, ‡ uinctus ab Hieroſolymis traditus ſum in manus Rhomanorum: qui quũ examinaſſent, uoluerunt me dimittere, eò quòd nulla eſſet cauſſa mortis in me. Sed contradicentibus Iudæis, coactus ſum adpellare Cæſarem: non quaſi habeam, de quo gentem meam accuſem. Propter hanc igitur cauſſam aduocaui uos, ut uiderem, & alloquerer. * Propter * ſpem enim Iſraëlis, catena hac circundatus ſum. Act.24.b 25.b ‡ Act.23.c A Deut.18.a Act.26.a 23.a

Li.5. At il-

At illi dixerunt ad eum: Nos neq; literas accepimus de te à Iu-
dæa, neq; adueniens aliquis fratrum renunciauit, aut loquutus eſt
aliquid de te mali. Volumus autem ex te audire, quæ ſentias. Nã
Luc.2.e de [b] ſecta iſta, notum eſt uobis, * quòd ubiq; +ei+ contradicitur.
Quum conſtituiſſent autem illi diem, uenerunt ad eum in hoſpiti-
um complures, quibus exponebat, teſtificans regnum Dei, ſua-
Gene.3.c denſq; eis de Ieſu +ex lege Moſi & prophetis, à mane uſq; ad ueſpe-
* Act.17.a. ram:* & quidam credebant his, quæ dicebantur, quidam uerò
non credebant.

D Quumq; inter ſe non eſſent concordes, diſcedebant, ubi dixiſ-
ſet Paulus unum uerbum: Benè ſpiritus ſanctus loquutus eſt per
Eſa.6.b Eſaiam prophetam ad patres noſtros, dicens: * Vade ad populũ
Matt.13.b iſtum, & dic: Auribus audietis, & non intelligetis: & uidentes ui-
Mar.4.a debitis, & non perſpicietis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius,
Luc.8.b & auribus grauiter audierũt, & oculos ſuos cõpreſſerũt, nequãdo
uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuer-
tantur, & ſanem eos. Notum ergo ſit uobis, quòd gentibus
miſſum eſt hoc ſalutare Dei: & ipſi audiẽt. Et quũ hæc
dixiſſet, diſceſſerũt Iudæi, multam habentes inter
ſe diſceptationem. Manſit autem Paulus
biennio toto in ſuo conducto, & ſuſ-
cipiebat omnes, qui ingrediebàn-
tur ad ipſum, prædicans re-
gnum Dei, ac docens
quæ ſunt de Do-
mino Ieſu,
cum omni fiducia, nemo prohibente.

[a] *Spes Iſraëlis, fuit Chriſtus Dominus.* [b] *Secta Nazoræorum ubiq; gentium inuiſa fuit.*

ACTORVM APOSTOLICO-
RVM, FINIS.

EPISTOLA D. PAVLI APOSTOLI AD RHOMANOS.

CAPVT PRIMVM.

A PAVLVS SERVVS IESV CHRISTI, * VOCATVS
Apoſtolus,* ſegregatus in Euangeliũ Dei, quod ante Act.13.a
* promiſerat per prophetas ſuos, in ſcripturis ſanctis, *Deut.18.c
de filio ſuo, qui factus eſt,* ex ſemine Dauid ſecundum Act.26.d
carnem: qui definitus eſt, filius Dei, per potentiam, ſe- * Matt.1.a
cundum ſpiritum ſanctificantem, [b] ex reſurrectione mortuorum 2.Tim.2.a
Ieſu Chriſti, Domini noſtri, * per quem accepimus gratiam, & *Act.9.c
Apoſtolatum, [c] ad obedientiam fidei inter omnes gentes, ſuper
nomine eius, inter quas eſtis & uos, uocati Ieſu Chriſti.

Omnibus, qui Rhomæ eſtis, dilectis Dei, uocatis ſanctis, * gra- 1.Cor.1.a
tia uobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gal.1.a

Primùm quidem, gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum,
ſuper omnibus uobis, quòd fides ueſtra annũciatur in toto mũdo.
Teſtis enim eſt mihi Deus,* quem colo ſpiritu meo, in Euangelio Ioan.4.c
filij ipſius, quòd indeſinenter mentionem ueſtri faciam,*ſemper in 2.Tim.1.a
precibus meis orans, ſi quomodo, iam aliquando, proſperum iter *Phil.1.a
nactus fuero * per uoluntatem Dei, ut ueniam ad uos. Percupio Col.1.a
enim uos uidere, ut aliquod impertiar uobis donũ ſpirituale, quo *Hier..d
uos confirmemini: hoc uerò eſt, [b] ut communem capiam conſola-
tionem in uobis, per mutuam fidem, ueſtram ſimul & meam.

B Nolo aũt uos ignorare fratres, quòd ſępe propoſueram uenire
ad uos, licet * præpeditus fuerim ad hunc uſque diẽ: quo fructum Act.16.a
aliquem haberem inter uos quoq;, quemadmodũ & inter reliquas
gentes. Græcis ſimul & Barbaris, eruditis pariter ac rudibus de-
bitor ſum: ita, quantum in me eſt, paratus ſum uobis quoque, qui
Rhomæ eſtis, Euangelizare.

* Non enim me pudet Euangelij Chriſti. * Potentia ſiquidem Eccl.41.c.
Dei eſt, ad ſalutẽ omni credenti, Iudęo [e] primùm ſimul & Græco. 2.Tim.1.b.
[f] Iuſtitia enim Dei per illud patefit ex fide, in fidem: ſicut ſcriptum *1.Cor.1.c

Abac.2.a Gala.3.b Hebr.10.d eſt: * Iuſtus autem ex fide uicturus eſt.
Palam fit enim ira Dei de cœlo, aduerſus omnem impietatem,
& iniuſtitiam hominum, qui ueritatẽ in iniuſtitia detinent: pro-
pterea quòd id quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in
Act.14.c illis.* Deus enim illis patefecit. Siquidem * quæ ſunt inuiſibilia il-
*Hebr.11.a lius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruiden- C
*Pſal.18.a tur: ipſaq́ue æterna eius potentia ac diuinitas, in hoc, ut ſint inex-
cuſabiles. Propterea quòd quum Deũ cognouerint, non ut Deũ
glorificauerunt, aut grati fuerunt, ſed [a] fruſtrati ſunt per cogi-
Deut.28.c tationes ſuas, * & obtenebratũ eſt inſciens cor eorum. Quum ſe
*Pſal.105.c crederent eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: * mutaueruntq́ue gloriam
Hier.2.d incorruptibilis Dei, per ſimilitudinem imaginis, corruptibilis ho-
minis, & uolatilium, & quadrupedum, & reptilium.
2.Re.24.a * Quapropter etiam tradidit illos Deus per cupiditates cordiũ
3.Reg.22.a ſuorum, in immunditiã, ut ignominia adficiant corpora ſua inter
Ezec.14.a ſe mutuò, qui commutârunt ueritatẽ eius mendacio, & uenerati
ſunt, colueruntq́ue ea quæ condita ſunt ſupra eum qui condi-
dit, qui eſt laudandus in ſecula, Amen. Quamobrem tra-
Leui.18.c didit eos Deus in cupiditates ignominioſas. * Nam & fœmi- D
næ illorum mutauerunt naturalem uſum, in eum, qui eſt præ-
ter naturam. Similiterq́ue & maſculi, relicto naturali uſu fœminę,
exarſerunt per adpetentiam ſui alius in alium, maſculi in maſculos
fœditatem perpetrantes, [b] & præmium, quod oportuit, erroris
ſui in ſeſe recipientes.
Prou.1.c * Et quemadmodũ non probauerũt, ut Deũ agnoſcerent, *ita*
Act.7.c tradidit eos Deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non con-
ueniebat, repleti omni iniuſtitia, ſcortatione, uerſutia, auaritia, ma-
litia, pleni inuidia, cæde, contentione, dolo, malis præditi mori-
bus, ſuſurrones, obtrectatores, Dei oſores, contumelioſi, elati, glo-
rioſi, excogitatores malorum, parentibus immorigeri, ſtupidi, pa-
ctorum haud quaquam tenaces, alieni à charitatis adfectu, fœdi-
fragi, immiſericordes. Qui quum ius Dei agnouerint, (quòd hi,
qui talia faciunt, digni ſint morte) non ſolum ea faciunt, uerùm
etiam [c] aſſentiuntur ijs, qui faciunt.

Verus

[a] *Verus itaq; Apoſtolus, & non ſuppoſititius, qui in Apoſtolatum ſeipſum ingeſſerit. Sic, uocatus conuiua, eſt uerus conuiua, & non umbra.* [b] *A tempore, quo Chriſtus Ieſus, Dominus noſter à mortuis reſurrexit.* [c] *Ad prædicandum obedientiam fidei.* [D] συμπαρακληθῆναι *aptiſſimè reddi poteſt per ſimul animari. Vt ſit ſenſus: ut nos inuicem animemus, & cohortemur.* [e] *Aequè primùm Iudæo & Græco. Tametſi alij referant ad Euangelium oblatum Iudæis primùm, deinde & gentibus. Quod autem mihi mea magis arrideat interpretatio, in cauſſa ſunt, ea uerba quæ infra capite 2. legimus: Iudæo primùm ſimul & Græco. Non enim eſt perſonarum reſpectus apud Deum.* [f] *Iuſtitia enim Dei, qua is nos iuſtificat, patefit per Euangelium, quod ſanè nobis gratuitam iuſtificationem noſtri annunciat, ex fide in fidem: hoc eſt in fide adoleſcentibus & perſeuerantibus. Vt enim olim in figuris: Ita nunc quoq; in ueritate.* [g] *Sed uani facti ſunt in diſputationibus, aut ratiocinationibus ſuis.* [h] *Et præmium, quod oportuit, erroris ſui in ſeſe recipientes: hoc eſt, ut pœnam ſui delicti admiſſi in Deum, in ſeſe recipiant, mutētq; ſimiliter naturalem uſum in eum, qui eſt præter naturam, quemadmodum mutauerant naturalem cultum diuinum in innaturalē Idololatriam, utq; ita ignominia adficiant corpora ſua inter ſe mutuò, quemadmodum ignominia adfecerant Deum, commutarantq; rem uerā, quæ ipſius Dei eſt, imo Deus ipſe eſt, rę mendaci, ac defecerant a ſuo uero ſponſo, ad tam nephanda ſtupra. Obſeruet igitur quiſq; hanc uiuam metaphoram, qua uerus cultus diuinus coniugium uocatur, & deteſtanda Idololatria fornicatio aut ſtuprum nominatur. Id quod quum ex alijs ſacræ ſcripturæ locis liquet, tum ex Propheta Oſæa facile patet. Is enim in hoc totus eſt, ut idololatriam ſub uocabulo fornicationis notatam, prorſus è medio auferat.* [i] *Verumetiam complacentiam habent in ijs, qui faciunt.*

CAPVT SECVNDVM.

A QVapropter, inexcuſabilis es ô homo quiſquis es, * qui iudicas. Nam * hoc ipſo, quòd iudicas alterum, teipſum condemnas. Eadem enim facis tu, qui iudicas. Scimus autem, quòd iudicium Dei eſt ſecundum ueritatē, aduerſus eos, qui talia agunt. Cogitas autem ô homo, qui iudicas eos, qui talia faciunt, & facis eadem, quòd tu ſuffugies iudicium Dei? Aut, diuitias bonitatis illius, ac tolerantiæ, longanimitatiſq; contemnis, * ignorans quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te inuitat? Matth.7.a. *2.Re.12.b Eſa.30.e Act.17.c

Sed iuxta duritiam tuam, & cor * pœnitere neſcium, colligis tibi ipſi iram in die iræ, quo patefiet iuſtum iudicium Dei, * qui redditurus eſt unicuique iuxta facta ſua: his quidē qui perſeuerantes in benefaciendo, gloriam & honorem, & immortalitatem quærūt, uitā ęternā, * ijs uerò qui ſunt cōtentioſi, * & qui ueritati quidē Pſal. 61.b Zopho.2.a. *2.Theſ.1.b

non obtẽperant, ſed obtemperant iniuſtitiæ , * uentura eſt* indi-
gnatio & ira, adflictio & anxietas, in omnem animam hominis,
perpetrantis malum, Iudęi primum ſimul & Græci. Gloria uerò
& honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm ſimul &
Act.10.d Græco.
Ephe.6.a * Non enim eſt perſonarum reſpectus apud Deum. Quicunq; B
Gala.2.a enim ſine lege peccauerunt, ſine lege & peribunt: & quicunq; in
Matt 7.c. lege peccauerũt, per legem iudicabuntur. Non enim qui audiunt
Luc 6.e legem, iuſti ſunt apud Deum, ſed qui legem factis exprimunt, iuſti
Iacob.1.c habebuntur. Nam quum gentes, quæ legem non habent, natura
quæ legis ſunt, fecerint, hæ legem non habentes, ſibiipſis ſunt lex,
qui oſtendunt, opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis, ſimul atteſtante
illorum conſcientia, & cogitationibus inter ſe accuſantibus, aut
Mat.25.c etiam excuſantibus,* in eo die, quum iudicabit Dominus occulta
hominum, iuxta Euangelium meum, per Ieſum Chriſtum.
Ioan.8.c * Ecce, tu Iudæus cognominaris,* & acquieſcis in lege, & glo-
*Pſal.1.a. riaris in Deo, & noſti uoluntatem: ac probas eximia, inſtitutus
ex lege, confidisq́; teipſum ducem eſſe cæcorũ, lumen in tenebris
uerſantium, eruditorem inſipientium, doctorem imperitorum, ha- C
bentem formã cognitionis ac ueritatis per legẽ. Qui igitur doces
Matth.7.a alium, teipſum non doces.* Qui prædicas, non furandum, furaris:
qui dicis, non adulterandum, adulterium committis: [b] qui execra-
ris ſimulachra, ſacrilegiũ admittis: qui in lege gloriaris, per legis
tranſgreſſionem Deum dehoneſtas. Nam nomẽ Dei propter uos
Eſa.52.a male audit inter gentes, * quemadmodum ſcriptum eſt.
Eze.36.d Nam circunciſio quidem prodeſt, ſi legem ſeruaueris: quòd ſi
tranſgreſſor legis fueris, circunciſio tua in præputium uerſa eſt.
Ergo ſi præputium iuſtificationes legis ſeruauerit, nónne præpu-
tium illius pro circunciſione imputabitur? Et iudicabit, quod eſt
ex natura, præputium, ſi legem ſeruauerit, te, qui per literam &
circunciſionem tranſgreſſor es legis. [c] Non enim is, qui in mani-
feſto Iudæus eſt * Iudæus eſt * nec ea, quæ in manifeſto eſt carnis
Ioan.8.d circunciſio, *circunciſio eſt* * ſed qui in occulto Iudęus fuerit,* is
Ioan.9.a Iudæus eſt** & circunciſio cordis, *circũciſio eſt* quæ ſpiritu con
Ga.2.b ſtat, non litera: cuius laus non ex hominibus eſt,* ſed ex Deo.

[a] *Græcis eſt ἀμετανόητον καρδίαν, id eſt, cor à pœnitentia alienum, aut cor obſtinatũ, quod nullo pacto ad pœnitentiam emolliri poteſt.* [b] *Qui execraris ſimulachra, ſacrilegium admittis: quia ex animo Deum non amas, neq; eum uerè honoras. Lex uobis in corde non eſt, de qua ore gloriaris, atq; ita tranſgredientes legẽ facitis, ut nomen Dei propter uos malè audiat inter Gentes.* [c] *Nudam umbram reijcit, & introducit ueritatem, idq; exemplo Christi, & aliorum Euangeliſtarum Itaq; litera uocatur, quicquid eſt umbra, aut figura. Eſtq; miniſterium noui Teſtamenti, miniſterium ſpiritus, & non literæ.*

CAAPVT TERTIVM.

A QVid igitur habet in quo præcellat, Iudęus? aut quæ utilitas circuncisionis? Multum per omnẽ modum. Nam primum quidem illud, * quòd illis cõmiſſa ſunt oracula Dei. Rom.9.a.
Quid enim, * ſi quidam fuerunt increduli? Num incredulitas illorum, fidem Dei faciet irritam? [a] Abſit. * Imò ſit Deus uerax, * omnis autem homo mendax. Quemadmodum ſcriptum eſt: * Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uincas quum iudicaris. *2 Tim.2.b *Ioan.3.e *Pſal.115.a *Pſal.50.a.

[b] Quòd ſi iniuſtitia noſtra, Dei iuſtitiam commendat, quid dicemus? Nonne iniuſtus Deus, qui inducit iram? [c] Secundum hominem dico. Abſit. Nam quomodo iudicabit Deus mundum? Etenim ſi ueritas Dei per meũ mendacium excelluit, in gloriam ipſius, quid poſthâc & ego ueluti peccator, iudicor? Ac non potius (quemadmodum de nobis malè loquũtur, & ſicut quidã aiunt, nos dicere) faciamus mala, ut ueniant bona. Quorum damnatio iuſta eſt.

B Quid igitur? Pręcellimus? Nullo modo. Nã antè cauſſam reddidimus & Iudęos & Gręcos oẽs ſub peccato eſſe: ſicut ſcriptũ eſt: * Nõ eſt iuſtus, ne unus qdẽ. Nõ eſt qui intelligat. [c] Nõ eſt, qui exquirat Deũ. Oẽs deflexerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Nõ eſt, qui exerceat bonitatẽ, nõ eſt uſq; ad unũ. * Sepulchrũ apertũ guttur eorũ, linguis ſuis ad dolum uſi ſunt, * uenenum aſpidum ſub labijs eorum. * Quorum os execratione, & amarulentia plenũ eſt, * ueloces pedes illorum ad effundendum ſanguinem. * [b] Contritio & calamitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt. * Non eſt timor Dei coràm oculis eorum. Pſal.13.a 52.a Pſal 5.b Pſal.139.a. *Pſal.9.a *Pro.1.a * Eſa 59.a. *Pſal.35.a.

Scimus autem, quòd quæcunq; lex dicit, his qui in lege ſunt, dicat: ut omne os obturetur, & obnoxius fiat totus mundus Deo: Gala.2.c

Galat. 2.c *propterea quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro,
*Heb. 7.c in conſpectu eius.*Per legem enim agnitio peccati. Nunc uerò abſq; lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, dum comprobatur teſtimonio legis ac prophetarũ. Iuſtitia uerò Dei, per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt.

[e] Non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, ac deſtituuntur gloria Dei.* Iuſtificantur autem gratis, per illius gratiam, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit Deus * propitiatorium, per fidem in illo ipſius ſanguine, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter [f] remiſſionem prius factorum peccatorum, quę Deus tolerauit, ad oſtendendam iuſtitiam ſuam, in præſenti tempore. In hoc, ut ipſe ſit iuſtus, & iuſtificans eum, qui eſt ex fide Ieſu.

Eſaiæ. 53.e
Exod. 25.e
Hebræ 5.a

Vbi igitur gloriatio? Excluſa eſt. Per quam legem? Operum? Non. Imo, per legem fidei.* Colligimus igitur, fide iuſtificari hominem, abſq; operibus legis. An Iudeorum Deus tantum? Annõ & gentium? Certè & gentium. Quandoquidem unus Deus, qui iuſtificabit circunciſionem ex fide, & præputium per fidem. Legem igitur irritam facimus per fidem? Abſit. Imò, legem ſtabilimus.

Galat. 2.c

[a] *Nequaquam ita contigerit. Non eſt enim in hominum uiribus, Deum mẽdacem facere.*
[b] *Quod ſi iniuſtitia noſtra, Dei iuſtitiã cõmẽdat, quid dicemus? num iniuſtus Deus, qui inducat irã? Hæc obiectio ita ſoluitur, ut dicamus noſtrum peccatum Deum dehoneſtare, ſed poſt deſignatum peccatum, illud fateri et ab eodem reſipiſcere, Dei gloriã eiusq; miſericordiam illuſtrare, idq; exemplo Dauidis qui reſipiſcẽs dixit: Miſerere mei Deus, ſecundũ magnã miſeric. etc. Quoniam præuericationes meas ego agnoſco, & peccatũ meum corã me eſt ſẽper. Tibi ſoli, tibi peccaui, et malũ in oculis tuis feci, ut iuſtifices te quũ fueris loquutus, purifices te quũ iudicaueris. Vt habet hebraica ueritas, lege 4. Eſd. 8. Tu autem propter nos peccatores, miſericors uocaberis &c.* [c] *Sic obijcit caro, aut ita cogitat homo.* [D] *Student conterere, & adfligere + innocentes +. Viuere autẽ pacificè, prorſus neſciuerũt. Ita per uias & uiam, Hebræus ſtudia & modos uiuendi intelligit.* [e] *Nõ eſt diſtinctio. Omnes enĩ peccauerunt, ac egent gloria Dei. Non eſt ut hic ſeipſum quisq̃ excuſet à peccato, quia oẽs peccauerũt, et quatenus ad hanc reconciliationẽ noſtri attinet, nullum eſt diſcrimen populi. Non ſunt autem alij probi, & alij improbi, alij peccatores, et alij iuſti. Iudæi non magis ſeſe à peccatis excuſauerint quàm gentes. Oẽs enim peccauerunt, & de ſua apud deũ iuſtitia ne-*

mo gloriari poterit .Porrò græca ὑστεροῦνται τῆς δόξης ſic reddi poſſunt: Poſteriores ſunt gloria: id eſt, eò iuſtitiæ non peruenerant, quò apud Deum gloriari queant, deſtituuntur ac carent gloria Dei, ſiue gloriatione apud Deum. Et illud: Omnes peccauerũt, reddẽdum eſt iuxta tropum hebraicum: Omnes ſunt peccatores, ne per tempus præteritum, intelligamus excludi tempus præſens. ᶠ Hic locus obſcurior uideri poterit propter πάρεσιν, quæ uox eſt polyſema. Significat enim, remiſſionem, admiſſionem & diſſolutionem, hoc eſt, defectionem, aut languorem, uiriumq́; & corporis extenuationem, ac tabem. Vt teſtatur Budæus in commentarijs linguæ Græcæ.

CAPVT QVARTVM.

QVid igitur dicemus * inueniſſe Abraham patrem Eſa.51.a
A noſtrum ſecundum carnem? Nam ſi Abraham ex
operibus iuſtificatus fuit, habet quod glorietur, at
non apud Deum. Quid enim ſcriptura dicit? * Cre- Gen.15.b
didit autem Abraham Deo, & imputatum eſt ei Gala.3.a.
ad iuſtitiam. Ei uerò qui operatur, merces non imputatur Iacob.2.c
ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Porrò ei, qui
non operatur, ſed credit in eum, qui iuſtificat impium, imputatur
fides ſua ad iuſtitiam. Quemadmodum & Dauid explicat beatificationem hominis, cui Deus imputat iuſtitiam, abſq; operibus:
* Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum obtecta ſunt Pſal.31.a
peccata. Beatus uir, cui non imputauerit Dominus peccatum.

B Beatificatio igitur hæc, in circunciſionem ⁺tantum,⁺ an & in
præputium ⁺ deuenit? ⁺ Dicimus enim, quòd imputata fuerit
Abrahæ fides ad iuſtitiam. Quomodo ergo imputata eſt? quum
eſſet in circunciſione, an quum ⁺eſſet⁺ in præputio? * Non in cir- Gene.15.b
cunciſione, ſed in præputio. Et * ſignum accepit circunciſionis, ſi- *Gen.17.d.
gnaculum iuſtitiæ fidei, quæ fuerat in præputio, ut eſſet pater
omnium credentium per præputium, ut imputaretur & illis iuſtitia, & pater circunciſionis iis, qui nõ ſolum genus ducerent à circunciſis, uerùm etiam ingrederentur ueſtigijs fidei, ᶜ quæ fuit
in præputio patris noſtri Abrahæ.

C Non enĩ per legẽ promiſſio⁺ cõtigit⁺ Abrahæ, aut ſemini eius,
(illum hæredem fore mũdi) ſed per iuſtitiam fidei. * Etenĩ, ſi hi qui Gala.3.c
ad legẽ pertinent, hæredes ſunt, inanis facta eſt fides, & irrita

facta eſt promiſſio. Nam lex irā operatur. Siquidē ubi nō eſt lex,
Eſa.51.a ibi nec tranſgreſſio eſt. Idcirco ex fide datur hæreditas, ut ſecun-
Luc.13.b dum gratiam, ut firma ſit promiſſio uniuerſo ſemini: non ei, quod
19.a eſt ex lege tātum, uerum etiam ei, quod eſt ex fide Abrahæ, *qui
Ioan.8.c eſt pater omnium noſtrûm. Sicut ſcriptū eſt: ‡ Patrem multarum
Gala,3.a gentiū conſtitui te, *nimirū* ad exemplū Dei,[b] cui crediderat: qui
‡Gene.17.a uitæ reſtituit mortuos, ac uocat ea, quæ non ſunt, tanꝗ ſint.
Gene.15.a. Qui [c] præter ſpem ſub ſpe credidit, ſe fore patrem multarum gen- D
tium. Iuxta id quod dictum eſt: * Sic erit ſemen tuum. Ac non in-
firmatus fide, haud conſiderauit ſuum ipſius corpus, iam emortu
um, quum centum ferè natus eſſet annos, nec emortuam uuluam
Saræ. Verùm ad promiſſionem Dei non hæſitabat ob increduli-
Pſal.114.a. tatem, ſed robuſtus factus eſt fide, tribuens gloriam Deo, certa
perſuaſione concepta, & quòd *potens eſſet facere, quod erat pro-
Rhom.15.a miſſum. Quapropter etiam imputatum eſt illi ad iuſtitiam.

* Non ſcriptum eſt autem propter illum tantum, imputatum
2.Tim.2.a fuiſſe illi, ſed etiam propter nos, quibus imputabitur, credentibus
in eum, qui excitauit Ieſum Dominum noſtrum à mortuis: *[f] qui
traditus fuit propter peccata noſtra, et excitatus eſt propter iuſti
ficationem noſtri.

[a] *Inuenire, pro conſequi, Hebræis admodum frequens eſt. Imò & Græcis* εὑρέσθαι *eſt adipiſci & mereri.* [b] *Quid igitur dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem? Per carnem uerò intelligo carnalem circunciſionem, omninò omnem umbraticum cultum, adeoq; & tota lex nobis caro eſt, & uocatur lex laborioſa, aut lex operum, dum eam in cordibus noſtris ſcriptā non habemus, atq; irā ea quidē operatur.* [c] *Quæ fuit in præputio patris noſtri Abrahæ: id eſt, quam fidem habuit Abraham, quum non dum circunciſus eſſet.* [b] *Ea uerba* κατέναντι, οὗ ἐπίστευσε θεοῦ *ſonant coram Deo cui credidit. Coram Deo (inquam) qui omnia poteſt, qui uitæ reſtituit mortuos. &c.* [c] *Qui præter adparentem cauſſam ſperandi, ſperauit & credidit.* [f] *Qui traditus fuit propter peccata noſtra, nempe in mortem, ut in ſua morte ſepelirētur peccata noſtra. Et excitatus eſt propter iuſtificationem noſtri, itaq; in Chriſti reſurrectione adparuit purificatio, & ſanctificatio noſtri per ſpiritum ſanctū. Idemq; aſcendit ad patrem propter noſtram uitam & regnum æternum.*

CAPVT QVINTVM.

Eſa.26.a IVſtificati *igitur ex fide, [a] pacem habemus erga Deum, A
Ioan.16.d per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quē & aditū
nacti ſumus fide, in gratiam hanc, in qua ſtamus, & glo-

amur ſub * ſpe glorię Dei. Nec id ſolū, uerūetiā gloriamur in adfli- Hebr.3.a.
ctionibus: ſcientes, quod *adflictio patientiā pariat, patiētia uero Iaco.1.a
probationem, probatio autem ſpem. *Porro ſpes non pudefacit, Eſa.57.b
quod dilectio Dei effuſa ſit in cordibus noſtris, per ſpiritum ſan-
ctum, qui datus eſt nobis.

*Chriſtus enim, quum adhuc eſſemus infirmi iuxta rationē tem- Ephe.2.a
poris, pro impiis mortuus eſt. Nam uix pro iuſto quiſquam col.1.b.2.b
morietur. Siquidem pro bono forſitan aliquis etiam mori ſuſti- *Ioan.3.c
net. * Commendat autem ſuam charitatē erga nos Deus, quod 1.Pet.3.c
quum adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus fu- 1.Ioan.4.b.
it. Multo igitur magis iuſtificati nunc ſanguine eius, ſeruabi- Hebr.9.c.d
mur per eum ab ira.

B Nam ſi quū inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortē
filii eius, multo magis reconciliati, ſeruabimur per uitam ipſius.
Non ſolum autē * hoc, * uerum etiam gloriantes in Deo, per Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliatio-
nem adſequuti ſumus.

Propterea, [b] * quemadmodum propter unū hominem pecca- Gene.3.a
tum in mundum introiit, ac per peccatum mors: & ſic in om-
nes homines mors peruaſit, [c] in quo omnes peccauerunt. Vſq;
ad legem enim peccatum erat in mundo. Porro peccatum non im-
putatur, quum non eſt lex. Imo regnauit mors ab Adam uſq; ad
Moſen, in eos quoq;, qui non peccauerant, ad ſimilitudinem tranſ-
greſſionis Adam, qui typum gerit illius futuri.

At non, ut peccatū, ita* & donū. Nā ſi unius delicto multi mor- Ioan.4.b
tui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum per gratiam, quæ fuit
unius hominis, Ieſu Chriſti, in multos exuberauit.

C Et nō ſicut per unum, qui peccauerat *uenerat mors, ita* donū.
Nam iudicium quidem ex uno* delicto* ad condemnationem, do-
num autem ex multis delictis ad iuſtificationē. Etenim ſi per uni-
us delictum, mors regnauit per unum, multo magis hi, qui exube-
rantiam gratiæ, & doni iuſtitiæ accipiunt, per uitam regnabunt,
autore uno, Ieſu Chriſto.

Itaq; ſicut per unius delictū, *propagatum eſt malum* in omnes
homines ad condemnationem, ita & per unius iuſtificationē* pro-

pagatur bonum* in omnes homines, ad iuſtificationem uitę. Quēadmodum enim per inobedientiam unius hominis, peccatores cōſtituti fuimus multi, ita per obedientiam unius, iuſti conſtituentur multi.

Gala.3.c * Cæterum lex obiter ſubijt, ut abundaret delictum. * Vbi ue-
*Luc.7.e ro exuberauit peccatum, ibi magis exuberauit gratia: ut quemadmodum regnauerat peccatum in morte, ſic & gratia regnaret per iuſtitiam, ad uitam æternam, per Ieſum Chriſtum.

a Deo patri reconciliati ſumus, aut, pacem habemus cum Deo. *b Quemadmodum propter unum hominem peccatum in mundum introijt &c. Eſt anapodotum, quia ſermo eſt inabſolutus, & oppoſitio partiū non iuſtè redditur. Subijciendum enim erat: Ita & iuſtitia per unum hominem Ieſum Chriſtum, ac per iuſtitiam uita. Et ſic in omnes homines uita. Itaq́; uocabulum omnes, accipi debet in utroq; membro, pari eodemq́; modo pro oppoſitione partiū.* *c Eo quòd oēs peccatores ſunt, & peccato perditi. Obſerua & hic Hebraiſmū.*

CAPVT SEXTVM.

QVid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia A
abundet? Abſit. Qui mortui ſumus peccato, quomodo
Gala.3.d poſthâc uiuemus in eodem? * An ignoratis, quòd qui-
Collo.2.b cunq; baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem eius bapti-
1.Pet.3.c. zati ſumus? Sepulti igitur ſumus unà cum illo, per baptiſmum in mortem, ut quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis, per gloriam patris, * ita & nos ᵃ in nouitate uitæ ambulemus. ᵇ Nā
Ephe.4.c ſi inſititij facti ſumus illi, per ſimilitudinē mortis eius, nimirum &
Coll.3.a reſurrectiōis *participes* erimus. Illud ſciētes, quòd uetus ille no-
Hebr.9.a. ſter homo cum illo crucifixus eſt, ut aboleretur corpus peccati, ut
1.Pet.4.a poſthâc non ſeruiamus peccato. Etenim* qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.

2.Tim.2.b. * Quod ſi mortui ſumus cum Chriſto, credimus, quòd & ui- B
*Apoc.1.d. uemus cum illo: * ſcientes quòd Chriſtus excitatus à mortuis, nō amplius moritur, mors illi non amplius dominatur. Quòd enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel; quòd uerò uiuit, uiuit Deo. Ita & uos colligite, uoſipſos mortuos quidem eſſe peccato, uiuentes autem Deo, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum. Ne regnet igitur peccatum in mortali ueſtro corpore, ut obediatis illi per cupiditates eius. Neq; accommodetis mēbra ueſtra arma in

ma iniuſtitiæ peccato:ſed accommodetis uoſmetipſos Deo, uelut ex mortuis uiuentes, & membra ueſtra, arma iuſtitię Deo. [D] Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.

Quid igitur? Peccabimus, quòd non ſimus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit.* An neſcitis, quòd cui accommodatis uoſipſos ſeruos ad obediendum, eius ſerui eſtis cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obedientiæ ad iuſtitiam? Gratia autem Deo, quòd fuiſtis quidem ſerui peccati, ſed obediſtis ex animo in eam, in quam traducti eſtis, formam doctrinæ. Cæterùm liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Ioan.8.c 2.Pet.2.d.

C Humanũ + quiddã + dico, propter infirmitatem carnis ueſtræ. Quemadmodum enim præbuiſtis membra ueſtra ſerua ĩmunditiæ, et iniquitati, ad + aliã atq; aliam + iniquitatem: ſic et nunc præbete membra ueſtra ſerua iuſtitiæ, ad ſanctificationem. Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi eratis iuſtitiæ. Quem igitur fructũ habebatis tunc in his, de quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum, mors. Nunc uerò manumiſſi à peccato, ſerui autẽ facti Deo, habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem, finem autem, uitam æternam.* Etenim [e] ſtipendia peccati, mors: donum autẽ Dei, uita æterna, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum. Gene.2.c Rom.5.b

[a] *Noſtra conuerſatio, ſit ſecundum nouam uitam, in obedientia. Vetus enim uita, eſt uita primi hominis terreſtris atq; carnalis, in rebellione. Ita ambulare, phraſi Hebræa, eſt conuerſari aut uiuere.* [b] *Nam ſi inſititij facti ſumus illi, per ſimilitudinem mortis eius, ſcitiſſimè reddi poteſt, ad ſimilitudinem mortis eius. Senſus enim eſt: quòd ſi ita cum illo complantati ſumus, ut ſimilitudo mortis eius ſit in nobis, erit & in nobis ſimilis reſurrectio.* [c] *Etenim qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Mortuus dicitur qui renunciauit affectibus ueteris hominis, factusq; eſt Chriſti: nam qui ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentijs, ad Galatas quinto. Porrò iuſtificari hic dictũ eſt tropo hebraico, pro abſolui, aut per ius manumitti.* [D] *Peccatum enim uobis non dominabitur, quia uos legi (quæ eſt potentia peccati) mortui eſtis. Cum adhuc eſſetis in carne, affectus peccatorum qui ſunt per legem, uigebant in membris ueſtris, ad fructificandum morti.* [e] *Græcus habet ὀψώνια, indicans ſtipendia, quæ poſt oblectationes ſuas per ſeceſſum pereunt, aut humana excrementa fiunt.*

CAPVT SEPTIMVM.

AN ignoratis, fratres (ſciẽtibus enim legem loquor) quod
1.Cor.7.d. [a] lex dominatur homini, [b] dũ †is† uiuit? *Nã uiro obnoxia
mulier, uiuenti uiro alligata eſt per legem: quod ſi mortu
Matth.5.d us fuerit uir, liberata eſt à lege uiri. *Proinde uiuẽte uiro, adulte-
ra iudicabitur, ſi ſe iunxerit alteri uiro: ſin autem mortuus fuerit
uir, libera eſt à lege †uiri†, ut non ſit adultera, ſi iuncta fuerit alteri
uiro.

Itaq; fratres mei, uos quoq; mortificati eſtis legi, per corpus
Chriſti, ut iũgeremini alteri, nimirum ei, qui ex mortuis ſurrexit,
ut fructificemus Deo. Quũ enim eſſemus in carne, adfectus pecca
torum, qui ſunt per legem, uigebant in mẽbris noſtris, ad fructi-
ficandum morti. Nunc autem liberati ſumus à lege, mortui ei, in
qua detinebamur, ut ſeruiamus per nouitatem ſpiritus, & non per
uetuſtatem literæ.

Quid ergo dicemus? lex peccatũ †eſt†? Abſit. Sed peccatum nõ B
cognoui, niſi per legem. Nam & concupiſcentiam non nouiſſem,
Exod.20.c niſi lex dixiſſet: *Nõ concupiſces. Sed occaſione accepta, pecca-
Deut.5.c tũ per præceptũ genuit in me omnẽ concupiſcentiam. Siquidem
abſq; lege, peccatũ †erat† mortuũ. Ego autem uiuebam ſine lege
quondam. Porrò uiuente mandato peccatum reuixit, ego uerò
mortuus ſum. Et repertum eſt, mandatum, quod inſtitutum erat
ad uitam, mihi cedere ad mortem. Nam peccatum occaſione ac-
Eſa.48.d cepta, per præceptum, decepit me, & per illud occidit. *Itaq; lex
1.Tim.1.b ipſa quidem ſancta, & præceptum ſanctum, ac iuſtum & bonum.

Ergo, quod bonum erat, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed pec-
catum. Vt appareat peccatum, per bonum operatur mihi mortẽ,
ut fieret maiorem in modum peccans peccatum, per præceptum.
Eſa.52.a Scimus enim, quod lex ſpiritualis eſt, at ego carnalis ſum, *uendi- C
tus ſub peccatum. Quod enim ago, non probo. Non enim quod
uolo, hoc facio: ſed quod odi, hoc ago. Si uerò quod non uolo, hoc
facio, conſentio legi, quod bona †ſit†. Nunc aũt non iam ego per-
petro illud, ſed inhabitans in me peccatum. Noui enim, quod
Gene.6.a non habitet in me (hoc eſt, *in carne mea) bonum. Nam uelle ad-
eſt mihi, at ut faciam bonum, non reperio. Non enim quod
uolo, facio bonum, ſed quod non uolo, malum, hoc ago. Por-
ro, ſi

ro, ſi quod non uolo ego, hoc facio, non iam ego perpetro illud, ſed inhabitans in me peccatum.

Reperio igitur *per* legẽ, uolenti mihi facere bonum, quod mihi malum adiunctum ſit. Delectat enim me lex Dei, ſecundum internum hominem, ſed uideo aliam legem in mẽbris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo, quis me liberabit ex hoc corpore [c] mortis? Gratias ago Deo, per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum. Itaq; idem ego mente quidem ſeruio legi Dei, carne uerò legi peccati.

[a] *Dominatur itaq; lex omnibus, nondum Chriſti ſpiritu renatis: eò quòd nondum mortui ſint legi per corpus Chriſti.* [b] *Hîc interpretor hominem mori, & non legem, atq; tum quidem homo legi mori dicitur, quum carne mortificata per ſpiritum renaſcitur, quo & legem fidei ſcriptam habet in cordibus ſuis. Porrò lex Moſi tantiſper mori non poteſt, dum uixerint, qui ſecundum carnem ambulant. Alij tamen qui de morte legis hunc locum interpretantur, reſpexerunt ad ipſam literam quæ occidit. Et per uirum cui mulier alligata ſit, intelligunt Moſen, cuius legi ſeruandæ tota Iſraëlis ſynagoga obnoxia fuit.* [c] *Ex hoc corpore, me mortificante, ſuiſq; prauis adfectibus me perdente.*

CAPVT OCTAVVM.

A NVlla igitur nunc *eſt* condẽnatio ijs, qui ſunt [a] in Chriſto
Ieſu, qui non iuxta carnem uerſantur, ſed iuxta ſpiritum.
Nã [b] lex ſpiritus uitæ, per Chriſtum Ieſum * liberum me Ioan. 8. c
reddidit à lege peccati, & mortis.* Etenim quod lex præſtare non Gala. 4. a
poterat, eò quòd infirmaretur per carnem *noſtram, hoc* Deus *Hebr. 7. c
proprio filio, miſſo in ſimilitudine carnis peccatricis, *præſtitit *ac
* de peccato condemnauit peccatum, per carnem *eius, *ut [c] ius le- Hoſ. 4. b
gis impleretur in nobis: qui non ſecundum carnem uerſamur, ſed 2. Cor. 5. c.
ſecundum ſpiritum.

Nam qui carnales ſunt, quæ carnis ſunt curant: at qui ſpirituales, quæ ſunt ſpiritus. Nam adfectus carnis, mors *eſt*: adfectus uerò ſpiritus, uita & pax. Propterea, quòd adfectus carnis inimicitia eſt aduerſus Deũ: * nã legi Dei non ſubditur. Siquidem ne Eſa. 55. c
poteſt quidẽ. Qui uerò [b] in carne ſunt, Deo placere nõ poſſunt.

B Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſiquidem ſpiritus Dei habitat in uobis. Quòd ſiquis ſpiritum Chriſti nõ habet, hic

 non

non eſt eius. Porrò ſi Chriſtus in uobis *eſt*, corpus quidē mor-
tuū *eſt*, propter peccatum: ſpiritus autē uita *eſt*, propter iu-
ſtificationē. Quòd ſi ſpiritus eius, qui excitauit Ieſum à mortuis,
habitat in uobis, is qui excitauit Chriſtū ex mortuis, uiuificabit
& mortalia corpora ueſtra, propter ipſius ſpiritum, inhabitan-
tem in uobis.

Proinde fratres, debitores ſumus, non carni, ut ſecundum car
nem uiuamus: nam ſi ſecūdum carnē uixeritis, moriemini. Quòd
ſi ſpiritu, facta corporis mortificetis, uiuetis. Etenī quicunq; ſpi
Gala.4.a ritu Dei ducuntur, hi ſunt* filij Dei. * Non enim accepiſtis ſpiri-
*Tim.1.a. tum [e] ſeruitutis, iterum ad timorē, ſed accepiſtis ſpiritum ado-
ptionis, per quē clamamus: Abba pater. *Idem ſpiritus conteſta-
2.Cor.1.c tur ſpiritui noſtro, quòd ſimus filij Dei. Quòd ſi filij, igitur &
5.a hæredes. Heredes quidem Dei, cohæredes autem Chri-
Ephe.1.b ſti. Siquidē ſimul cū eo patimur, ut & unà cum illo glorificemur. C
*Nam reputo, non eſſe pares adflictiones preſentis temporis ad
Matth.5.a. gloriā, quæ reuelabitur erga nos. *Etenim ſolicita [f] creaturę ex
2.Cor.4.b pectatio expectat, ut palàm fiant filij Dei. Quippe uanitati crea-
1.Ioan.3.a tura ſubiacet, non uolens, ſed propter eum, qui ſubiecit illam ſub
*2.cor.5.a. ſpe. Quoniam & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptio
nis, in libertatē glorię filiorum Dei. Scimus enī, quòd omnis crea
tura congemiſcit, ſimulq; nobiſcū* parturit, uſque ad hoc tempus.
Ioan.16.c. Non ſolum autē* illa*, ſed & ipſi, qui [g] primitias ſpiritus habe-
mus: et nos ipſi in nobis ipſis gemimus adoptionem expectantes,
Hebr.1.a redemptionem corporis noſtri. Siquidē ſpe ſeruati ſumus*. Por-
rò ſpes, ſi uideatur, non eſt ſpes. Quod enim quis cernit, quur idē
ſperet? Si uerò quod non uidemus, ſperamus, *id* per patientiā
expectamus.

Cōſimiliter autē & ſpiritus auxiliatur infirmitatibus noſtris. D
Siquidem hoc ipſum, quid oraturi ſumus, ut oportet, nō nouimus
*uerū ipſe ſpiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabili-
Eſa.26.e. bus. *At ille, qui ſcrutatur corda, nouit, quis ſit adfectus ſpiritus,
Hiere.17.b quoniā [h] ſecundum Deum intercedit pro ſanctis.

Scimus autem, quòd his, qui diligunt Deum, omnia ſimul ad-
iumento ſunt in bonum: *nimirū* his, qui iuxta propoſitum uoca
ti ſunt

ti ſunt. Quoniam quos præſciuerat, *eoſdē* & præfiniuit, conformes imaginis filij ſui, ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres. Porrò quos præfinierat, eoſdem & uocauit: & quos uocauit, eos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit. Quid igitur dicemus ad hæc? *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, qui *fieri poteſt*, ut non & cum eodem
E omnia nobis donet? Quis intentabit crimina aduerſus electos Dei? [i] Deus eſt, qui iuſtificat, quis ille, qui condemnet? Chriſtus eſt, qui mortuus eſt, imò qui & ſuſcitatus eſt, qui etiam eſt ad dexteram Dei, qui & intercedit pro nobis.

Num.14.a. Eſa.50.b *gene.22.c Eſa.53.c

Quis nos ſeparabit à dilectione Dei? Num adflictio? Num anguſtia? Num perſequutio? Num fames? Num nuditas? Num periculum? Num gladius. Quemadmodum ſcriptum eſt:
C *Propter te morti tradimur tota die, habiti ſumus uelut oues, deſtinatæ mactationi. Verùm in his omnibus ſuperamus per eum, qui dilexit nos. Nam mihi perſuaſum habeo, quòd neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque ulla creatura alia poterit nos ſeparare à dilectione Dei, [h] quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Pſal.43.c

[a] *In Chriſto Ieſu ſunt, qui ſecundum Chriſtum Ieſum, per fidem eiuſq; obedientiam uiuūt, hoc eſt, ſecundum ductum ſpiritus, & non ſecundum cupiditates carnis.* [b] *Lex ſpiritus uitæ, per Chriſtum Ieſum, & lex ſpiritualis, uiuificans per fidem in Chriſtum Ieſum, & hæc lex ſcripta eſt in cordibus noſtris. Eſtq; lex amabilis, quæ ſcintillas charitatis ad redamandum Deum excutit.* [c] *Vt impleretur in nobis id, quod lex requirit.* [d] *Qui ſecundum carnem uiuunt, in carne eſſe dicuntur.* [e] *Spiritum ſeruilem, qui nos pauidos reddat, ſed ſpiritum, qui nos de adoptione certiores faciat, unde confidenter clamamus: Abba pater.* [f] *Etenim ſolicita creaturæ expectatio expectat, ut palàm fiant filij Dei &c. Iſtud non de quauis creatura intelligo, ſed dūtaxat de creatura humana, & ne ſic quidem de quauis humana creatura, ſed tantum fideli, quæ ſpem habet futuræ gloriæ.*
[g] *Qui primò omnium ſpiritu donati ſumus, aut, qui primum fructum ſpiritus habemus.*
[h] *Secundum Dei uoluntatem, & beneplacitum intercedit pro Chriſtianis. Chriſtiani enim, hic ſancti uocantur.* [i] *Deus eſt, qui illos iuſtos pronunciat, eosq; abſoluit.*
[m] *Deus, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, declarauit.*

CAPVT NONVM.

Veritatē

VEritatem dico in Chriſto, non mētior, adteſtante mihi ſi- A
mul conſcientia mea, per ſpiritum ſanctum, quod dolor
Exod.32.g. mihi ſit magnus, & aſſiduus cruciatus cordi meo.* Opta-
bā eīm ipſe ego * anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus meis, co-
Exod.19.a. gnatis meis ſecundum carnem, qui ſunt Iſraëlitæ, * quorum eſt
Deut.7.a. adoptio, & gloria, & teſtamenta, & legis conſtitutio, & cultus,
& promiſſiões: quorū ſunt patres, & + ij + ex quibus + eſt + Chriſtus,
Rhom.1.c. quantum attinet ad carnem, qui + eſt in omnibns Deus, laudandus
in ſecula. Amen.

Rhom.2.c Non autem hæc loquor, quod exciderit ſermo Dei.* Non eīm
*Gala.4.c. oēs, qui ſunt ex Iſraël, ſunt Iſraël: * neq; quia ſunt ſemen Abra-
Gene.21.b hæ, + ſtatim + oēs, filij. Sed * per Iſaac nominabitur tibi ſemen: hoc
eſt, non qui filij ſunt carnis, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſſio
nis, recenſentur in ſemen. Promiſſionis enim ſermo hic eſt: * In tē
Gene.18.b pore hoc ueniam, & erit Saræ filius.

Gene.25.c. Non ſolum autē + hoc, + * ſed & Rebecca ex uno conceperat, I- B
ſaac patre noſtro. Nondū enim natis + pueris, + quum neque boni
quippiam feciſſent, neque mali, ut ſecundum electionem propoſi-
tum Dei maneret: non ex operibus, ſed ex uocāte, dictum eſt illi:
Mala.1.a. Maior ſeruiet minori. Sicut ſcriptum eſt: * Iacob dilexi, Eſau ue-
ro odio habui.

Quid igitur dicemus? Nū iniuſtitia + eſt + apud Deum? Abſit.
Exod.23.d Nā Moſi dicit: * Miſerebor, cuiuſcunque miſereor: & commiſe-
rabor, quemcunq; commiſeror. Itaq; non uolentis eſt, neq; currē
Exod.3.c tis, ſed miſerentis Dei. Dicit enim ſcriptura Pharaoni: In * hoc
ipſum te excitaui, ut oſtendam in te potentiā meam: & ut annun
cietur nomen meum in tota terra. Itaq; cui uult, miſeretur: quem
autem uult, indurat.

Dices ergo mihi: Quid adhuc conquiritur? Nā uoluntati eius C
quis reſtitit? Atqui ô homo, tu quis es, qui ex aduerſo reſpondes
Deo? Num dicet figmētum ei, qui finxit, quur me finxiſti ad hūc
Hiere.18.b. modum? * An non habet poteſtatem figulus luti, ut ex eadem maſ
Eccle.33.b. ſa fingat, aliud quidem uas in honorem, aliud uero in ignomini-
2.Tim.2.c. am? Quod ſi Deus uolens oſtendere iram, & notam facere po-
tentiam ſuam, protulit in multa longanimitate uaſa iræ, adpara-

A ta in interitum, & ut notas faceret diuitias gloriæ ſuæ erga uaſa
miſericordiæ, quæ præparauerat in gloriam. Quos & uocauit,*
nimirum* nos, non ſolum ex Iudæis, uerumetiam ex gentibus.
Quemadmodum & in Oſea dicit: *Vocabo populũ, qui meus nõ Oſee.1.b
erat, populum meum: & eam, quæ dilecta non erat, dilectam. Et 2.c
erit in loco, ubi dictum fuerat eis: Non populus meus, uos, ibi uo 1.Pet.2.b
cabuntur filij Dei uiuentis. Eſaias autem clamat ſuper Iſraël: *Si *Eſa.10.c
fuerit numerus filiorũ Iſraël, ut arena maris, reliquiæ ſaluæ erũt. Amo.9.b.
Sermonem enim conficiens & conciſdens in iuſtitia: quia ſermo- Zacha.13.b
D nem conciſum faciet Deus in terra. Et quemadmodũ prius dixit
Eſaias: *Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis [b] ſemen, ut So-
doma facti fuiſſemus, & Gomorrhæ adſimilati fuiſſemus. Eſa.1.b

Quid igitur dicemus? Quod gẽtes quæ nõ ſectabãtur iuſtitiã,
adprehenderunt iuſtitiam, iuſtitiam aũt eã, quæ eſt ex fide: Con-
tra Iſraël, qui ſectabatur legem iuſtitiæ ad legẽ iuſtitiæ non per-
uenit. Propter quid? Quia non ex fide, ſed tanquam ex ope-
ribus legis. Impegerunt enim in lapidem offendiculi, quemad-
modum ſcriptum eſt: *Ecce pono in Sion lapidem offendiculi, & Eſa.28.c
petram offenſionis. *Et omnis qui credit in eo, nõ pudefiet. *Eſa.49.e.

[a] *Sacer eſſe, cuius caput inferis dicatum ſit, & deuotum. Hoc quoq; eſt, deleri de libro uitæ.* [b] *Semen id eſt, poſteritatem. Vt in Geneſi: Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſuperſtites uel paucos illos, ne unus quidem inter nos fuiſſet reliquus, aut, ad unũ omnes perijſſemus, ut perierunt Sodomitæ & Gomorrhitæ.*

CAPVT DECIMVM.

A FRatres, [a] propenſa quidem uolũtas cordis mei, et depreca-
tio quæ fit ad Deum pro Iſraël, eſt ad ſalutem. Teſtimo-
nium enim illis perhibeo, quod zelũ Dei habent, ſed non
ſecundum cognitionem. Nam ignorantes Dei iuſtitiam, & pro- Rho.9.d
priam iuſtitiam quærentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non fuerunt Gala.4.b
ſubditi*. Nam finis legis, Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti. *Math.5.b

[b] Moſes enim ſcribit de iuſtitia, quæ eſt ex lege, *quod qui fece * Leui.18.
rit ea homo, uiuet per illa. Cæterum quæ ex fide eſt iuſtitia, ea Gala.3.c
ſic loquitur: *Ne [c] dixeris in corde tuo: Quis aſcẽdet in cœlum? *Deu.30.e
Hoc eſt, Chriſtum* ex alto* deducere. Aut quis deſcendet in abyſ
ſum? Hoc eſt, Chriſtũ ex mortuis reducere. Sed quid dicit? Pro-

pe te uerbum eſt in ore tuo,et in corde tuo. Hoc eſt uerbum fidei, B
quod prædicamus. Nempe, ſi confeſſus fueris ore tuo Dominum
Ieſum, & credideris in corde tuo, quo'd Deus illum excitauit à
mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem
Eſa.28.c confeſſio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura: *Omnis, qui fidit il-
li, non pudefiet. Non enim eſt diſtinctio uel Iudæi, uel Græci.
Nam idem Dominus omnium, diues in omnes inuocantes ſe.*
Ioel.2.f Quiſquis enim inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Quo-
Act.2.c modo igitur inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo
22.b. autē credent *ei, *de quo non audierunt? Quomodo uero' audiēt,
abſq; prædicante? Quomodo autē prædicabunt, niſi emādati fue
Num.2.a rint? Sicut ſcriptū eſt:* Quam ſpecioſi pedes euāgelizantium pa-
Eſa.52.a
*Eſa.53.a cē, euangelizantium bona? At nō omnes obedierunt Euangelio. C
Ioan.12.e Eſaias enim dicit:* Domine, quis credidit *auditui noſtro? Ergo
fides ex auditu* eſt,* auditus autem per uerbum Dei.
Pſal.18.a. Sed dico. An non audierunt?* Atqui in omnem terram exiuit
ſonus eorum, & in fines orbis terrarum uerba illorum. Sed dico:
Deut.32.c nunquid nō cognouit Iſraël? Primus Moſes dicit:* Ego ad æmu
lationem prouocabo uos, per gentem, quæ non eſt gens, per gen
tem ſtultam ad iram commouebo uos. Eſaias autem poſt hunc au
Eſa 52.e det, & dicit:* Inuētus fui his, q me nō quærebāt: cōſpicuus factus
65.a ſum his, q de me nō interrogabāt. Aduerſus Iſraël aūt dicit: Toto
die expādi manus meas ad populū nō credentē, & contradicentē.

a *Fratres, ex animo bene uolo Iſraëlitis, pro quibus & Deum oro, ut ſeruentur.*

b *Id eſt, iuſtitia Moſaica eſt in opere externo ſita, iuxta literam legis extra hominem ſcriptam. Cæterum quæ ex fide eſt iuſtitia, hæc eſt iuſtitia ſpiritus & interna, hæc parta eſt nobis, quia credidimus Chriſtum noſtra cauſſa paſſum, mortuum & ſepultum. Noſtraq; cauſſa aſcendiſſe in cœlum, hæc demum ex interna fide erumpit in fructus ſpiritus etiam externos. Neq; enim hæc quicq̄ addubitat, ut quæ certior reddita ſit per ſpiritum ſanctū, proinde uetat etiam dicere: Quis aſcendet in cœlum &c? Aut quis deſcendet in abyſſum? Nam dum nos aſcendere aut deſcendere uolumus, ſicq; nobis ſalutem & iuſtitiam parare, negamus iuſtitiam partam per Chriſtum, qui & aſcendit & deſcendit, aut ſaltem de ea nos ambigere declaramus.* c *Dicere in corde, pro cogitare, Hebræis frequens eſt.* d *Nulli rei credimus, niſi quam ex prædicatione accipimus, proinde qui diſputant de ueritate non ſcripta, doceant illam unq̄ fuiſſe prædicatam ab ijs, qui uere' miſſi fuerunt, aut nos illis non credemus.* e *Prædicationi, aut annunciationi noſtræ. Igitur fides ex audita prædicatione eſt, & prædicatio, quæ auditur, per uerbum Dei.*

CAPVT VNDECIMVM.

A Dico igitur: * Num repulit Deus populum ſuum? Abſit. Hiere.31.f.
Etenim ego Iſraëlita ſum, ex ſemine Abrahæ, tribu Ben
Iamin. Non repulit Deus populum ſuum, quē ante agno
uerat. An neſcitis, de Helia quid dicat ſcriptura? Quomodo in
terpellat apud Deū aduerſus Iſraël, dicens: * Domine, prophetas 3.Reg.19.b
tuos occiderunt, & altaria tua ſubruerunt: et ego relictus fui ſo-
lus, * & quęrunt animam meam. Sed quid dicit ei oraculum? * Re 3.Reg.19.d.
liqui mihi ipſi ſeptem milia uirorum, qui non inflexerunt genu
imagini Baal. Sic igitur & in hoc tempore, reliquiæ ſecūdum ele-
ctionem gratiæ factę ſunt. * Quod ſi per gratiam, iam non ex ope
ribus. Quandoquidem gratia, iam nō eſt gratia. Sin ex operi- Deut.9.a
ribus, non iam eſt gratia. Quandoquidem opus, iam non eſt opus.
B Quid igitur? Quod inquirit Iſra el, hoc non adſequutus eſt, ſed
ᵇelectio conſequuta eſt: reliqui uero excæcati ſunt. Quemadmo-
dum ſcriptum eſt: * Dedit eis Deus * ſpiritum compunctionis, o- Eſa.6.b
culos, ut non uideant, & aures ut non audiant, uſque ad hodier- *Act.7.g
num diem. Et Dauid dicit: * Vertatur mēſa illorum in laqueum, Pſal.68.d.
& in captionem, & in offendiculum, & in retaliationem ipſis. Ob
tenebrentur oculi eorum, ut non uideant, & tergum illorum ſem
per incurua.

Dico igitur: Nū * ideo * impegerunt, ut cōciderent? Abſit. Sed
per lapſum illorum ſalus contigit gentibus, in hoc, ut eos ad ęmu
landum prouocaret. Quod ſi lapſus illorum, diuitiæ ſunt mundi,
& diminutio illorum, diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo il
lorum? Vobis enim dico gentibus, * quatenus ego quidem ſum a- Rho.1.a
poſtolus gentium, miniſterium meum illuſtro, ſi quo modo ad æ- 1.Tim.2.a
mulandum prouocem carnem meam, & ſaluos reddam nonnul- 2.Tim.1.b
los ex illis. Nam ſi reiectio illorum, eſt reconciliatio mundi, quæ
erit adſumptio, niſi uita ex mortuis? Quod ſi primitię ſanctę, ſan
cta eſt & conſperſio. * Et ſi radix ſancta, * ſancti erunt * & rami. Eſa.65.d.
C Quod ſi nōnulli rami defracti ſunt, tu uero quum es oleaſter,
inſitus fuiſti illis, & conſors radicis, & pinguedinis * oleæ factus Hiere.11.c
es, ne glorieris aduerſus ramos: quod ſi gloriaris, non tu radicem
portas, ſed radix te. Dices igitur: Defracti ſunt rami, ut ego in-

ſererer. Bene*dicis*. Per incredulitatē defracti ſunt, tu uerò fide
Eccle. 7. c cōſtitiſti.* Ne efferaris animo, ſed timeas. Nam ſi Deus naturali-
bus ramis nō pepercit, uide ne quā*fiat*; ut nec tibi parcat. Ecce
igitur bonitatem ac ſeueritatem Dei. In eos quidem, qui cecide-
runt, ſeueritatem: in te uerò bonitatem, ſi permanſeris in bonita-
2. Cor. 3. c te. Quoniam & tu excidèris,* et illi rurſum, ſi non permanſerint
in incredulitate, inſerentur. Poteſt enim Deus denuò inſerere il-
los. Etenim ſi tu ex naturali exectus es oleaſtro, & præter naturā
inſertus es in bonam oleam: quantò magis hi, qui naturales ſunt,
inſerentur propriæ oleæ?

Luc. 21. e *Non enim uolo uos ignorare, fratres, myſterium hoc, ut ne- D
ſitis apud uoſmetipſos elati animo, quòd excæcatio ex parte Iſra
ēli accidit, [b] donec plenitudo gentiū aduenerit, & ſic totus Iſraël
Pſal. 13. a ſaluabitur. Sicut ſcriptum eſt: * Veniet ex Sion ille qui liberat,
Eſa. 59. c & auertet impietates à Iacob. Et hoc illis à me Teſtamentum, quū
abſtulero peccata ipſorū. Secundum Euāgelium quidem, inimici,
propter uos: ſecundum electionem autem, dilecti, propter patres.

Sunt enim abſq; pœnitudine dona, & uocatio Dei. Quemad-
modum enim & uos quondam increduli fuiſtis Deo, nunc autem
miſericordiam eſtis conſequuti, per illorum incredulitatem: ſic et
iſti nunc increduli facti ſunt, ex eo quòd uos miſericordiam eſtis
adepti, ut & ipſi miſericordiam conſequantur. [c] Concluſit eñ De
us omnes ſub incredulitatem, ut omnium miſereretur,

Sap. 17. a O* profunditatem diuitiarū, & ſapientiæ, & cognitionis Dei,
*Sap. 9. b *quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & imperueſtigabiles uiæ
Eſa. 40. b eius?* Quis enim cognouit mentem Domini? Aut quis illi fuit à
1. Cor. 2. b conſilijs? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? * Quoniam ex
* Eſa. 44. a illo, & per illum, & in illum omnia. * Ipſi gloria in ſecula. Amen.

Rhom. 16. c. [a] *Vitæ meæ inſidiantur. Sic Matth. 2. Defuncti ſunt enim qui quærebant animam puel-
li.* [b] *Electio, pro electi conſequuti ſunt. Vt infra: Si quo modo ad æmulandum prouocem
carnem meam, id eſt, cognatos meos, aut, conſanguineos.* [c] *Obſeruanda eſt hæc uiua me-
taphora, quæ à cibo corporis ad cibum cordis & mentis transfertur, deinde & alia quæ
ab oculis externis ad oculos internos. Et à tergo ad animum.* [D] *Donec plenus gentium
numerus acceſſerit. Et ſic demum totus Iſraël ſaluus erit.* [e] *Primò autem gentes, & illa-
rum nunc miſertus eſt, non quia conditionales promiſſiones habebant, aut quòd ſuus popu-
lus eſſent, erant enim abſq; promiſſionibus & non populus Dei, itaq; ex nuda miſericordia*

ſuſcepit

ſuſcepit eas. Id quod & tandem facturus eſt Iſraelitis, qui & ipſi nunc excæcati, Dei populus nō ſunt. Sūt enim ſine prophetis & promiſſionibus, quia ut lex & prophetæ uſq; ad Ioannem, ita quoq; promiſsiones. Chriſtus ſanè præſtaturus quod Deus promiſerat, uenit in ſua, & ſui eum non receperunt. A tempore Ioannis, regnum Dei adeſſe annunciatur, & quiuis in illud uim facit. Próinde præſente re promiſſa, ceſſat ipſa promiſsio. [c] *O profundam opulentiam, ſapientiam quoq; & ſcientiam Dei.*

CAPVT DVODECIMVM.

OBſecro igitur uos, fratres, per miſerationes Dei, ut præ-
A beatis corpora ueſtra *hoſtiam uiuentem, ſanctam, acce- *Philip. 4.c.*
ptam Deo, rationalem cultum ueſtrum. Et ne accommo
detis uos ad figurā ſeculi huius, ſed trāsformemini per renouatio
nem mentis ueſtræ, ut probetis *quę ſit uoluntas Dei, quod bonū *Ephe. 5.b*
eſt, acceptumq; & perfectum. *Dico enim per gratiam, quæ data *Theſſ. 4.a*
eſt mihi, cuilibet uerſanti inter uos, nequis arroganter de ſe ſenti **Eccle. 3.c.*
at, ſupra quàm oportet de ſe ſentire: *ſed*ita*ſentiat, ut modeſtus
ſit & ſobrius, ut cuiq; Deus partitus eſt menſuram fidei. *Rhom. 14.a*
1. Cor. 8.a
*Quemadmodum enim in uno corpore multa membra habe- **1. cor. 12.b*
mus, membra uerò omnia non eundem habēt actum: ſic multi u- *Ephe. 4.b*
num corpus ſumus in Chriſto, ſingulatim autem alij aliorum mē
bra, ſed*tamē*habentes dona, iuxta gratiam nobis datam, uaria.
Siue*prophetiam iuxta portionem fidei, * ſiue [a] miniſterium in *1. Cor. 14.a*
B miniſterio: ſiue qui docet, in doctrina: ſiue qui exhortatur, in ex- **1. Pet. 4.b.*
hortatione: *qui impertit, in ſimplicitate: qui præeſt, in diligen- *Act. 2.e*
tia: *qui miſeretur, in hilaritate. **Eccl. 32.a*
Dilectio*ſit, *nō ſimulata. *Sitis [b] odio proſequētes, quod malū **Deut. 15.b*
eſt: adhęrentes ei, quod bonum eſt, per fraternam charitatem, ad **Amos. 5.b*
mutuò uos diligendos propenſi, *honore alius alium præceden-
tes. *Studio nō pigri, ſpiritu feruētes, [c] tempori ſeruiētes, ſpe gau-
dentes, in adflictione patientes, precationi inſtantes, neceſſitati-
bus ſanctorum communicantes, *hoſpitalitatem ſectantes. Bene *1. Pet. 2.b.*
loquamini de ijs, qui uos inſectantur: bene loquamini, *inquā*, & **Eccle. 31.e*
ne malè precemini. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flenti
C bus: eodem animo alij in alios adfecti. *Non [b] arroganter de uo- *Hebre. 13.a.*
biſipſis ſentientes, ſed humilibus uos accommodantes.
Ne ſitis arrogantes apud uosmetipſos, *neq; cuiquam malum
pro malo reddatis. *Prouidè parantes honeſta in conſpectu om-

*Heb.12.c. nium hominum,*ſi fieri poteſt,quantum in uobis eſt, cum omni-
bus hominibus in pace uiuentes,non uoſmetipſos ulciſcentes,di-
*Deut.32.c lecti: quin potius [e] date locum iræ.Scriptũ eſt eñ: * Mihi ultio,
*Pro.25.d ego rependã,dicit Dominus.*Si igitur eſurit inimicus tuus, pa-
ſce illum:ſi ſitit, da illi potum. Hoc enim ſi feceris,carbones ignis
coaceruabis in caput illius. Ne uincaris à malo, imò uince bono
malum.

[a] *Siue miniſteriũ in adminiſtratione,aut, cum facultate miniſtrandi. Siue qui docet cum facultate docendi.&c.* [b] *Abhorrentes à maleficium faciendo,addicti ſitis beneficentiæ.* [c] *Ne quid aduerſis,quæ pro tempore incidunt, frangamini.* [D] *Græca ad uerbum ſonant: Non ſublimia adfectantes, aut ſpirantes.* [e] *Cedite locum ultioni diuinæ.*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Sap.9.a QVæuis[a] anima*poteſtatibus ſupereminentibus ſit ſubdi- A
1.Pt.2.b ta. Non enĩ eſt poteſtas,niſi à Deo: quę uerò ſunt poteſta
tes, à Deo ordinatæ ſunt. Itaq; quiſquis reſiſtit poteſtati,
Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſtiterint, ſibiipſis iudicium
accipient. Nam principes non ſunt formidini bonis operibus, ſed
malis. Vis autem non timere poteſtatem? Quod bonum eſt faci-
to, & feres laudem ab illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum.
Quòd ſi feceris id, quod malum eſt, time. Non enim temerè gladi
um geſtat. Nam Dei miniſter eſt,[b] ultor ad iram ei, qui quod ma
lum eſt, fecerit. Quapropter oportet eſſe ſubditos, non ſolum pro
pter iram, uerumetiam propter conſcientiam. Propter hoc enim
& uectigalia ſoluitis. Siquidem miniſtri Dei ſunt, in hoc ipſum
incumbentes.

Matth.17.d *Reddite igitur omnibus, quod debetur: cui tributum, tribu- B
22.c tum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem,
honorem. Nemini quicquam debeatis, niſi hoc, ut inuicem diliga
Gala.6.a tis.* Nam qui diligit alterum, legem expleuit. Siquidem illud:
1.Tim.1.a *Ne adulterium commiſeris. Ne occideris. Ne furtũ feceris. Ne
*Exodi 20 falſum dixeris teſtimoniũ. Ne concupiueris, & ſi quod aliud præ
Deut.5.c ceptum in hoc ſermone ſummatim comprehenditur. * Nempe,
*Leui.19.e diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Dilectio, proximo malũ
Matt.22.d. non operatur. Conſummatio itaq; legis, eſt dilectio.

*1.Thes.5.a Pręſertim, quum ſciamus tempus,*quòd tempeſtiuũ*ſit*, nos
iam

iam à ſomno expergiſci. Nunc enim pro pius adeſt nobis ſalus,
quàm tum, quum credebamus. Nox progreſſa eſt, dies autem ad-
propinquauit. *Abijciamus igitur opera tenebrarum, & indua- Colloſſ.3.a.
mur arma lucis: tanquam in die, compoſitè ambulemus. Non *co *Luc.21.d
meſſationibus & ebrietatibus, * non cubilibus ac laſciuijs, * non *1.Cor.6.b
contentione & æmulatione: ſed induamini Dominū Ieſum Chri- Ephe.5.a
ſtum. *Et carnis curam ne agatis, ad concupiſcentias. *Iaco.3.c.

*Gala.5.c.

1.Pet.2.b

a Quiuis homo uiuens ſeſe excellentibus poteſtatibus ſubmittat. b Vltor ad animaduertendum in maleficum. Eſtq́; iſtiuſmodi ultor, ultor diuinus, & ultio huiuſcemodi ultio cœlitus immiſſa.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

A POrrò eum, qui infirmatur fide, adſumite: non a ad dijudi-
cationes diſceptationum. Hic quidem credit, ueſcendum
eſſe quibuſlibet, qui autē infirmus eſt, oleribus ueſcitur.
Qui ueſcitur, non ueſcentem ne deſpiciat: & qui non ueſcitur,
ueſcentem ne iudicet. Deus enim illum adſumpſit. * Tu quis es Iaco.4.b.
qui b iudicas alienum famulum? Proprio Domino ſtat, aut cadit.
Statuetur autem. Potens enim eſt Deus ſtatuere eum.

Hic quidem iudicat, c diē ad diem + cōferens +: ille autem + idē +
iudicat de quouis die. d * Vnuſquiſq; in propria mente certò per- Colloſſ.2.c
ſuaſus ſit. Qui curat diem, Domino curat: & qui non curat diem,
Domino non curat. Qui ueſcitur, Domino ueſcitur, Gratias enī
agit Deo: & qui non ueſcitur, Domino non ueſcitur. Et gratias
agit Deo. Nullus enī noſtrûm ſibijpſi uiuit: & nullus ſibijpſi mo-
B ritur. Nā ſiue uiuimus, Domino uiuimus: ſiue morimur, Domi-
no morimur. Siue igitur uiuamus, ſiue moriamur, Domini ſu-
mus. In hoc enim Chriſtus & mortuus eſt, & reſurrexit, & reui-
xit, *ut mortuis ac uiuentibus dominetur. Act.2.d

Tu uerò, quur iudicas fratrem tuum? Aut etiam tu, quur de- Philip.2.d.
ſpicis fratrem tuum? *Omnes enī ſtatuemur apud tribunal Chri- *Gala.6.a.
ſti. Scriptū eſt enī: *Viuo ego, dicit Dominus: Quia mihi + ſeſe + fle- *Eſa.45.c.
ctet omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. *Igitur unuſ- Philip.2.a
quiſq; noſtrûm de ſeipſo rationem reddet Deo. Ne poſthàc igi- *Mat.25.c
tur alius alium iudicemus. 2.Cor.5.b

Verùm illud iudicate magis, *ne offendiculū ponatur fratri, 2.Mach.6.

aut

aut lapſus occaſio.* Noui ſiquidem, & perſuaſum habeo per Do-
*1.Cor.8.4. minum Ieſum, nihil eſſe commune per ſe, niſi ei, qui exiſtimat ali-
quid eſſe commune, illi commune* eſt.* Verùm ſi propter cibũ fra
ter tuus contriſtatur, non iam ſecundum charitatem ambulas. Ne
cibo tuo illũ perdas, pro quo Chriſtus mortuus eſt.[c] Ne blaſphe-
metur ergo ueſtrum bonum. Non eſt enim regnum Dei, cibus & C
potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium, per ſpiritum ſanctum. Ete
nim qui per hæc ſeruit Chriſto, acceptus eſt Deo, & probatus
hominibus.

Itaq; quæ ſunt pacis, ſectemur, & quæ ædificationis alius er-
Titum. 1.c. ga alium. Ne cibi cauſſa deſtruas opus Dei. Omnia quidem pu-
1.Cor.8.4 ra, ſed malũ eſt* homini, qui per offendiculum ueſcitur.* Bonum
eſt, nõ edere carnes, neque bibere uinum, neque* quicquam, * per
quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Tu fidẽ
habes? Apud temetipſum habe coram Deo. Beatus qui ſeipſum
non damnat in eo, quod probat. At[f] qui diiudicat, ſi ederit, condẽ
natus eſt, quoniam non ex fide* edit*. Porrò quicquid ex fide non
eſt, peccatum eſt.

[a] *Non ad diiudicandas diſputationes, aut, non ad diſceptationes diſputationũ.* [b] *Qui alienum famulum damnas?* [c] ὅσ μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν *hic alternos dies iudicat. Vt uertit Budæus. Atq; ſic quidẽ Demoſthenes* ἡμέραν παρ' ἡμέραν *pro alternis diebus uſurpauit. Hieronymus autẽ: Alius iudicat diem plus quã diem. Vt* παρα *accipiatur pro ſupra ſiue ultra. Eraſmus uerò adfirmat hunc eſſe genuinum ſenſum: Hic quidem exiſtimat aliquid intereſſe inter diem & diem. Ille uerò perinde ſentit de quouis die.* [d] *Sit quiſq; certus iudicij ſui, ita ut unicuiq; ſua mens ſatisfaciat.* [e] *Ne maledicentiæ obnoxiũ ſit bonum fidei ueſtræ.* [f] *Qui inter cibos diſcernit, & edit tamen, condemnatus eſt.*

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

DEbemus autem nos, qui potentes ſumus, * infirmitates A
Gala.6.a impotentium portare, ac non placere nobis ipſis. Nam
unuſquiſque noſtrûm proximo placeat, in bonum ad
ædificationem. Etenim Chriſtus non placuit ſibiipſi, ſed
quemadmodum ſcriptum eſt: * Opprobria opprobrantium
Pſal.68.b. tibi, inciderunt in me. * Nam quæcunque præſcripta ſunt,
*Rho.4.b. in noſtram doctrinam præſcripta ſunt, ut per tolerantiam, &
exhortationem ſcripturarum, ſpem habeamus.[a] Deus autem to-
lerantiæ,

lerantiæ, & exhortationis det uobis idem mutuò inter uos ſenti-
re, ſecundum Chriſtum Ieſum, ut unanimiter uno ore glorifice-
tis Deum, ac patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quapropter
adſumite uos inuicem, quemadmodum & Chriſtus adſumpſit
nos in gloriam Dei.

B *Illud* autem dico: Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunciſi
onis, pro ueritate Dei, ad confirmandas promiſſiones patrũ. Cæ-
terum ut gentes pro miſericordia glorificent Deum, ſicut ſcriptũ
eſt: *Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo canã. 2.reg.22.g
Et rurſum dicit: *Gaudete gentes, cum populo eius. Et rurſum: * Pſal.17.e.
Laudate Dominũ omnes gẽtes, & adlaudate eum omnes populi. *Deut.32.f
Et rurſum Eſaias dicit: *Erit radix Ieſſe, & qui exurget ad im- *Pſal.116.a
perandum gentibus, in eo gentes ſperabunt. Deus autem ſpei im *Eſa.11.c
pleat uos omni gaudio, & pace, in credendo, in hoc, ut exubere-
tis in ſpe per potentiam ſpiritus ſancti.

Perſuaſum autẽ habeo, fratres mei, & ipſe ego de uobis, quòd
& ipſi pleni eſtis bonitate, impleti omni ſcientia, ualentes etiam
inuicem alius alium admonere. Sed tamen audacius ſcripſi uobis,
fratres, ex parte, ueluti commonefaciens uos, propter gratiam,
quæ data eſt mihi à Deo, in hoc, ut ſim miniſter publicus Ieſu
Chriſti ad gentes, ſacra functione adminiſtrans Euãgelium Dei,
ut fiat oblatio gentium acceptabilis, ſanctificata per ſpiritum ſan
ctum. Habeo igitur, quod glorier per Chriſtum Ieſum, in his, quę
C ad Deum pertinent. Non enim auſum loqui quicquàm eorum,*
quæ non effecit Chriſtus per me, in obedientiam gentium, uerbo
& facto, per potentiam ſignorum ac prodigiorum, per potentiã
ſpiritus Dei, ut ab Hieruſalem, & in circumiacẽtibus regionibus, Act.3.b
uſque ad Illyricum impleuerim Euangelium Chriſti. 2.Pet.1.d

Ita porrò adnitens prædicare Euangeliũ, non ubi nominatus
erat Chriſtus: ut ne ſuper alienum fundamentum ædificarem, ſed
quemadmodum ſcriptum eſt: * Quibus non eſt annunciatum de
eo, uidebunt: & qui non audierant, intelligent. Quapropter ſępe Eſa.52.c
etiã *interceptus* ſum, ne uenirẽ ad uos. Nũc uerò, quum nõ ampli
us habeã locũ in regionibus his, deſiderium aũt habeam ueniẽdi
ad uos multis iam annis, ut ſi proficiſcar in Hiſpaniã, ueniam ad

uos. Spero enim fore, ut iſtâc iter faciens, uideam uos, & à uobis
producar illuc, ſi tamē ueſtra conſuetudine prius ex parte fuero
expletus.

Nunc autem proficiſcor Hieroſolymā, miniſtrans ſanctis. Vi-
Act.19.c. ſum eſt enim Macedoniæ & Achaiæ * communicationem aliquā D
1.Cor.16. facere in pauperes ſanctos, qui ſunt Hieroſolymis. Nam ita uiſum
2.Cor.8.a eſt ipſis, & debitores illorum ſunt. *Etenim ſi ſpiritualia ſua com-
9.a. municauerunt gentibus, debent & hæ in carnalibus miniſtrare
*1 Cor.9.b illis. Hoc igitur ubi perfecero, & obſignauero illis fructum hunc, B
Gala.6.a reuertar per uos in Hiſpaniam. Scio nanq;, quòd ubi uenero ad
uos, cum plenitudine benedictionis Euangelij Chriſti uentu-
rus ſim.

[b] Obſecro autem uos, fratres, per Dominū noſtrū Ieſum Chri-
ſtum, & per dilectionem ſpiritus, concertate mecum per precatio
nes, pro me ad Deum, ut liberer ab incredulis in Iudæa, utq; mini-
ſterium hoc meum, quod exhibebo Hieroſolymis, acceptum ſit
ſanctis: ut cum gaudio ueniam ad uos per uoluntatem Dei, unaq;
1.Cor.14.c uobiſcum refociller. Deus autem * pacis ſit cum omnibus uobis.
Amen.

[a] Deus qui largitur tolerantiam, & ſcripturas exhortatorias, donet uobis, ut ſimiliter adfecti ſitis. Alij autem uocabulum παρακλήσεως per conſolationem interpretantur. Atqui hic nihil cōtēdero. Vt ſit ſenſus: Deus qui largitur patientiā, & conſolationē, aut unde eſt omnis patientia & conſolatio, unde autem ſui patiēter expectant gratiam & conſolationē, quæ perpetuò duret. *[b] Verbum græcum παρακαλῶ anceps eſt. Significat enim & obſecro & adhortor, itē, pro alio precator interuenio: ut aduocatus & patronus. Vnde παράκλητος (teſte Budæo) dictus eſt.*

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

COmmendo autem uobis Phœben, ſororem noſtram, quæ A
eſt miniſtra eccleſiæ Cenchreenſis, ut illam ſuſcipiatis in
Domino: ita, ut decet ſanctos, & adſitis ei, in quocunq; uo
bis eguerit negocio. Nā hæc quū multis adfuit, tum mihi etiā ipſi.
Act.18.a Salutate Priſcam & * Aquilam, auditores meos in Chriſto Ie-
2. Tim.4.c ſu: qui pro * anima mea ſuam ipſorum ceruicem ſuppoſuerunt.
Quibus non ego ſolus gratias ago, ſed & omnes eccleſiæ gentium.
Item

Item quæ in domo illorum eſt, congregationem. Salutate Epæne-
tum dilectum meum, [b] qui eſt primitiæ Achaiæ in Chriſto. Salu-
tate Mariã, quæ multũ laborauit erga nos. Salutate Andronicũ,
& Iuniã, cognatos meos, & cõcaptiuos meos: qui ſunt inſignes in-
ter apoſtolos, qui etiã ante me fuerũt in Chriſto. Salutate Ampliã,
dilectũ meũ in Domino. Salutate Vrbanũ, adiutorem noſtrum
in Chriſto, et Stachyn dilectum meum. Salutate Appellam, proba
tum in Chriſto. Salutate eos, qui ſunt ex Ariſtobuli familiaribus.
B Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos, qui ſunt ex
Narciſſi familiaribus, hos qui ſunt in Dño. Salutate Triphænã:
Salutate Tryphoſam, quę laborant in Dño. Salutate Perſidẽ dile
ctã, quæ multũ laborauit in Dño. Salutate Rufum, electum in
Dño, & eius atq; meam matrem. Salutate Aſyncritum, Phlegon-
tẽ, Herman, Patroban, Hermen: & qui cum his ſunt, fratres. Sa-
lutate Philologum, & Iuliam, Nerea, & ſororem eius, & Olym-
pam, & qui cum his ſunt, omnes ſanctos. Salutate *uos* inuicem o-
ſculo ſancto. Salutant uos eccleſiæ Chriſti.

* Obſecro autem uos, fratres, ut conſideretis eos, qui diſſidia Coloſſ.2.b
& offendicula præter doctrinam, quam uos didiciſtis, gignũt: Tit.3 b
& declinetis ab illis. Nã qui eiuſmodi ſunt, Domino Ieſu Chri- Phil.3.c
ſto non ſeruiunt, *ſed ſuo ipſorum uentri: & per [c] blandiloquen-
tiam & aſſentationem decipiunt corda ſimplicium. Nam ueſtra
obedientia ad omnes permanauit

C Gaudeo igitur ſane de uobis. Sed uolo, *uos ſapientes quidem Matt.10.e
eſſe ad bonum, ſynceros autem ad malum. Deus autem pacis con-
teret Satanam ſub pedes ueſtros breui. Gratia Domini noſtri Ie-
ſu Chriſti *ſit* uobiſcum.

Salutant uos * Timotheus, cooperarius meus, & * Lucius, &
*Iaſon, & * Soſipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius, qui Act.16.a
ſcripſi epiſtolam in Dño. Salutat uos * Gaius, hoſpes meus & to- Phil.2.b
tius eccleſiæ. Salutat uos Eraſtus, quæſtor ærarius ciuitatis, & *Act.13.a.
Quartus frater. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* cum om- *Act.17.a
bus uobis. Amen. *Act.20.a
*1.Cor.1.b.

Ei autem, qui potens eſt uos confirmare ſecundum Euangeli-
um meum, & præconium Ieſu Chriſti, iuxta reuelationem my-

ſterij, temporibus æternis taciti, manifeſtati uerò nunc,
Rhom. 11. d. & per ſcripturas propheticas, iuxta delegationem æterni Dei, in obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti, * ſoli ſapienti Deo, per Ieſum Chriſtum, cui gloria in ſecula. Amen.

* *Qui pro uita mea mori præſtò fuerunt.* * *Qui eſt primus fructus Achaiæ, in Chriſto. Primus enim in Achaia Euangelium Chriſti receperat.* * *Et per blandos benedicosq; ſermones imponunt nihil fraudis ſuſpicantibus.*

AD RHOMANOS SCRIPTA A CORINTHO, +ET MISSA+ PER PHOEBEN, MINISTRAM CENCHREENSIS ECCLESIAE.

PAVLI AD CORINTHIOS, PRIORIS.

CAPVT PRIMVM.

A Paulus, uocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per uoluntatem Dei, & * Soſthenes, frater Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, * ſanctificatis, per Chriſtum Ieſum, uocatis ſanctis, una cum omnibus, qui inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quouis loco, uel ſuo uel noſtro. * Gratia uobis & pax, à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

Act. 18. b. *Ioan. 17. c. Heb. 9. c 2. Cor. 1. a

Gratias ago Deo meo ſemper pro uobis de gratia Dei, quę data eſt uobis per Chriſtum Ieſum, quòd in omnibus ditati eſtis per ipſum, in omni ſermone, & omni cognitione, (quemadmodum teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in uobis) adeò, ut uos non deſtituamini in ullo dono: expectantes reuelationem Domini noſtri, Ieſu Chriſti, qui & confirmabit uos uſq; in finē, * inculpatos in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. * Fidelis Deus, per quem uocati eſtis in conſortium filij ipſius, Ieſu Chriſti, Domini noſtri.

Num. 23. c 1. Cor. 10. d.

B Obſecro autem uos, fratres, per nomen Dñi noſtri, Ieſu Chriſti, * ut idē loquamini oēs, & nō ſint inter uos diſſidia, ſed ſitis [b] integrū corpus, eadē mente, & eadē ſententia. Significatū eſt enī mihi de uobis, fratres mei, à familiaribus Chloæ, quòd contentiones ſint inter uos. Dico aūt illud, quòd unuſquiſq; ueſtrū dicit: Ego quidē ſum Pauli, * Ego uerò Apollo, * Ego uerò Cephæ. Ego uerò Chriſti. * Nū * diuiſus eſt Chriſtus? Num Paulus crucifixus eſt pro uobis? Aut, in nomen Pauli baptizati fuiſtis? Gratias ago Deo, quòd neminem ueſtrûm baptizauerim, niſi * Criſpum * & Gaium: ut nequis dicat, quòd in nomen meum baptizauerim. Baptizaui autem & * Stephanæ familiā. Præterea haud ſcio, nūquem alium baptizauerim. Non enim emandauit me Chriſtus, ut baptizarē, ſed ut euangelizarē, non in [c] ſapientia ſermonis: ut non fiat inanis crux Chriſti.

1. Theſſ. 5. c *Rho. 12. c. Act. 18. c. 1. Cor. 3. a. 16. b *Act. 18. a. *Rho. 16. a. 1. Cor. 16. c.

Rhom.1.b Nam ſermo crucis his quidem, qui pereunt, ſtultitia eſt: at* no- A
*Eſa.29.c. bis, qui ſalutem cōſequimur, potentia Dei eſt. Scriptum eſt enim:
*Perdā ſapiētiā ſapientiū, & intelligentiā intelligentiū reijciam.
*Eſa.33.c * Vbi ſapiens? Vbi ſcriba? Vbi diſputator huius ſeculi? Nónne
infatuauit Deus ſapientiam mundi huius?

Nam poſtquam in ſapientia Dei, non cognouit mundus per ſa-
pientiam Deum, beneplacitum eſt Deo, per ſtultitiam prædicati-
Matt.12.d onis ſaluos facere credentes. * Quandoquidem & Iudæi ſignum
Luc.11.c. poſtulant, & Græci ſapientiam quærunt. Nos autem prædica-
Ioan.2.c mus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem offendiculum, Græ-
6.d cis uerò ſtultitiam: ſed eiſdem uocatis Iudæis, pariter & Græcis,
Chriſtum Dei potentiam, ac Dei* ſapientiam. Quoniam[d] ſtultitia
Collo.2.a Dei ſapientior eſt, quàm homines, & imbecillitas Dei robuſtior
eſt, quàm homines.

Videtis enim uocationem ueſtram, fratres, *quòd non multi D
Ioan.7.e ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi claro
genere nati, uerum quæ ſtulta erant ſecundum mundum, delegit
Deus, ut pudefaceret ſapientes: & quæ erant imbecillia in mun-
do, delegit Deus, ut pudefaceret ea, quæ ſunt robuſta: & quæ
ignobilia erant in mundo contēptaq;, delegit Deus: * & ea quæ
Oſee.2.c non erant, ut ea quæ ſunt, obliteraret, ut ne gloriaretur ulla caro
coràm ipſo. Ex eodem autem uos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus
fuit nobis* ſapientia à Deo, *iuſtitiaq;, & *ſanctificatio, & redē-
Ephe.1.b ptio. Vt, quemadmodum ſcriptum eſt: *Qui gloriatur, in Domi-
*Hier.23.b no glorietur.
*Ioan.17.c
*Eſa.65.c
Hier.9.d.
2.Cor.11.a

[a] ἀνεγκλήτους *incriminabiles, quos nemo criminari poterit, quos nemo accuſarit, aut dānârit.* [b] *Quia* καταρτίζω *luxata mēbra in artus reponere ſignificat. Vtitur autē hic ea uoce Apoſtolus* μεταφορικῶς *in eos, qui luxata mēte ſunt, & quos unanimes concordeſq; deſiderat.* [c] *Emādauit (inquit) me, ut quàm ſimpliciſſimè euāgelizarē, & non ut erudito ſermone Philoſophum agerem.* Porrò obſeruetur phraſis Hebræa: Eruditio ſermonis, pro eruditus ſermo. Et infra: Stultitia prædicationis, pro ſtulta prædicatio. [d] *Res quæ Dei eſt, quantumuis ſtulta uideatur aut imbecillis, præponderat & hominibus, & cunctis rebus illorum*

CAPVT SECVNDVM.

A ET ego quum uenirem ad uos fratres, non ueniebam cũ eminentia ſermonis, aut ſapientiæ, annuncians uobis teſtimonium Dei. Non eñ iudicaui me quicquam ſcire inter uos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et ego per infirmitatem, & in timore, ac in tremore multo apud uos uerſatus ſum: *& ſermo meus, & prædicatio mea non erat in perſuaſorijs humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in[a] oſtenſione ſpiritus ac potentiæ: ut fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in potentia Dei. 1.Theſſ.1.a.

Porrò ſapientiã loquimur inter perfectos, ſapientiam autem, non ſeculi huius, neq; principum ſeculi huius, * qui abolentur: 1.Cor.15.c.
ſed loquimur ſapientiam Dei in myſterio, quæ eſt recondita, quã
præfinierat Deus ante ſecula, in gloriam noſtram, *quam nemo * Matt.11.c
principũ ſeculi huius cognouit.* Nam ſi cognouiſſent, haud qua- *Ioan.15.c.
quam Dominũ gloriæ crucifixiſſent. Sed quemadmodum ſcri- 16.a
ptum eſt: *Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor Act.13.c *Eſa.64.a
hominis non aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus
B ipſum.

Nobis autem Deus reuelauit per ſpiritum ſuum. *Spiritus eñ Sap.7.
omnia ſcrutatur, etiam profunditates Dei. Quis enim hominum Eccl.36.e
nouit ea, quę ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in eo? Sic Rhom.8.b
& ea, quæ ſunt Dei, nemo nouit, niſi ſpiritus Dei. Nos uerò non ſpiritũ mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui eſt ex Deo: ut ſciamus ea, quæ à Deo donata ſint nobis, quæ & loquimur, non ſermonibus, quos docet humana ſapientia, ſed quos docet ſpiritus ſanctus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.[b] Animalis autẽ homo non accipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia ſiquidẽ il-
li ſunt, nec poteſt cognoſcere, quòd ſpiritualiter dijudicantur.* Prou.28.a
At ſpiritualis dijudicat quidem omnia, ipſe uerò à nemine dijudi- * Sap.9.b
catur. * Quis enim cognouit mentem Domini? Qui conſilium Eſa.40.b
daturus ſit illi? Nos autem Chriſti mentem tenemus. Rhom.11.d.

[a] *Sed oſtenſo ſpiritu, euidentiq́; operatione illius, ut fides ueſtra non ſit per ſapientiam humanam, quæ perſuadere conatur, ſed per potentiam diuinam, quæ conſpicitur, quæq́; reipſa efficax eſt.* [b] *Animalis ab anima. Græcis enim eſt* ψυχικὸς. *Et loquitur de induſtria, qua homo ea non adſequitur, quorum doctor eſt ſpiritus ſanctus.*

Vt

CAPVT TERTIVM.

ET ego fratres, non potui loqui uobis, ut ſpiritualibus, ſed A
loquendum fuit ut carnalibus, ut infantibus in Chriſto.
Heb 5.c *Lactis potu uos alui, & non cibo. Nondum enim pote-
ratis, imò, ne nunc quidem adhuc poteſtis: nam adhuc carnales
Gala.5.c eſtis.*Siquidem quum in uobis ſit æmulatio & contentio, & fa-
ctiones, nónne carnales eſtis, & [a] ſecundum hominem ambulatis?
Etenim quum dicat aliquis: Ego quidem ſum Pauli, Alter uerò:
Act.18.c *Ego Apollo, nónne carnales eſtis? Quis igitur eſt Paulus? Quis
1.Cor.1.b. autē Apollo? Niſi miniſtri, per quos crediſtis, & cuique ut Do-
16 b minus dedit. Ego plātaui, Apollo rigauit,*ſed Deus dedit incre-
*Ioan.6.g. mentum. Itacꝫ necꝫ qui plantat eſt aliquid, necꝫ qui rigat, ſed qui
Act.2.c dat incrementum, Deus.

Cæterùm is qui plantat, & is qui rigat, unum ſunt. Vnuſquiſ- B
que tamen ſuam mercedem accipiet iuxta ſuum laborem. Etenim
Dei ſumus cooperarij, Dei agricolatio, Dei ędificatio eſtis, iuxta
gratiam Dei, quæ data eſt mihi. Vt ſapiens architectus fundamē-
tum poſui, alius autem ſuper*illud* ædificat. Porrò quiſcꝫ uideat,
Matth.16.c quomodo ſuperſtruat. * Nam fundamentum aliud nemo poteſt
ponere, præter hoc, quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus.
Quòd ſi quis ſuperſtruit ſuper fundamentum hoc, aurum, argen-
Eſa.28.c tum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, cuiuſcꝫ opus ma-
*1.Pet.1.b. nifeſtum fiet.*Dies em̄ declarabit, quod in igne reuelatur, & cu-
4.b. iuſcꝫ opus quale ſit,*ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod
ſuperſtruxit, mercedē accipiet: ſi cuius opus exuſtum fuerit, dam-
num patietur, ipſe uerò ſaluus fiet, ſed ſic tanquam per ignem.

1.Cor.6.c *An neſcitis, quòd templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat C
2 Cor.6.c. in uobis? Siquis[b] templum Dei prophanat,*hunc perdet Deus.
Heb.3.a Nam templum Dei ſanctum eſt, qui eſtis uos. * Ne quis ſeipſum
*Ioan.2.b fallat. Siquis*ſibi*uidetur ſapiens eſſe inter uos, in ſeculo hoc ſtul-
*Prou.3.c tus fiat, ut reddatur ſapiens. * Etenī ſapientia mundi huius, ſtul-
*Rho.1.c titia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim:*Qui comprehendit ſapi-
Iob.5.b. entes in aſtutia ipſorū. Et rurſum: Dominus nouit ratiocinatio-
*Pſal.93.b. nes ſapientium, quòd ſint uanæ. Itaque nequis glorietur in homi-
nibus: omnia nancꝫ ueſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Ce-

phas,

phas, ſiue mundus, ſiue uita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura: omnia, *inquã, *ueſtra ſunt, uos autẽ Chriſti, Chriſtus uerò Dei.

a Viuitis iuxta humanos adfectus? b Hic Græcis eſt φθείρει φθερεῖ iucundum homœoteleuton. Vt ſi latinè dicamus. Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet hunc Deus.

CAPVT QVARTVM.

A SIc nos æſtimet homo, * ut miniſtros Chriſti, & diſpenſato
res *myſteriorum Dei. Quod supereſt autẽ, *illud *requiri 2.Cor.6.e
tur in diſpenſatoribus, * ut fidus aliquis reperiatur. Mi *Deu.23.d
hi uerò pro minimo eſt, ut à uobis dijudicer, aut ab humano die. *Hier.23.e
Imò, nec me ipſum dijudico. *Nullius enim rei mihi conſcius ſum, Luc.12.e
*ſed non per hoc iuſtificatus ſum. Cæterùm qui me dijudicat, Do *2.cor.1.a
minus eſt. Proìnde ne ante tempus quicquam iudicetis, donec ue 2.Tim.1.b
nerit Dominus, qui & illuſtraturus eſt occulta tenebrarum, & *Iob.9.a
patefaciet conſilia cordium: ac tunc laus erit unicuiq; à Deo.

B Hęc autem, fratres, per figuram tranſtuli in meipſum, & *in *A
pollo, propter uos, ut in nobis diſceretis, ne quis ſupra id quod
ſcriptum eſt, *de ſe *ſentiat, ut ne hic illius, ille huius nomine infle
mini, alius aduerſus alium. Quis enim te dijudicat? * Quid autem Iaco.1.b
habes, quod non accepiſti? Quòd ſi etiam accepiſti, quid gloria
ris, quaſi non acceperis? Iam ſaturati eſtis, iam ditati eſtis: abſq;
nobis regnum adepti eſtis. Atq; utinam ſanè regnum adepti ſitis,
ut & nos ſimul uobiſcum regnemus. Arbitror enim, quòd Deus
nos, qui ſumus apoſtoli poſtremi, oſtẽderit tanq; *morti addictos. Pſal.43.c
Quoniã ſpectaculũ facti ſumus mundo, & angelis & hoĩbus. Nos 122.a
ſtulti propter Chriſtũ: uos aũt prudentes per Chriſtũ, nos imbecil
les: uos aũt ualidi, uos clari, nos aũt contẽpti. Ad hoc uſq; tẽpus, &
eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, *& incer Act.18.a
tis uagamur ſedibus, & laboramus operãtes proprijs manibus, * *Rho.12.b
malè audientes, bene dicimus, perſequutionẽ patiẽtes, ſuſtinemus,
conuicijs adfecti, obſecramus. Veluti excrementa mundi facti ſu
mus, omnium reiectamentum ad hunc uſq; diem.

C Non, quo uos pudore ſuffundam, hæc ſcribo, ſed, ut filios me
os dilectos admoneo. Nam etiam ſi innumeros pædagogos habe
atis in Chriſto, non multos tamen habetis patres. * Siquidem in Gala.5.b
Iaco.1.b

1.Cor.10.a Chriſto Ieſu, per euangelium* ego uos genui. Adhortor itaqꝫ
Philip.3.c uos, ut imitatores mei ſitis. Hac de cauſſa miſi uobis Timotheum,
qui eſt filius meus dilectus, & fidelis in Domino, qui uobis in me-
moriam reducet uias meas, quæ ſunt in Chriſto, quemadmodum
ubiqꝫ in omni eccleſia doceo. Perinde, quaſi non ſim uenturus ad
Pro.20.d uos, inflati ſunt quidam. Sed ueniam breui ad uos, * ſi Dominus
Hiere.10.d. uoluerit: & cognoſcam, non ſermonem iſtorum, qui inflati ſunt,
ſed uirtutem. [a] Non enim in ſermone regnum Dei +eſt+, ſed in
uirtute. Quid uultis? Cum uirga ueniam ad uos, an cum charita-
te, & ſpiritu lenitatis?

[a] *Non enim per ſermonem, ſed per potentem operationem eſt regnum Dei. Ibidem ſanè eſt regnum Dei, ubi Deus ipſe regnat, non quidem uerbis tantum, ſed & factis atque re ipſa.*

CAPVT QVINTVM.

OMnino, auditur inter uos ſtuprum, & huiuſmodi ſtuprũ, A
Leuit.18.b quod nec inter gẽtes nominatur, * ut aliquis uxorẽ patris
habeat. Et uos inflati eſtis, ac non potius luxiſtis, ut tolle-
Colloſſ.2.a retur de medio ueſtrum, qui facinus hoc perpetraſſet. * Nã ego
quidem, ut abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam decreui
tanqꝫ præſens, ut is, qui ſic hoc patrauit, in nomine Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, congregatis uobis & meo ſpiritu, unà cum pote-
Matt.18.c. ſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti, * tradatur Satanæ, * ad interi-
1.Tim.1.c tum carnis, quo ſpiritus ſaluus ſit, in die Domini Ieſu.
*Gala.5.a Non eſt bona gloriatio ueſtra. * An neſcitis, quòd paululum
*Exo.13.a * fermenti, totam conſperſionem fermentat? Expurgate itaqꝫ ue-
tus fermentum, ut ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis infermentati.
*Eſa.53.b *Nam & Paſcha noſtrũ, pro nobis immolatus eſt Chriſtus. *Itaqꝫ B
Ioan.1.c feſtũ [b] celebremus, non in fermento ueteri, nec in fermento mali-
*Exo.12.a tiæ & uerſutiæ, ſed in infermentatis, ſynceritatis & ue-
ritatis.
Eccle.13.a Scripſi uobis per Epiſtolam: * Ne commiſceremini cũ ſcorta-
toribus, ac non omninò cum ſcortatoribus mundi huius, aut
cum auaris, aut cum rapacibus, aut ſimulachrorum cultoribus.
2.Theſſ.3.a Quoniam debetis ſanè ex hoc mundo exiſſe. * Nunc autem
ſcripſi

ſcripſi uobis ,ne commiſceamini. Si quis, quum frater adpelletur,
fuerit ſcortator,aut auarus , aut ſimulachrorum cultor,aut conui
ciator,aut ebrioſus,aut rapax, * cum eiuſmodi ne cibum quidem Dani.1.b
capiatis. Quid enim ad me attinet etiam de his,qui foris ſunt, iudi- Hiere. 16 .a
care? Nónne de his,qui intus ſunt,iudicatis? Eos uerò, qui foris
ſunt,Deus iudicat . * Etiam profligate iſtum , qui malus eſt, ex Deut.13.a
uobiſipſis.

a Tradatur Satanæ ad interitum carnis,id eſt,excommunicetur, & ab eccleſia Chriſti (quo ſe humiliet) excludatur. Illam enim humiliationem, & carnis mortificationem, hic carnis interitum adpellat. *b Hic Paulus (cui ad Dominum conuerſo uelum ablatū fuit) à figura quæ eſt Exodi 12. tranſcendit ad rem figuratam,hoc eſt, ab umbra ad ueritatem;proponens nobis non ipſam quidem literam,ſed ſpiritum. Idq́; exemplo Chriſti, qui ſuos diſcipulos toties admonuit,quo ipſi ſibi cauerent à fermento Phariſæorum & Sadducæorū. Vbi certè non ad panes infermētatos adhortatus eſt eos,ſed ad illud quod per panes infermentatos adumbratum fuit,hoc eſt,ad integritatem,ſynceritatem & ueritatem doctrinæ & uitæ.*

CAPVT SEXTVM.

SVſtinet aliquis ueſtrūm negotium habens cum altero,iu
A dicari ſub iniuſtis,& nō magis ſub ſanctis? * An neſcitis, Matth.12.d
quòd ſancti mūdum iudicabunt? Et ſi per uos iudicatur 19.d
mundus,indigni eſtis minimis iudicijs. An neſcitis, quòd ange-
los iudicabimus,non tantum iſta,quæ ad uictum pertinēt?* Pro Deut.25.4.
inde iudicia ſiquidem habueritis de ijs, quæ ad uitæ uſum atti-
nēt , qui contempti ſunt in Eccleſia,eos conſtituite. Ad erubeſcē
tiam ueſtram dico. Adeò non eſt inter uos ſapiens? ne unus qui-
dem,qui poſſit dijudicare inter fratrem ſuum & fratrem? Sed fra
ter cum fratre litigat,idq́; ſub infidelibus.
B Itaq; iam quidem omninò in uobis delictum eſt, quòd a iudicia
habetis inter uos inuicem.* Quur nō potius iniuriam patimini? Matt.5.e
Quur non potius damnum accipitis? Imò uos iniuriam facitis,
& dāno adficitis,idq́; fratres. An neſcitis,quòd iniuſti regni Dei
hæreditatem non conſequentur? Ne erretis. * Neq; ſcortatores, Gala.5.c
neque cultores ſimulachrorum,neque adulteri,neque molles,ne- Ephe.5.a
que qui cocūbunt cū maſculis , neque fures, neque auari,neq; e-
brioſi,neq; maledici,neq; rapaces,regni Dei heredítatē accipiēt.

Atq; hęc eratis quidã, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſti
Eccl.37.d ficati eſtis, per nomẽ Dñi Ieſu, & per ſpiritũ Dei noſtri. *Om̃ia mi
Cor.10.c hi licent, at non omnia conducũt. Omniũ mihi poteſtas eſt, at ego
nõ redigar ſub ullius poteſtatem. Eſcæ uentri* deſtinatæ ſunt, *&
uenter eſcis: Deus autem & hunc & illas abolebit. Corpus uerò C
Rhom.8.b non ſtupro, ſed Domino: & Dominus corpori. * Deus autem
& Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per potentiam ſuam. An
neſcitis, quòd corpora ueſtra membra ſunt Chriſti? Num igitur
tollens membra Chriſti, faciam ſcorti membra? Abſit, an neſcitis,
Gene.2.d quòd qui adglutinatur ſcorto, unum * corpus eſt? Erunt [b] enim
(inquit) duo in carnẽ unam. At qui adglutinatur Domino, unus
ſpiritus eſt.

Fugite ſcortationem. Omne peccatũ quodcunq; fecerit homo,
1.Cor.3.b extra corpus eſt, [c] ſed qui ſcortatur, in proprium corpus peccat.
2.Cor.6.c *An neſcitis, quòd corpus ueſtrũ, templum eſt habitantis in uo-
*1.Cor.7.c bis, ſpiritus ſancti, quem habetis à Deo, & non eſtis ipſi ueſtri iu-
Heb.12.b ris? * Nam empti eſtis precio. Glorificate iam Deum per corpus
1.Pet.1.c ueſtrum, & per ſpiritum ueſtrum, quæ ſunt Dei.

[a] *Lites aut iudiciales contentiones, græcè κρίματα.* [b] *Duo, unus erunt homo, ex una eademq; maſſa carnis. Ita ut unius caro ſit caro alterius: & ediuerſo.* [b] *Sanctum corpus ſuum propter ſpiritum ſanctum inhabitantem, fit immundum, adglutinaturq; ſcorto & fit unũ corpus cum ſcorto, idq; in ignominiam corporis ſui, quoniã ſic degenerare cogitur.*

CAPVT SEPTIMVM.

Cæterum, de quibus ſcripſiſtis mihi. [a] Bonum eſt homini, A
uxorẽ non attingere. Attamen, propter ſtupra* uitanda,*
ſuam quiſq; uxorem habeat, & ſuum quęq; uirum habeat.
Vxori uir debitam beneuolentiam reddat: ſimiliter autẽ & uxor
uiro. Vxor ꝓprij corporis ius nõ habet, ſed maritus: ſimiliter aũt
Tob.6.d & maritus proprij corporis ius non habet, ſed uxor.* Ne fraude-
8.a tis uos inuicem, niſi ſi quid ex conſenſu, pro tempore, ut uacetis
Iohe.2.e ieiunio & precationi, & rurſum in unum conueniatis: ne tentet
uos Satanas, propter intemperantiam ueſtram.

Hoc autem dico iuxta indulgentiam, non iuxta præceptum.
Act.161. * Nam uelim omnes homines eſſe, ut & ipſe ſum. Sed unuſquiſq;
proprium

proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic alius autem ſic.
Dico autem inconiugatis & uiduis: Bonum eis eſt, ſi manſerint, 1.Tim.5.b
ut & ego.* Quòd ſi*ſe* non continent, contrahant matrimonium.
B Nam ſatius eſt matrimonium contrahere, quàm uri.

At coniugatis præcipio, non ego, imò Dominus: * Vxor à uiro ne ſeparetur, quòd ſi ſeparata fuerit, maneat innupta, aut marito reconcilietur: & maritus uxorẽ ne dimittat. Reliquis autem ego dico, non Dominus: *Siquis frater uxorem habet infidelem, & hæc aſſentitur, ut habitet cum illo, ne dimittat eam: & mulier, quę habet maritum infidelem, & is aſſentitur, ut habitet cum ea, ne dimittat illum. Sanctificatus eſt enim maritus incredulus per uxorem: & ſanctificata eſt uxor incredula per maritum. Alioqui filij ueſtri immundi eſſent, [b]nũc autẽ ſancti ſunt. Quòd ſi incredulus diſcedit, diſcedat. Nõ eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi, ſed in pace uocauit nos Deus.* Quî nanque ſcis mulier, an maritum ſis ſeruatura? Aut, quî ſcis uir, an uxorẽ ſis ſeruaturus? Vtcunqꝫ fuerit, * unuſquiſqꝫ ut ipſi partitus eſt Deus, unuſquiſqꝫ ut illum uocauit Dominus, ita ambulet: & ſic in eccleſijs omnibus ordino.

Deut.14.a Mala.1.c Matt.5.c 19 a 1.Eſd.9.10. 1.Pet.3.a Ephe.4.a

C Circunciſus aliquis uocatus eſt? ne accerſat præputiũ. In præputio aliquis uocatus eſt? ne circuncidatur. Circũciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Vnuſquiſque in ea uocatione, in qua uocatus fuit, maneat. *Seruus uocatus es? ne ſit tibi curæ. Quin etiam ſi potes liber fieri, potius utere. Etenim qui in Domino uocatus eſt ſeruus, libertus Domini eſt. Similiter & qui liber uocatus fuit, ſeruus eſt Chriſti.* Precio empti fuiſtis, nolite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſque in eo, in quo uocatus fuit, fratres, maneat apud Deum.

1.Timo.6.a 1.Cor.6.c 1.Pet.1.c

De uirginibus autem præceptum Domini non habeo, [c]conſilium tamen do, tanquam miſericordiam conſequutus à Domino,* in hoc,*ut ſim fidelis. Arbitror igitur hoc bonũ eſſe, propter pręſentem neceſſitatem. Nam bonum eſt homini ſic eſſe. Adligatus es uxori? ne quære diuortium. Solutus es ab uxore? ne quæras uxorẽ. Quòd ſi & uxorẽ duxeris, non peccaſti: & ſi nupſerit uirgo, non peccauit. Attamẽ adflictionem in carne habituri ſunt huiuſmodi.

iuſmodi. Ego uerò uobis parco.
Pſal. 86.a Cęterùm illud dico, fratres, * tempus contractum eſt. Supereſt, D
2. Pet. 3.b ut qui habent uxores, ſint tanquam non habeant: & qui plorant,
tanquam non plorent: & qui gaudent, tanquam non gaudeant: &
qui emunt, tanquam non poſſideant: & qui utuntur mundo hoc,
Eſa. 40 tanquam non utantur. * Præterit enim habitus huius mundi.
1. Ioan. 2.c. * Velim autē uos abſque ſolicitudine eſſe. * Qui cœlebs eſt, cu
*Matth. 6.c rat ea quæ ſunt Domini, quomodo placiturus ſit Domino: at qui
Luc. 12.c duxit uxorem, ſolicitus eſt de his, quæ ſunt mundi, quomodo pla
*1. Tim. 5.a citurus ſit uxori. Diuiſa ſunt hæc duo, mulier & uirgo. Innupta
curat ea, quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta cum corpore, tum ſpiri-
tu. Contra, quæ nupta eſt, curat ea, quæ ſunt mundi, quomodo
placitura ſit marito. Hoc autem ad id, quod uobiſipſis conduci-
bile eſt, dico: non, uti laqueum uobis iniiciam, ſed ad honeſtum, et
quod intentum eſt Domino, abſq; ulla diſtractione.

Quòd ſi quis indecorum uirgini ſuæ putat, ſi prætereat nubē E
di tempus, & ſic oportet fieri: quod uult faciat, non peccat, iungā
tur matrimonio. Cæterùm qui ſtat firmus in corde, non habens
neceſſitatem, ſed poteſtatem habet propriæ uoluntatis, & hoc de
creuit in corde ſuo, ut ſeruet ſuam uirginem, bene facit. Itaq; qui
elocat nuptum, bene facit: attamen qui nō elocat nuptum, melius
Rhom. 7.a facit. * Vxor adligata eſt [b] legi, quā diu uiuit maritus eius. Quòd
ſi dormierit maritus illius, libera eſt ad cui uelit nubendum, mo
dò in Domino. Attamen beatior eſt, ſi ſic maneat, iuxta meam ſen
tentiam. Opinor autem, quòd & ipſe ſpiritum Dei habeam.

[a] *Commodum eſt uiro, ſi ſibi uxorem non adiungat, aut ſi uxorem non ducat.* [b] *Puri ac mundi ſunt. Mundis enim omnia munda.* [c] *γνώμην non ineptè hic per ſententiā reddideris: ut ſit ſenſus, profero meam ſuper hac re ſententiam,* [d] *Intellige legem coniugij illius.*

CAPVT OCTAVVM

CAeterū * de his quæ ſimulachris īmolātur, [a] * ſcimus, quia A
Act. 15.d oēs ſcientiā habemus. Sciētia inflat, charitas uerò ædificat.
*Rho. 14.b. Quod ſiquis + ſibi + uidetur aliquid ſcire, nondum quicquā
nouit, quemadmodum oporteat ſcire. At ſi quis diligit Deum,
hic

[b] hic cognitus eſt ab illo.
D *De eſu igitur eorum, quæ ſimulachris immolantur, ſcimus, 1.Cor.10.c.
quòd nullum eſt ſimulachrum in mundo, & *quòd nullus ſit De- *Deut.4.f.
us alius, niſi unus. Nam etiam ſi ſunt, qui dicantur Dĳ, ſiue in cœ 6.b
lo, ſiue in terra, quemadmodum ſunt dĳ multi, & domini multi, Eſa.44.b
nobis tamen unus +eſt+ Deus, +qui eſt+ pater ille, *ex quo oĩa, & *Rho.11.d
nos in illum: & unus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem omnia,
& nos per illum.

B Sed non in omnibus +eſt+ ſcientia. Nonnulli uerò cũ * conſci-
entia ſimulachri uſque ad hoc tempus, tanquam ſimulachris im- 1.Cor.10.d.
molatum edunt: & conſcientia illorum, infirma quum ſit, pollui-
tur. Atqui eſca non commendat nos Deo, neque ſi comedamus, ali
quid nobis supereſt: neque ſi non comedamus, quicquam nobis
deeſt.

Sed uidete, nequo modo facultas illa ueſtra offendiculo ſit ĳs,
E qui infirmi ſunt. Etenim ſi quis conſpexerit te, qui habes ſcienti-
am, in [c] Idoleo accumbentem, nónne conſcientia eius, qui infirmus
eſt, ædificabitur ad edendum ea, quæ ſunt ſimulachris immola-
ta? Et peribit frater, qui infirmus eſt, ob tuam ſcientiam, propter
quẽ Chriſtus fuit mortuus. Sic autem peccãtes in fratres, & per-
cutientes illorum conſcientiam infirmam, in Chriſtum peccatis.
Quapropter *ſi eſca offendit fratrem meum, haudquaquam ue- Rho.14.c
ſcar carnibus in æternum: ne fratri meo ſim offendiculo.

[a] *Scimus, quid illic res habeat. Omnes enim, qui Chriſtum, & ueritatem nouimus, ſcimus ea nihil eſſe.* [b] *Hic cognitionem à Deo hauſit, & diuinè atq; diuinitus doctus eſt.*
[c] εἰδωλεῖον *templum ſimulachrorum, ubi Idolothyta comedebantur.*

CAPVT NONVM.

A AN nõ ſum Apoſtolus? An non ſum liber? *An nõ Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum uidi? An non opus meum, Act.9.a
uos eſtis in Domino? *Si cæteris non ſum apoſtolus, at ſa 2.Cor.12.b
nè uobis ſum. Siquidem ſigillum apoſtolatus mei, uos eſtis in Do
mino. Mea reſpõſio apud eos, qui me interrogant, hæc eſt: An nõ
habemus poteſtatem edendi ac bibendi? An non habemus pote-
ſtatem, ſororem * muliẽrem circunducendi? Quemadmodum & Philip.4.a.
cæteri

Matth.8.b cæteri apoſtoli,& fratres Domini,& *Cephas. Aut, ſolus ego &
Luc.4.d Barnabas non habemus poteſtatem hoc faciendi? Quis militat ſu
is ſtipendijs unquam? Quis plantat uineam,& de fructu eius non
edit? Aut,quis paſcit gregem, & de lacte gregis non edit?

Num ſecundum hominem hæc dico? An non & lex eadem di- B
Deut.25.a cit?* Etenim in lege Moſi ſcriptum eſt: Non obligabis os boui
1.Tim.5.c trituranti. Nũ[a] boues curæ ſunt Deo? An * hoc* propter nos om-
ninò dicit? Propter nos em̃ *hoc* ſcriptum eſt, quòd ſub ſpe debe-
at is,qui arat,arare:& qui triturat ſub ſpe,ſpei ſuæ particeps eſſe
Rhom 15.d. *debeat*. Si* nos uobis ſpũalia ſeminauimus,magnũ* eſt, * ſi nos
Gala.6.a ueſtra carnalia meſſuerimus ? Si cæteri poteſtatis erga uos par
ticipes ſunt, quur non potius nos?

2. Cor.11.a *Atqui non uſi ſumus poteſtate iſta, ſed omnia ſufferimus: ne
quod offendiculum demus Euangelio Chriſti. An neſcitis,quòd
hi qui ſacra operantur, ex ſacro edunt? Qui altari aſſident, unà
Matth.10.a cum altari partem accipiunt?*Sic & Dominus ordinauit, ut qui
Act.20.c Euangelium annunciant,ex Euangelio uiuant. *Ego tamen nul
*2.The.3.a lo horum uſus fui.

Neque iſta ſcripſi ut ita fiat in me. Nam bonum eſt mihi,mori C
potius,quàm ut gloriationem meam aliquis inanem reddat. Ete-
nim ſi euangelizem,non eſt quod glorier:neceſſitas enim mihi in
cumbit. Væ autem mihi eſt,niſi euangelizem. Nam ſi uolens hoc
faciam,præmium habeo:ſin inuitus,diſpenſatio commiſſa eſt mi
hi. Quod igitur eſt mihi præmium? Vt quum euangelizem,gra-
tuitum efficiam Euangelium Chriſti,in hoc,ne abutar poteſtate
mea in Euangelio.

Act.22.e Etem̃ quũ*liber ſim ab om̃ibus,om̃ibus meipſum ſeruũ feci, q̃
* Act.16.a plures lucrifaciã.* Et factus ſum Iudęis quaſi Iudęus, ut Iudęos lu
18.b.21 crifaciam: ijs qui ſub lege ſunt, quaſi*ſim*ſub lege,ut eos qui ſub
Gala.2.a lege ſunt,lucrifaciam,*his qui ſine lege ſunt, tanquam ſim ſine le- D
ge,non exiſtens exlex Deo,ſed ſublex Chriſto, ut lucrifaciam ex-
2. Cor.10.d leges. Factus ſum infirmis quaſi infirmus,ut infirmos lucrifaciã.*
Omnibus factus ſum omnia, ut omninò aliquos ſeruem. Hoc au-
tem facio propter Euangelium, ut particeps illius fiam.

An neſcitis,quod qui in ſtadio currunt,omnes quidẽ currunt,

ſed unus accipit præmium? Sic currite, ut cõprehendatis. ᵇ Omnis autem qui certat, per omnia temperans eſt. Illi quidem igitur, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem * incorruptibilẽ. 2. Tim.4.b
Ego itaq; ſic curro, ut non in incertum: ſic pugilem ago, non uelut 1.Pet.5.a
aërem feriens: uerũ ſubijcio corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Ne quo modo * fiat *, ut quum alijs prædicárim, ipſe reprobus efficiar.

ᵃ *Hic Paulus, præterita quoq; figura, tranſcendit ad ueros boues: hoc eſt contionatores uerbi diuini. Hi enim arant & occant, inoccatumq; mundi agrum, puriſſimo ſemine conſerunt: quo quidem enato etiam metunt, triturant, molunt, pinſunt deniq; & panem famelicis frangunt.* ᵇ *Hic uiua metaphora utitur. Omnis agone contendens, in omnibus (ut uertit Budæus) abſtinens eſſe didicit. etc. Sibi enim temperat à cibis, à uoluptatibus cæteriſq; rebus in uniuerſum, quæ ſibi certaturo impedimento eſſe queant. Deinde Paulus ſeipſum pro exemplo citat, & eundũ locũ Budæus ad hunc modum transferri poſſe ait: Ego uerò ſic curro, quaſi non temerè. Sic pugillor, quaſi nõ inaniter aërem cædens, ſed diligenter obſeruo corpus meum & ſeruiliter exerceo, id eſt, ſed inſto corpori meo, & obnoxium mihi reddo, acerbè omnia officia exigendo.*

CAPVT DECIMVM.

A NOlim autẽ uos ignorare, fratres, * quòd patres noſtri oẽs Exodi. 13.d
ſub nube erant, * & omnes per mare tranſierunt: & om- * Exo.14.d
nes in Moſen baptizati ſunt, per nubem & per mare, * & * Exo.16.c
omnes eandem eſcam ſpiritualem comedebant, * & omnes eundẽ Exodi. 17.b Num.20.d.
potum ſpiritualem bibebant. Bibebant enim de ſpirituali, quæ illos comitabatur, * petra: petra uerò fuit Chriſtus. * Sed plures illorum non adprobauit Deus. Proſtrati enim ſunt in deſerto. * Matt.16.c * Num.14.e

Hæc autem figuræ noſtri, facta ſunt, ne nos ſimus concupiſcẽtes rerum malarum: quemadmodum & illi concupierunt. Neq; ſimulachrorum ſitis cultores, ſicuti quidam illorũ, quemadmodum ſcriptum eſt: * Sedit populus ut ederet ac biberet, & ſurrexerunt * ad ludendum. Neq; ſtupris inquinemur, * ſicut quidam illorũ ſtupris polluti ſunt: et conciderũt uno die uiginti tria milia. Neq; tentemus Chriſtum, * ſicut & quidam illorum tentauerunt: & à ſerpentibus extincti ſunt. Neq; murmuretis, ſicut & quidam illorum murmurauerunt: & interempti ſunt ab extinctore. Exo.32.b * Nu.25.a Pſal.105.d * Num.21.a

Hæc autem omnia, figuræ contigerunt illis. Scripta uerò ſunt, B
propter admonitionem noſtri, in quos termini ſeculorum incide-
rũt. Proinde, qui ſibi uidetur ſtare, uideat ne cadat. Tentatio uos
1.Cor.1.a. non cepit, niſi humana. Sed fidelis eſt Deus, * qui non ſinet uos
1.Theſſ.5.c tentari, ſupra id quod poteſtis. Imò, faciet unà cum tentatione euẽ-
*2.Pet.2.b tum, quo poſſitis ſufferre. Quapropter dilecti mei, fugite à ſimu-
lachrorum cultu.

Vt prudentibus loquor, iudicate uos, quod dico. [b] Poculum
benedictionis, cui benedicimus, nónne [c] communicatio ſangui-
nis Chriſti eſt? Panis quem frangimus, nónne communicatio cor-
poris Chriſti eſt? Quoniam unus panis, unũ corpus, multi ſumus.
Nam omnes ex eodem pane participamus. Videte Iſraëlem iux-
ta carnẽ. Nónne qui edunt uictimas, cõmunicatores altaris ſunt?

Quid ergo dico? * Quòd ſimulachrum aliquid ſit? Aut, quòd C
1.Cor.8.a ſimulachris immolatũ aliquid ſit? *Non*. Verũ* illud dico*, quòd
quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non Deo. Nolim
autem uos communicatores dæmoniorum fieri. Non poteſtis po-
culum Domini bibere, & poculum dæmoniorum. Non poteſtis
menſæ Dñi participes eſſe, & menſę dæmoniorum. An prouoca-
Eccl.37.d mus Dominum? Num fortiores illo ſumus? * Omnia mihi licẽt,
1.Cor.6.c at non omnia conducunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædi-
*1.Co.13.a ficant. *Nemo quod ſuũ eſt, quærat, ſed quiſqꝫ, quod alterius eſt.

Omne quod in macello uenditur, edite, nihil interrogãtes, pro-
Pſal.23.a pter conſcientiam.* Domini ſiquidẽ eſt terra, & plenitudo eius.
Quòd ſiquis uocat uos infidelium, & uultis ire, quicquid adponi-
tur uobis, edite, nihil interrogantes, propter conſcientiam. Quòd D
ſiquis uobis dixerit: Hoc ſimulachris immolatũ eſt, ne edatis pro-
pter illum, qui indicauit, & propter conſcientiam. Domini ſiqui-
1.Cor.8.b dem eſt terra, & plenitudo eius. Porrò, *conſcientiam dico, non
tuam, ſed illius alterius. Quur enim libertas mea iudicatur ab
1.Tim.4.a alia conſcientia? * Quòd ſi ego cum gratia participo, quur ob id
mihi maledicitur, pro quo ego gratias ago?
Collo.3.b * Siue igitur editis, ſiue bibitis, ſiue quid facitis, omnia in glori-
am Dei facite. Tales eſtote, ut nullum præbeatis offendiculũ, neqꝫ
1.Cor.9.d Iudæis, neqꝫ Græcis, neqꝫ eccleſiæ Dei. *Quemadmodũ & ego
per

per omnia omnibus placeo, non quærens meã ipſius utilitatem,
ſed multorum: ut ſalui fiant.

[a] Cultus ſimulachrorum, eſt luſus atq; fornicatio ſpiritualis: de qua etiam plurima apud Oſeam. [b] Poculum gratiarum actionis, quod cum gratiarũ actione ſumimus. [c] Lege comunicatio: aut communio: Græcis enim eſt κοινωνία.

CAPVT VNDECIMVM.

A IMitatores * mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Collaudo au- 1.Cor.4.c
tem uos, fratres, quòd omnia mea memoria tenetis: & quẽ-
admodum tradidi uobis, inſtituta tenetis. Sed uolo uos
ſcire, quòd omnis uiri caput, Chriſtus eſt: * caput autem muliẽ- Ephe.5.e
ris, uir: Caput uerò Chriſti, Deus. Omnis uir orans, aut prophe-
tans, +quicquã+ habẽs in capite, probro adficit caput ſuum. Omnis
C uerò mulier orans, aut prophetãs, non uelato capite, dehoneſtat
caput ſuum. Nam id perinde eſt prorſus, ac ſi raſa eſſet. Etenim
ſi non uelatur mulier, etiam tondeatur. * Quòd ſi fœdum eſt mu- Deut.22.e
liẽri, tonderi aut radi, ueletur. 1.Cor.14.e

Vir quidem non debet uelare caput, * quũ +is+ imago ſit & glo- *Ephe.4.c
ria Dei. At mulier gloria uiri eſt. Non enim eſt uir ex muliẽre,
ſed mulier ex uiro. * Etenim non eſt conditus uir propter muliẽrẽ, Gene.2.d
B ſed mulier propter uirum. Propter hoc debet mulier poteſtatem
habere in capite, propter * angelos: alioqui neq; uir abſq; muliẽre, Mala.2.b
neq; mulier abſq; uiro in Domino. Nam quemadmodum mulier
ex uiro +eſt+, ita & uir per muliẽrem: omnia uerò ex Deo.

Inter uos ipſos iudicate: +Num+ decorũ eſt, mulierem non uela
D tam Deum orare? An ne natura quidem ipſa hoc docet uos, quòd
uiro quidẽ, ſi comatus fuerit, probro ſit? contra, muliẽri, ſi como-
ta fuerit, gloriæ ſit? Eò quod coma pro uelamine data ſit. Cæte-
rum, ſi quis uidetur * contentioſus eſſe, nos huiuſmodi conſuetu- 1.Tim.6.c
dinem non habemus, neq; eccleſiæ Dei.

Illud tamen præcipiens, non laudo, quòd non in melius, ſed in
deterius conuenitis. Nam primùm quidem, quum conuenitis in
Eccleſia, audio diſſidia in uobis eſſe. Et aliqua ex parte credo.
C Oportet * enim & ſectas in uobis eſſe: quo qui probati ſunt, ma- Matt.18.a
nifeſti fiant inter uos. Igitur, quum conuenitis in eundem locum, 1.Ioan.2.c

non licet dominicam cœnam edere: quód unuſquiſq; propriam
cœnam occupat in edendo. Et hic quidem eſurit, ille uerò e-
brius eſt. Num ſanè domos non habetis, ad edendum & bi-
bendum? An Eccleſiam Dei contemnitis? [a] & pudefacitis eos,
qui non habent? Quid uobis dicam? Laudabo uos? In hoc
non laudo.

Matt.26.c Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi uobis,* quód
Marc.14.c Dominus Ieſus in ea nocte, qua traditus eſt, accepit panem: &
Luc.22.b poſtquã gratias egiſſet, fregit, ac dixit: Accipite, edite. Hoc
Eſa.53.4 meum eſt corpus,*quod pro uobis frãgitur: hoc facite in mei com
memorationem. Ad eundem modum & poculum, peracta cœna,
dicens: Hoc poculum, nouum Teſtamentum eſt, in meo ſan-
guine. Hoc facite, quotieſcunq; biberitis, in mei commemoratio-
nem. Quotieſcunq; enim comederitis panem hunc, & poculũ hoc
1.Pet.2.b biberitis, mortem Domini * annunciate, donec * uenerit.
*Act.1.b Itaq; quiſquis ederit panem hunc, aut biberit poculum Domini C
2.Cor.13.b indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini.*Probet autem
homo ſeipſum, & ſic de pane illo edat, & de poculo illo bibat.
[b] Nam qui edit, aut bibit indignè, iudicium ſibiipſi edit & bibit,
non diiudicans corpus Domini.

Propter hoc inter uos multi imbecilles, & inualidi: & dormi-
Eccl.18.c unt multi.* Etenim ſi noſipſos diiudicaſſemus, haud quaquàm
iudicati fuiſſemus. At quum iudicamur, à Domino corripimur:
1.Ioan.2.c ne cum * mundo condemnemur. Itaq; fratres mei, quum conue-
nitis ad comedendum, alius alium expectate. [c] Quód ſi quis
eſurit, domi edat: ne ad iudicium conueniatis. Cætera uerò,
quum uenero, diſponam.

[a] *Diuites luxuriabantur ſuo cibo & potu. Pauperes autem quum non haberent, quod ſibi adponerent, & eſuriebant & pudeſiebant.* [b] *Huc ſpectat figura ueteris Teſtamenti, quæ ab agno paſchali arcet omnes alienigenas & incircunciſos.* Exodi.12.
[c] *Quód ſi quis eſurit, & alium per maleſuadam famem expectare non poſſit domi comedat.*

CAPVT DVODECIMVM.

Porro

A Porrò de ſpiritualibus,fratres , nolo uos ignorare. Scitis,
quòd gẽtes fuiſtis,* &* ad ſimulachra muta utcunq; duce-
bamini ſequentes. Quapropter notum uobis facio* quòd Mar.9.d
nullus per ſpiritum Dei loquens,dicit anathema Ieſum : & nemo
poteſt dicere Dominum Ieſum,niſi per ſpiritum ſanctum.
*Diuiſiones autem donorum ſunt,ſed idem ſpiritus: & diuiſio Rhom.12.a
nes miniſteriorum ſunt,ſed idem Dominus: & diuiſiones opera-
tionum ſunt,*ſed idem eſt Deus , efficiens omnia in omnibus. V- Ioan.5.b
nicuique uerò datur manifeſtatio ſpiritus , ad id quod expedit.
Nam huic quidem per ſpiritum datur ſermo * ſapientiæ , alij ue- 2.Cor.2.d
rò ſermo ſcientiæ,ſecundum eundem ſpiritum,alij uerò fides per
eundem ſpiritum,alij uerò dona ſanationum per eundem ſpiritũ,
alij uerò efficaciæ potentiarum,alij uerò prophetia,alij uerò* di- Ioan.4.a
ſcretiones ſpirituum,alij uerò genera linguarum, alij uerò inter-
pretatio linguarum.Sed omnia hæc efficit unus ille & idem ſpiri
tus, diuidens* propria unicuique,ſicuti uult.
B *Quemadmodum enim corpus unum eſt , & membra habet Rhom.12.a
multa , omnia uerò membra corporis unius multa quum ſint,u- Ephe.4.b
num ſunt corpus:ſic & Chriſtus. Etenim per unum ſpiritum nos
omnes in unum corpus baptizati ſumus,ſiue Iudæi , ſiue Græci,
ſiue ſerui,ſiue liberi:et omnes in unum ſpiritũ*potati ſumus. Ete Eſa.55.a
nim corpus non eſt unum membrum,ſed multa. Si dicat pes , non Ioan.7.d
ſum manus,non ſum de corpore:num idcirco nõ eſt de corpore?
Et ſi dicat auris, non ſum oculus, non ſum de corpore:num ideo
non eſt de corpore? Si totum corpus,oculus,ubi auditus? Si totũ,
auditus,ubi olfactus?
Nunc aũt Deus poſuit mẽbra,unũquodque eorũ* ſingulatim*
C in corpore,quemadmodum uoluit . Quòd ſi eſſent omnia unum
membrum,ubi corpus? Nũc autem multa quidem membra, unũ
uerò corpus. At non poteſt oculus dicere manui , non eſt mihi o-
pus te:aut rurſum,caput pedibus , non eſt mihi opus uobis . Imò
multo potius,quæ uidentur membra corporis imbecilliora eſſe,
neceſſaria ſunt: & quæ putamus minus honeſta eſſe corporis, his
honorem uberiorem adponimus:et indecora noſtri,copioſiorem
decorem habent. Cæterùm quæ decora ſunt noſtri,non indigẽt.

Sed Deus ſimul temperauit corpus, ei, cui deerat, copioſiorem ad
dens honorem: ne ſit diſſidium in corpore, ſed inuicem alia pro a-
lijs eandem ſolicitudinem gerant, mēbra. Et ſiue patitur unum
membrum, ſimul patiuntur omnia membra: ſiue glorificatur u-
num mēbrum, ſimul gaudent omnia membra.

Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra ex parte. Et alios
Matt.10.a quidem poſuit Deus in Eccleſia, primùm* apoſtolos, deinde pro-
Luc.9.a phetas, tertiò* doctores, deinde poteſtates, deinde dona ſanatio-
Ephe.4.a num, ſubſidia, gubernationes, genera linguarum. Num omnes, a-
*Act.13.a poſtoli? Num omnes, prophetæ? Num omnes, doctores? Num
omnes, poteſtates? Num omnes dona habent ſanationum? Num
omnes linguis loquuntur? Num omnes[b] interpretantur? Sectemi
ni uerò dona potiora. Et adhuc, excellentem uiam uobis oſtēdo.

[a] *Quæ unicuiq; propriè ac peculiariter competunt.* [b] *Græcis eſt* διερμηνεύουσι *quod pluſculum quiddam ſignificat, quam interpretari.*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SI linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem au- A
tem non habeam, factus ſum æs reſonans, aut cymbalum
tinniēs.* Et ſi habeam prophetiam, & nouerim myſteria
Matt.7.b omnia, omnemq; ſcientiam, & ſi habeam omnem fidem, adeò, *ut
Luc.17.a montes loco dimoueam, charitatem autem nō habeam, nihil ſum.
Et ſi inſumam in alimoniam *pauperum* omnes facultates meas,
& ſi tradam corpus meum, ut comburar, charitatem autem non
habeam, nihil utilitatis capio.

Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas nō inuidet, charitas
nō eſt procax, nō inflatur, nō agit inhoneſtè, nō* quærit quæ ſua
Philip.2.b ſunt, non irritatur, nō cogitat malū, non gaudet de iniuſtitia, ſed
congaudet ueritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat,
omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidit, ſiue prophetiæ abole B
buntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia abolebitur.

Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Aſt u-
bi uenerit, quod perfectum eſt, tunc quod ex parte eſt, abolebi-
tur. Quum eſſem[a] puer, ut puer loquebar, ut puer ſentiebam, ut
puer cogitabā: at ubi factus ſum uir, aboleui puerilia. Cernimus
enim nunc per ſpeculū in ænigmate, tunc autem facie ad faciem:

nunc

nunc cognoſco ex parte, tunc uerò cognoſcam, quemadmodum & cognitus ſum. Nunc autem manet fides, ſpes, charitas, tria hæc, ſed maxima in his, charitas.

• *Intellige per pueritiam Pauli, tempus quo ſub umbris & figuris ueteris Teſtamenti egerat, dumq; externa tantum atq; puerilia ſaperet, hoc eſt, umbratica: expers adhuc ſpiritus & doctrinæ Chriſti, quæ in adulta ætate inq; finibus ſeculorum reuelari cœpit.*

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

A SEctemini charitatem, æmulemini ſpiritualia, magis tamen ut prophetetis. Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo: nullus em̄ audit, ſpiritu uerò loquitur myſteria. Cæterùm qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & conſolationem. Qui loquitur lingua, ſeipſum ædificat: at qui prophetat, congregationem ædificat. Volo autem omnes uos loqui linguis, magis tamen ut prophetetis. Maior enim qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: niſi interpretetur, ut Eccleſia ædificationē accipiat. Nūc autem, fratres, ſi ueniam ad uos linguis loquens, quid uobis prodero? Niſi uobis loquar, aut per reuelationē, aut per ſcientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam?

Quin & inanima, uocē reddētia, ſiue tibia, ſiue cithara, niſi diB ſtinctionem ſonis dederint, quomodo cognoſcetur, quod tibia canitur aut cithara? Etenim ſi incertam uocē tuba dederit, quis adparabitur ad bellum? Sic & uos, per linguam niſi ſignificantē ſermonem dederitis, quomodo intelligetur, quod dicitur? Eritis enim in aërem loquentes.

Tam multa, uerbi cauſſa, genera uocum ſunt in mundo, & nihil horum mutum. Itaq; ſi neſciero uim uocis, ero ei qui loquitur, barbarus: & qui loquitur, apud me barbarus. Itaq; & uos, quandoquidem ſectatores eſtis ſpirituum, ad ædificationem Eccleſiæ quærite, ut excellatis.

Quapropter, qui loquitur lingua, oret, ut interpretetur. Nam ſi orem lingua, • ſpiritus meus orat, at mens mea fruC ctu uacat. Quid igitur eſt? Orabo ſpiritu, ſed orabo & mente. Canam ſpiritu, ſed canam & mente. Alioqui ſi ᵇbenedixeris ſpiritu, is qui implet locū indocti, quomodo dicturus

eſt:

eſt: Amen, ad tuam gratiarum actionem? Quandoquidem quid dicas, neſcit. Nam tu quidem benè gratias agis, uerùm alius non ædificatur. Gratias ago Deo meo, quòd magis, quàm omnes uos linguis loquor. Sed in Eccleſia uolo quinq; uerba mente mea loqui, ut & alios inſtituam, potius quàm decem milia uerborum lingua.

Ephe.4.a *Fratres, ne ſitis puelli ſenſibus, ſed malitia infantes ſitis: ſenſi-
Eſa.28.b bus uerò perfecti ſitis. In lege ſcriptũ eſt: * Varijs linguis, & labijs
uarijs loquar populo huic, & ne ſic quidem audient me, dicit Do
Act.2.a minus. * Itaq; linguæ, ſigni uice ſunt, non his qui credunt, ſed in-
credulis: contra, prophetia, non incredulis, ſed credentibus.

Ergo ſi conuenerit Eccleſia tota ſimul, et omnes linguis loquã
tur: ingrediantur autem indocti aut increduli, nonne dicent, uos
inſanire? Si uerò omnes prophetent, ingrediatur autem aliquis D
incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab
omnibus: & ſic occulta cordis eius manifeſta fiunt, atq; ita proci-
dens in faciem, adorabit Deum, renuncians, quod Deus reuera
in uobis ſit.

Quid igitur eſt, fratres? Quoties conuenitis, unuſquiſque ueſtrûm canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. Siue lingua quis loquitur, *fiat* per binos, aut ad ſummum ternos, idq; uiciſſim, & unus interpretetur. Quòd ſi nõ ſit interpres, taceat in Eccleſia, cæterùm ſibi ipſi loquatur & Deo.

Prophetæ uerò duo aut tres loquantur, *& cæteri dijudicent.
1.Ioan.4.d Porrò ſi alij fuerit reuelatum aſſidenti, prior taceat. Poteſtis eñ
ſingulatim omnes prophetare, ut omnes diſcant, & omnes conſo E
lationem accipiant: & ſpiritus prophetarum prophetis ſubijciun
Rhom.15 d. tur. Non enim eſt ſeditionis Deus, *ſed pacis, ut in omnibus con
gregationibus ſanctorum.

*Mulieres ueſtræ in Eccleſijs ſileant: nec enim permiſſum eſt
* Luc.2.f illis, ut loquantur, ſed ut ſubditæ ſint: * quemadmodum & lex
1 Cor.11.a. dicit. Quòd ſiquid diſcere uolunt, domi ſuos uiros interrogent.
1.Tim.2.b Nam turpe eſt mulieribus, in cœtu loqui. An à uobis ſermo Dei
*Gene.3.c profectus eſt? An in uos ſolos incidit? Siquis uidetur propheta

eſſe,

eſſe, aut ſpiritualis, agnoſcat, quæ ſcribo uobis, quod Dñi ſint præcepta, cæterum ſi quis ignorat, ignoret. Proinde fratres, ad id enitamini, ut prophetetis, & loqui linguis, ne uetueritis. Omnia decenter, & *ſecundum ordinem fiant. Colloſſ.2.a

[a] *Spiritus pro flatu oris. Spiritus meus orat, id eſt, deprecatoria uerba ſpiro.*

[b] *Si gratias egeris. Hoc enim eſt benedicere.*

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

A NOtum* autem uobis facio, fratres, Euangelium, quod euãgelizaui uobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſalutem conſequimini, quo ſermone euangelizârim uobis, ſi tenetis. Niſi temere crediditis. Gala.1.b

Tradidi enim uobis in primis, quod & acceperam: quod Chriſtus mortuus fuerit pro peccatis noſtris, ſecũdum ſcripturas:* & Eſa.53
quod ſepultus ſit, & quod reſurrexerit tertio die, ſecundum ſcri- Dani.9
D pturas: & quod uiſus ſit Cephæ, deinde duodecim illis, poſtea ui- Ioan.2
ſus eſt plus quam quingẽtis fratribus ſimul, ex quibus plures ma- Matth.28.b
nent ad hunc uſq; diem, quidam autem & obdormierunt. Dein- Mar.16.b
de uiſus eſt Iacobo, poſt apoſtolis omnibus.

Poſtremo uero omnium, uelut abortiuo uiſus eſt & mihi.* Ego enim ſum minimus apoſtolorum, qui nõ ſum idoneus, ut uo- Ephe.3.b
cer apoſtolus:* propterea quod perſequutus ſum Eccleſiam Dei. *Act.8.a
B Sed gratia Dei ſum,* id* quod ſum. Et gratia eius, quæ* profecta 9.a
eſt* in me, nõ fuit inanis, ſed copioſius quam illi omnes, laboraui: non ego tamen, ſed gratia Dei, quæ mihi adeſt. Siue igitur ego, ſiue illi, ſic prædicamus, & ſic crediditis.

Quod ſi Chriſtus prædicatur à mortuis reſurrexiſſe, quomodo dicunt quidam inter uos, nõ eſſe reſurrectionem mortuorũ? Porro ſi reſurrectio mortuorum non eſt, ne Chriſtus quidem reſurrexit. Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis uidelicet *eſt* prædicatio noſtra: inanis autẽ eſt & fides ueſtra. Reperimur aũt & falſi teſtes Dei, quoniã teſtificati ſumus[a] de Deo, quod excitauerit Chriſtum: quem non excitauit, ſi uidelicet mortui nõ reſurgunt. Etenim ſi mortui non reſurgunt, ne Chriſtus quidem reſurrexit. Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, ſuperuacanea eſt fides ueſtra: adhuc eſtis in peccatis ueſtris. Igitur & qui obdormierunt in

Chriſto, perierunt. Si in uita hac ſpem in Chriſto tantum fixam
habemus, maximè miſerabiles omnium hominum ſumus.
Colloſſ.1.b Nunc aũt Chriſtus ſurrexit ex mortuis,*primitiæ eorum,qui C
dormierant,fuit. Poſtquam enim per hominem mors,etiã per ho
minem reſurrectio mortuorum. Quemadmodum enim per Adã
omnes moriuntur, ita & per Chriſtum omnes uiuificabũtur. V-
nuſquiſque autem in proprio ordine. Primitiæ Chriſtus, deinde
hi qui ſunt Chriſti,in aduentu ipſius. Deinde finis ille, quum tra
diderit regnum Deo,& patri, quum aboleuerit omnem princi-
Pſal. 109.a patum,& omnem poteſtatem, ac uirtutem. * Nam oportet eum
Heb.2.b. regnare, donec poſuerit omnes inimicos ſub pedes ſuos.
Nouiſſimus hoſtis aboletur mors. Nam omnia ſubiecit ſub pe
des illius. Atqui quum dicat,quòd omnia ſubiecta ſint,palàm eſt,
excipiendum eum,qui ſubiecit illi omnia. Quum autem ſubiecta
fuerint illi omnia,tunc & ipſe filius ſubijcietur ei,qui illi ſubiecit
omnia:ut ſit Deus omnia in omnibus.
Alioqui quid facient hi,qui baptizantur pro mortuis, ſi omni D
nò mortui non reſurgunt? Quur & baptizantur pro illis? Quid
& nos periclitamur omni tempore? Indies morior, per noſtram
gloriationem,quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Si ſe
1. Cor.16.b cundum hominem cum*beſtijs depugnaui Epheſi, quæ mihi uti
Eſa.22.b litas,ſi mortui non reſurgũt? Edamus & bibamus, cras enim mo
Sap.2.a riemur. Ne decipiamini.*Mores bonos colloquia corrumpunt
Menander. mala. Expergiſcimini iuſtè, & ne peccetis. Nam ignorationem
Dei nonnulli habent. Ad pudorem uobis loquor.
At dicet aliquis:quomõ reſurgunt mortui? Quali autẽ corpo-
Ioan.12.c re uenient? Stulte, * tu quod ſeminas, nõ uiuificatur, niſi mortuũ
fuerit. Et*hoc*quod ſeminas,nõ corpus,quod naſcetur,ſeminas,
ſed nudũ granũ. Exẽpli cauſſa,tritici aut alicuius ex cæteris. Sed
Deus illi dat corpus,ut uoluit: & unicuiq; ſeminũ ſuum corpus.
Non omnis caro,eadem caro. Sed alia quidem,caro hominum
alia uerò,caro pecorum, alia uerò,piſcium,alia uerò, uolucrum.
Et ſunt corpora cœleſtia,& ſunt corpora terreſtria. Verùm alia E
quidem cœleſtium gloria,alia uerò terreſtriũ: * alia gloria ſolis,
Matt.13.c & alia gloria lunę,& alia gloria ſtellarum. Stella ſiquidem à ſtel-
la

la differt in gloria, ſic & reſurrectio mortuorũ. Seminatur in cor
ruptione, reſurgit in incorruptibilitate: ſeminatur in ignomi-
nia, reſurgit in gloria: ſeminatur in infirmitate, reſurgit in potẽ-
tia. Seminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale.

Eſt[b] corpus animale, & eſt corpus ſpirituale. Quemadmodum
& ſcriptum eſt: * Factus eſt primus homo Adam in animam uiuẽ
tem, extremus Adam in ſpiritum uiuificantem. At non primum, Gene. 2. b
quod ſpirituale, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. Pri-
mus homo de terra, terrenus: ſecundus homo ipſe Dñs de cœlo.
Qualis terrenus ille, tales & hi, qui terreni * ſunt: * & qualis ille
cœleſtis, tales et hi, qui cœleſtes ſunt. Et quemadmodũ geſtaui-
mus imaginẽ terreni, geſtabimus & imaginẽ cœleſtis.

Hoc autem dico, fratres, quod * caro & ſanguis regni Dei hæ-
F reditatem conſequi nõ poſſunt. Neq; corruptio incorruptibilita Ioan. 1
tis hereditatẽ accipit. Ecce, myſteriũ uobis dico: * Nõ oẽs quidẽ
dormiemus, * oẽs tñ immutabimur, in puncto * tẽporis *, in momẽ Theſſ. 4. c.
to oculi, per extremã tubã. [c] Clãget eñ, & mortui reſurgẽt incor * Philip. 3. 1
ruptibiles, et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc,
induere ĩcorruptibilitatẽ: & mortale hoc, induere immortalitatẽ.

Quum autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem:
& mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo, qui ſcri
ptus eſt: * Abſorpta eſt mors in uictoriam. * Vbi tuus, mors, acu-
leus? Vbi tua, inferne, uictoria? Aculeus autẽ mortis, peccatum:
potentia uero peccati, lex. Sed Deo gratia, * qui dedit nobis uicto Eſa. 25. b
riam, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Itaq; fratres mei * Heb. 2. b
dilecti, ſtabiles ſitis, immobiles, abundãtes in opere Domini ſem- * 1. Ioan. 5. a
per: quum ſciatis, quod labor ueſter non eſt inanis in Domino.

[a]. *Fortaſſis & hic legi poteſt, aduerſus Deum* κατὰ τοῦ θεοῦ. *Vt uertit uetus interpres.*
[b]. *Primo hic locus de corpore animali & corpore ſpirituali, ſumma diligentia ſummaq; attentione expendatur, deinde phraſes Hebrææ in animam uiuentem & ſpiritum uiuificantem.* [c]. *Ad uerbum ſonat: Tubabit enim* σαλπίσει γάρ.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

CAeterum, * de collatione in ſanctos, quemadmodum or- 9. a.
dinaui Eccleſiis Galatiæ, ita & uos facite. In una Sabba- Rhom. 15. d
torum unuſquiſq; * ueſtrum apud ſe ponat, recondens quic .2 Cor. 8. a.

quid[a] commodũ fuerit: ne, quũ uenero, tunc collationes fiant. Vbi uenero autem, quoſcunque probaueritis per epiſtolas, hos enim mittam ut * perfecerant[b] gratiam ueſtram Hieroſolymam. Quod ſi fuerit operæpretium, ut & ipſe proficiſcar, mecum proficiſcentur *. Veniã aũt ad uos, quũ Macedoniã pertrãſiero. Macedoniã enim pertranſiturus ſum. Apud uos autem forte permanebo, aut

Act.19.c etiam hybernabo: ut uos me deducatis quocunque proficiſcar.

2.Cor.1.c Nolo enim uos nunc in tranſcurſu uidere, ſed ſpero tempus aliquantũ manſurum me apud uos, ſi Dominus permiſerit, *cõmorabor autem Epheſi, uſq; ad diem quinquageſimum. Nam oſtium mihi apertũ eſt magnũ, & efficax: * & aduerſarij multi. *Quod ſi B

Act.20.b uenerit Timotheus, uidete, ut abſq; metu ſit apud uos. Opus eñ Dñi operatur, queadmodũ & ego. Ne qs igitur eũ ſpernat, dedu

1.Cor.15. cite aũt eũ in pace, ut ueniat ad me. Expecto eñ illũ cũ fratribus.

*Act.19.cd Porro, de Apollo fratre multũ hortatus ſum illum, ut iret ad uos cũ fratribus. Et omnino nõ erat uolũtas nunc eundi, uenturus eſt autem, quum oportunitatẽ erit nactus. Vigilate, ſtate in fide, uiriliter agite, eſtote fortes, omnia uobis cum charitate fiãt.

Obſecro aũt uos, fratres, noſtis familiã * Stephanæ, eſſe primitias Achaiæ, & quod in miniſterium ſanctis ordinârunt ſeipſos, ut & uos ſubditi ſitis talibus, & omni adiuuãti, & laboranti. Gau

1.Cor.1.b deo uero de aduẽtu * Stephanę, & Fortunati, & Achaici: quoniã id quod mihi deerat ueſtri, hi ſuppleuerunt. Refocillauerunt eñ C ſpiritum meum, ac ueſtrum. Agnoſcite itaq; huiuſmodi.

Salutant uos Eccleſiæ Aſię. Salutant uos in Dño multũ Aquila & Priſcilla, cũ ea quæ in domo ipſorum eſt, Eccleſia. Salutant uos fratres oẽs. Salutate inuicem oſculo ſancto. Salutatio mea manu Pauli. Siquis nõ diligit Dñm Ieſum Chriſtum, ſit anathema,[c] Maran atha. Gratia Dñi Ieſu Chriſti * ſit * uobiſcũ. Dilectio mea cũ omnibus uobis in Chriſto Ieſu. Amen.

[a]. *Pro ſua quiſq; facultate, & proſperitate.* [b] *Gratuitum ueſtrum beneficium, aut ueſtram munificentiam.* [c]. *Dominus noſter uenit* מרן אתא. *Niſi forte uitioſe ſcriptũ ſit pro Maharamatha, quod internecionem ſignificat. Deductum à* חרם, *quo Malachias ſuam prophetiam abſoluit.*

Ad Corinthios prior miſſa fuit è Philippis, per Sephanũ, & Fortunatum, & Achaicũ, & Timotheum.

CORINTHIOS, SECVNDAE.

CAPVT PRIMVM.

A PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti, per uoluntatem Dei, ac
Timotheus frater, eccleſiæ Dei, quæ eſt Corin-
thi, una cum ſanctis omnibus, qui ſunt in tota Acha-
ia, * Gratia uobis & pax, a Deo patre noſtro, & Do- Gala.1.a
mino Ieſu Chriſto. Ephe.1.a

Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt 1.Pet.1.a
pater miſericordiarum, & Deus omnis conſolationis, conſolans
nos in omni adflictione noſtra, in hoc, ut poſſimus conſolari eos,
qui ſunt in quauis adflictione, per conſolationem, qua noſipſos
conſolatur * Deus. Quoniam ſicut abundant adflictiones Chri Col.1.c
ſti in nobis, ita per Chriſtum abundat & conſolatio noſtra. Siue
autem adfligimur, pro ueſtri conſolatione ac ſalute, quæ opera-
tur in tolerantia earundem adflictionum, quas & nos patimur:
ſiue conſolationem accipimus, pro ueſtri conſolatione ac ſalute.
Spes etiam noſtra firma eſt pro uobis, quum ſciamus, quod quem-
admodū participes eſtis adflictionū, ſic futuri ſitis & cōſolationis

Non enī uolumus uos ignorare, fratres, de adflictione noſtra,
B * quæ nobis accidit in Aſia: quoniam ſupra modum grauati fui-
mus ſupra uires, adeo, ut deſperauerimus etiam de uita. Quin ipſi Act.19.c.
in nobiſipſis, ſententiam mortis acceperamus, ne con fideremus
in nobis ipſis, ſed in Deo, qui * ad uitā * ſuſcitat mortuos: qui ex tā-
ta morte eripuit nos, & eripit, in quo ſpem fixam habemus, quod
etiam poſthac erepturus ſit, * ſimul adiuuantibus & uobis, per de Phil.1.b
precationem pro nobis, * ut ex multis perſonis, pro dono in nos * 2.cor.4.c
collato, per multos gratiæ agantur pro nobis.

Nam gloriatio noſtra, hæc eſt, teſtimoniū conſcientiæ noſtræ,
quod cum ſimplicitate, & ſynceritate Dei, non ſapientia carnali,
ſed per gratiam Dei conuerſati fuerimus in mundo, abundantius
autē erga uos. Non enim alia ſcribimus uobis, quàm quæ legitis,
aut etiam agnoſcitis. Spero autem, quod uſq; ad finē quoq; agno-
ſcetis, quemadmodum & agnouiſtis nos ex parte. Quoniā gloria

Philip.2.b uestra ſumus, quemadmodum & uos, noſtra,* in die Domini Ieſu.
1.Theſſ.2.c * Et hac fiducia uolebam ad uos uenire prius, ut [a] geminum be-
*1.cor.16.d neficium habeatis: & per uos pertranſire in Macedoniam, & rur-
ſum à Macedonia uenire ad uos: ac à uobis deduci in Iudæam. C

Hoc igitur quum in animo uerſarem, nuncubi leuitate ſum u-
ſus? Aut, *nũ* quæ cogito, ſecũdum carnem cogito? * Vt ſit apud
Matth.5.d me, quod eſt, etiam, etiam: & quod eſt, non, non. Imò fidelis Deus,
Iaco.5.c quòd ſermo noſter erga uos, non fuit etiam, & non. Nam Dei fi-
lius, Ieſus Chriſtus, qui inter uos per nos prædicatus eſt, per me
& Syluanum, ac Timotheum, non fuit etiam & non: ſed etiam
per ipſum fuit. [b] Quotquot enĩ *ſunt* ꝓmiſſiones Dei, per ipſum
ſunt, etiam: & per ipſum *ſunt*, amẽ, Deo ad gloriam per nos.
Rhoma.8.b Porrò, *qui confirmat nos unà uobiſcũ in Chriſtum, & qui unxit
* Ephe.4.c nos, Deus *eſt*: qui etiã *obſignauit nos, deditq́ʒ arram ſpiritus in
Rhom.4. cordibus noſtris. Ego uerò teſtẽ Deũ inuoco ĩ animã meã, quòd
*1.Pet.5.a parcẽs uobis, nõdũ ueneri Corinthũ, *nõ quòd dominemur uobis
nomine fidei, ſed adiutores ſumus gaudij ueſtri. Nam fide ſtatis.

[a] *Duplici gaudio perfundamini, ſi Græcanicis ſcholijs credimus, quæ admonent χάριν poſitum pro χαρὰν. Nam apud Latinos quoq; gratiam (ut teſtatur Eraſmus) habere dicuntur, quæ delectãt.* [b] *Quæcunq; Deus pollicetur, per ipſum ita reuera ſunt, & per ipſum certa ſunt, ac rata.*

CAPVT SECVNDVM.

SEd decreui apud memetipſum hoc, non iterum cũm dolo- A
re ad uos uenire. Nam ſi ego mœrore uos adficiã, & quis
eſt, qui exhilaret me, niſi is qui mœrore adficitur ex me?
Et ſcripſi uobis hoc ipſum, ne ſi ueniſſem ad uos, dolorem caperẽ
ex his, ex quibus oportebat me capere uoluptatẽ: fiduciam hanc
habens erga uos omnes, quòd meum gaudium, omnium ueſtrũm
ſit. Nam ex multa adflictiõe, & anxietate cordis ſcripſi uobis per
multas lachrymas: non ut mœrore adficeremini, ſed ut cognoſce-
retis charitatem, quam habeo abundantius erga uos.

Quod ſi quis dolore adfecit, nõ me dolore adfecit, ſed ex parte, B
1.Cor.5 ne adgrauem omnes uos. Sufficit iſtiuſmodi **homini* increpatio
hæc, quæ facta eſt à pluribus, adeo, ut è diuerſo magis cõdonare
debeatis & conſolari: ne quomodo fiat, ut immodico dolore
abſor-

abſorbeatur huiuſmodi. Quapropter obſecro uos, efficite, ut ua-
leat in illum charitas. Nam & in hoc ſcripſeram, ut cognoſcerem
probationem ueſtri, an ad omnia obedientes ſitis. Cui uerò condo
C natis aliquid, & ego *condono*. Nã & ego ſi quid condonaui, cui
condonaui, propter uos *cõdonaui* in conſpectu Chriſti, ut non
• fraudulenter poſſideamur à Satana. Non enim illius cogitati-
ones ignoramus.

C Cæterum quum ueniſſem* Troadem, in Euangelium Chriſti, Act.16.b
& oſtium mihi eſſet apertum per Dominum, non habui relaxati-
onem ſpiritu meo, eò quòd non inueniſſem Titum fratrem meũ:
ſed dimiſſis illis, abij in Macedoniam. Deo autem gratia, qui ſem-
per triumphat per nos in Chriſto, * & odorem notitiæ ſuæ mani Coll.1.c
feſtat per nos, in omni loco. Quoniam Chriſti bona fragrantia ſu-
mus Deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt: * his quidẽ Luc.2.e
odor mortis ad mortem, illis uerò odor uitæ ad uitam. Et ad hæc
quis idoneus? Non enim ſumus, ut pleriq; cauponantes uerbum
Dei, ſed uelut ex ſynceritate, ſed uelut ex Deo, in conſpectu Dei,
per Chriſtum, loquimur.

• *Hic Ambroſium ſecutus ſum, niſi quòd fraudulenter à me adiectum ſit. Eſt enim Græcis* πλεονεκτεῖν *habere aut cupere pluſquàm ad ſe attineat. Vnde* πλεονεξία *cupiditas plus habendi. Et quia cupidi atq; auari fraudulenti, & interdum uiolenti eſſe ſolent, ideo* πλεονεκτεῖν *pro fraudare, & extorquere ponitur. Vt ſcribit Budæus.*

CAPVT TERTIVM.

A INcipimus rurſus noſipſos commendare. Num egemus,
ut nonnulli, commendatitijs epiſtolis apud uos? aut à uo-
bis commendatitijs? Epiſtola noſtra uos eſtis, inſcripta
in cordibus noſtris, quæ intelligitur & legitur ab omnibus homi-
nibus, dũ declaratis, quod eſtis epiſtola Chriſti, ſubminiſtrata, à
nobis inſcripta, non atramento, ſed ſpiritu Dei uiuentis: * non in Exod.24.c
tabulis lapideis, * ſed in tabulis cordis carneis. Fiduciam autem hu *Hier.31.e
iuſmodi habemus per Chriſtum erga Deum: non quod idonei ſi-
mus ex nobiſipſis cogitare quicq̃, tanq̃ ex nobiſipſis, * ſed idonei Phili.2.b
tas noſtra ex Deo *eſt*, qui & idoneos fecit nos * miniſtros noui *1.cor.4.a
Teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritus. Nam litera occidit, ſpiritus 2. Cor.6.a
autem uiuificat.

Quod

*Deut.9.c. 10.a Quod ſi adminiſtratio mortis in literis, * deformata in ſaxis, B
Exo 34.d fuit in gloria, adeo, ut non poſſent oculos intendere filij Iſraël in
faciem Moſi, propter gloriam uultus eius, quæ aboletur: quur nõ
Act.10 potius adminiſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi adminiſtratio
condemnationis gloria, multò magis excellit adminiſtratio iuſti-
tię in gloria. Quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quod
glorificatũ eſt in hac parte, propter eminẽtem gloriã. Si enĩ quod
aboletur, [a] per gloriã *fuit*, multo magis *id*, quod manet, *eſt*
in gloria.

Itaq; quum habeamus huiuſmodi ſpem, [b] multa libertate uti-
Exo.34.d mur: & non, quemadmodum Moſes * ponebat uelamen in faciẽ
Rhom.10.a ſuã, ne intenderent filij Iſraël * in finem eius, quod abolebatur.
*Eſa.6. *Matt.13.b Sed* obcæcatæ ſunt cogitationes illorum. Nam* uſq; ad diem ho C
diernum idem uelamen in lectione ueteris Teſtamenti manet: nec
tollitur uelum, quod per Chriſtum aboletur. Sed ad hunc uſq; di-
em, quum legitur Moſes, uelamen cordibus illorum impoſitum
Rhom.11.e. eſt.* Quum autem* aliquis* conuerſus fuerit ad Dominum, tolle-
Ioan.4.c tur uelamen. Dominus autẽ ſpiritus eſt. Porro, ubi ſpiritus Do-
mini, ibi libertas. Nos autem omnes retecta facie, gloriam Domi-
ni [c] inſpeculantes, ad eandem imaginem transformamur, à gloria
in gloriam, tanq̃ à Domini ſpiritu.

[a] *Per gloriam, pro, in gloria, poſitum adparet.* [b] *Eloquimur palàm & apertè: nõ autem obuelamus ueritatem ſuis figuris, & umbris.* [c] *Tanq̃ in ſpeculo uidentes.*

CATVT QVARTVM.

PRopterea, quum miniſterium hoc habeamus, prout miſeri
cordiam conſequuti ſumus, haud degeneramus: ſed reieci
mus occultamenta dedecoris, non uerſantes per aſtutiam,
neq; dolo tractantes uerbum Dei, ſed manifeſtatione ueritatis, cõ
mendantes noſipſos apud omnem conſcientiam hominum, in con
ſpectu Dei.

Quod ſi adhuc uelatum eſt Euangelium noſtrum, in his, qui pe
Eſa.6. reunt, uelatum eſt. In quibus Deus huius ſeculi * excæcauit ſenſus
Ioan.12.e. incredulorum [a]: ne illuceſceret illis lumen Euangelij gloriæ Chri-
Coll.1.b ſti, qui eſt imago Dei. Non enĩ noſipſos prædicamus, ſed Chri-
Phlii.2.a ſtum Ieſum Dominum: noſipſos autem ſeruos ueſtros, propter Ie-
Heb.1.a ſum.

B ſum[b]. Quoniam Deus eſt,* qui iuſſit è tenebris lucem illuceſcere, Gene.1.a
qui luxit in cordibus noſtris, ad illuminationem cognitionis glo- *2.Pet.1.d
riæ Dei, in facie Ieſu Chriſti.

[c] Habemus autem theſaurum hunc in* teſtaceis uaſculis,ut uir 2.Cor.5.a
tutis eminentia ſit Dei,& non ex nobis. Dum in omnibus premi-
mur,at non anxij reddimur: laboramus, at non deſtituimur: per
ſequutionem patimur,at non*in ea*deſerimur:deijcimur, at non
perimus,* ſemper mortificationem Dñi Ieſu in corpore circũferẽ- Gala.6.b
tes,ut & uita Ieſu in corpore noſtro manifeſtetur.

*Semper enim nos,qui uiuimus, in mortem tradimur propter Matth.5.a
Ieſum,ut & uita Ieſu manifeſtetur in mortali carne noſtra. Itaq; Rhom 8.c
mors quidem in nobis agit,uita uerò in uobis. Cæterùm, quum
C habeamus eundem ſpiritum fidei,iuxta illud, quod ſcriptum eſt:
*Credidi,& ideo loquutus ſum,& nos credimus, quapropter & Pſal.115.a
loquimur,ſcientes,quòd qui ſuſcitauit Dominũ Ieſum,nos quoq;
per Ieſum ſuſcitabit,& conſtituet uobiſcum.Nam omnia propter
uos,* ut beneficium, quod exundauit, pluribus gratias agenti- 2.Cor.1.b
bus,exuberet in gloriam Dei.

Propterea non defatigamur, ſed quãuis externus noſter homo
corrumpitur,internus tamen renouatur in dies ſingulos. * Nam Pſal.24.a
momentanea leuitas adflictionis noſtræ,mirè ſupra modum æter- Rhom.8.c
num pondus gloriæ parit nobis,dum non ſpectamus ea, quæ ui-
dentur,ſed ea quæ non uidentur. Nam quæ uidentur, tempora-
ria*ſunt*:at quæ non uidentur,æterna.

[a] *Per hos incredulos,filios contumaces,atq; inobedientes Dei,intellige:qui pellecti rebus ſeculi mundi huius,ambulant non quidem ſecundum Deum, ſed iuxta principem tenebrarum,in concupiſcentijs carnis ſuæ.* [b] *Quoniam Deus eſt,qui iuſſit è tenebris lucẽ illuceſcere, alludit ad figuram, de qua Gene.primo. Ibi enim quum eſſent tenebræ in ſuperficie abyſſi, Deus iuſſiſſe legitur,ut fieret lux,utq; in tam tenebroſo mũdo.ipſa coruſcaret.*
[c] *Habemus autem Theſaurum hunc in teſtaceis uaſculis,unde qui hoc animaduerterit perpenderitue quàm ſint diſſimilis naturæ,& quantum theſaurus præponderet ſuo uaſculo,in quo eſt,nihil fragili luteæq; naturæ noſtræ adſcripturus eſt,ſed id omne acceptum feret potentiæ diuinæ,qua quidem dum in omnibus premimur,non anxij reddimur,non concidit neq; coartatur animus noſter. Theophylactus uerò hunc locum ita reddidit. Et ſi (inquit) uaſa ſimus fictilia, & undiq; magnis premamur anguſtijs, non tamen uel frangimur, uel qui in nobis reconditus eſt theſaurus cõprimitur,aut aboletur.*

CAPVT QVINTVM.

1.Tim.4.a SCimus * enim , quòd ſi * terrenum noſtrum domicilium
* 2.cor.4.b huius tabernaculi deſtructum fuerit , ædificationem ex A
*Rhom.8.b Deo habemus , domicilium non manufactum , æternũ in
*Apo.16.a. cœlis. *Nã & in hoc gemimus ,domicilio noſtro,quód è cœlo eſt,
ſuperindui deſiderantes:* ſi tamen induti , non nudi reperiemur.
Etenim qui ſumus in hoc tabernaculo,gemimus onerati,poſteaq́;
Rhom.8.b non uolumus exui,ſed ſuperindui,ut abſorbeatur quod mortale
2.Cor.1.b. eſt,à uita. Porrò , qui parauit nos in hoc ipſum , Deus* eſt*:*qui
idem dedit nobis arrabonem ſpiritus.

Itaq́; bono animo ſumus ſemper , & ſcimus, quòd quum domi
ſumus in corpore, peregrinamur à Domino . Per fidem enim
ambulamus,non per ſpeciem. Confidimus autem , & probamus
magis peregrè abeſſe à corpore,& præſentes adeſſe apud Domi-
num.Quapropter & cõtendimus,ſiue domi præſentes , ſiue foris B
Matt.25.c. peregrè agentes,ut illi placeamus. * Omnes enim nos manifeſtari
Rhom.14.b oportet coràm tribunali Chriſti,ut reportet unuſquiſq; ea , quæ
fiunt per corpus,iuxta* id * quod fecit,ſiue bonum,ſiue malum.

Scientes igitur terrorem illum Domini,ſuademus hominibus,
Deo uerò manifeſti ſumus . Spero autem* nos * & in conſcien-
tijs ueſtris manifeſtos eſſe. Non enim iterum noſipſos commen
damus uobis,ſed occaſionem damus uobis gloriandi de nobis, ut
aliquid habeatis aduerſus eos,qui in facie gloriantur,& non in
corde.Siue enim extra nos rapti ſumus,Deo:ſiue ſobrij ſumus,uo
bis.Charitas enim Chriſti conſtringit nos,iudicantes illud , quòd
ſi unus pro omnibus mortuus fuit,ergo omnes mortui fuerunt.
1.Theſſ.5.b. *Et pro omnibus mortuus eſt,ut qui uiuunt,poſt hâc non ſibi ui-
uant,ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.

* Itaq́; nos poſt hac neminẽ nouimus ſecundũ carnẽ.Porro etiã C
ſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem,nunc tamen non am-
plius nouimus. Proinde ſi quis* eſt* in Chriſto, noua creatura*
Apo.21.c eſt* Vetera præterierũt,*ecce,noua facta ſunt omnia.Omnia aũt
ex Deo,qui reconciliauit nos ſibi per Ieſum Chriſtum,deditq́; no
Coll.2.b bis miniſterium reconciliationis, quandoquidem Deus erat in
Rhom.3.c. Chriſto , mundum reconcilians ſibi , non imputans eis peccata
Coll.1.b ipſorum : & poſuit in nobis ſermonem reconciliationis.
1.Ioan.4.b.

Itaq́;

Itaq; nomine Chriſti legatione fungimur,tãquam Deo exhor- Deut. 15.c.
A tante per nos, [b] rogamus pro Chriſto,recõciliemini Deo. * Eum Eſa.53.b.
enim,qui non nouit peccatum, [c] pro nobis * peccatum fecit, ut 17.c
nos efficeremur iuſtitia Dei per illum. * Rhom.8.a

[a] *Itaq; nos poſthac neminem nouimus ſecundum carnem, adeo externa & uiſibilia umbratica ſunt, quæ ſpiritum præfigurant & inuiſibilia æternaq; bona, ut poſthac neminem noſcamus ſecundum carnem &c. proinde ſi quis eſt in Chriſto, noua creatura eſt.*
[b] *Obſecramus nomine, aut, cauſſa Chriſti.* [c] *Noſtra cauſſa piaculum fecit, aut hoſtiam pro peccato fecit. Sic enim peccatum & peccata in literis ſacris crebrò ſumuntur, ut peccata populi comedent.*

CAPVT SEXTVM

A QVin & adiuuantes obſecramus, ne in uacuum gratiã Dei
B receperitis. Dicit enim: * In tempore accepto exaudiui te, Eſa.49.b.
& in die ſalutis ſuccurri tibi. Ecce, nunc tempus acceptũ,
ecce,nunc dies ſalutis. Ne quam uſquàm demus offenſionẽ, ne reprehendatur miniſterium: ſed in omnibus cõmendemus nosipſos,
* ut Dei miniſtri. 1.Cor.4.a

In tolerãtia multa, in adflictiõibus, in neceſſitatibus, in anxietatibus in plagis, in carceribus, in ſeditiõibus, in laboribus, in uigilijs, 2.Cor.3.a
in ieiunijs, in puritate, in ſciẽtia, in animi lenitate, ĩ benignitate, in
B ſpũ ſancto, in charitate nõ ſimulata, in ſermõe ueritatis, in potẽtia
Dei, per arma iuſtitiæ dextra ac ſiniſtra, per gloriam & ignominiam, per conuitia & laudes: quaſi impoſtores, & * tamẽ * ueraces:
quaſi ignoti, & * tamẽ * noti: * quaſi morientes, & ecce, uiuimus: Eſa.26.c
quaſi correpti, & non occiſi: quaſi dolentes, ſemper tamen gaudentes: quaſi pauperes, multos tamen ditantes: ut nihil habentes, &
C * tamen * omnia poſſidentes.

Os noſtrum apertũ eſt erga uos, Corinthij. Cor noſtrũ dilatatum eſt. Non eſtis anguſti in nobis, ſed anguſti eſtis in uiſceribus ueſtris. Eandem autem remunerationem, ut filijs, polliceor. Dilatemini & uos, * [a] nolite copulabiles eſſe cum incredulis. Deut.7.a
C Quod enim conſortium iuſtitiæ cum iniuſtitia? Aut, quæ Matth.8.d
communio luci cum tenebris? * Aut, quæ concordia Chriſto

cum Belial? Aut, quæ pars fideli cum infideli? Quæ autem com-
1. Cor. 3. b poſitio templo Dei cum ſimulachris? * Nam uos eſtis templum
6. c Dei uiuentis, quemadmodum dixit Deus: * Inhabitabo in illis, &
*Leui. 26. b inambulabo: & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.
Ezech. 37. d * Quapropter exite de medio illorum, & ſeparemini, dicit Domi-
*Eſa. 52. b nus: & immundum ne tetigeritis, & ego ſuſcipiam uos, [b] eroque
uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios ac filias, dicit Dominus
omnipotens.

[a] *ἑτεροζυγεῖν pro ὁμοζυγεῖν ut ſcribit Budæus. Erit itaque ſenſus. Ne eodem iugo cum incredulis iungamini.* [b] *Eroque ueſter pater, & uos eritis mei filij & filiæ.*

CAPVT SEPTIMVM.

HAs igitur promiſſiones quum habeamus, chariſſimi, A
[a] mundemus noſipſos ab omni inquinamento carnis ac
ſpiritus, perficientes ſanctimoniam cum timore Dei. Ca-
paces eſtote noſtri, neminem læſimus, neminem corrupimus, ne-
minem fraudauimus. Non ad condemnationem ueſtri hoc dico.
Siquidem iam antè dixi uobis, quòd in cordibus noſtris eſtis ad
commoriendũ, & cõuiuendũ. Multa mihi fiducia erga uos. Multa
Act. 16. b mihi gloriatio de uobis. Impletus ſum conſolatione, uehementer
exundo gaudio in om̃i adflictiõe noſtra. * Etenim quũ ueniſſemus
in Macedoniã, nullã habuit relaxationẽ caro noſtra, ſed in omni
2. Cor. 1. a bus adfligebamur: foris pugnæ, intus terrores. Verum * qui con
ſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus, per aduentum Titi.
Non ſolum autem per aduentum illius, uerumetiam per conſo- B
lationem, quam ille accepit de uobis, quum annunciaret nobis ue-
ſtrum deſiderium, ueſtrum fletum, ueſtrum pro me ſtudium, adeò
ut magis gauiſus fuerim. Nam etiam ſi uos contriſtaui per epiſto-
lam, non me pœnitet: tametſi pœnituerat. Video nanque, quòd epi
ſtola illa, tametſi ad tempus cõtriſtauit uos, nunc gaudeo, nõ quòd
contriſtati fueritis, ſed quòd contriſtati ſitis ad pœnitentiam. Nã
contriſtati eſtis ſecundum Deum, ſic ut nulla in re detrimento ſi-
1. Pet. 2. c tis adfecti per nos. * Nam qui ſecundum Deum eſt dolor, is pœ-
Eccle. 30. c. nitentiam ad ſalutem, haud pœnitendam parit: contra, * mun-
di dolor mortẽ adfert. Ecce, enĩ iſtuc ipſum, quod ſecundũ Deũ

contriſtati

cõtriſtati fuiſtis, quantam in uobis genuit ſolicitudinem, imò ſatisfactionem, imò indignationem, imò timorem, imò deſiderium, imò æmulationem, imo uindictam? Siquidem ubiq; commenda-
C ſtis uoſipſos, quòd puri ſitis in eo negotio. Proinde tametſi ſcripſi uobis, non id feci eius cauſſa, qui læſerat, nec eius cauſſa, qui læſus fuerat: ſed ob id, ut palàm fieret ſtudium ueſtrum pro nobis apud uos, in conſpectu Dei.

Idcirco conſolationem accepimus ex conſolatione ueſtri: quin uberius inſuper gauiſi fuimus ob gaudium Titi, quòd refocillatus ſit ſpiritus illius ab omnibus uobis. Quòd ſi quid apud illum de uobis gloriatus ſum, nõ fuerim pudefactus: ſed ut omnia cum ueritate loquuti ſumus uobis, ita & gloriatio noſtra, qua uſus eram apud Titum, ueritas facta eſt. Et uiſcera illius maiorem in modum erga uos adfecta ſunt, dum recolit omnium ueſtrùm obedientiam, quemadmodum cum timore ac tremore exceperitis ipſum. Gaudeo, quòd in omnibus confidam uobis.

a *Externa ſanctimonia quæ à populo figurarum plurimi fiebat, transferenda eſt nobis Chriſtianis qui ſumus filij lucis, ad ſanctimoniam internam: ita ut puri ſimus cum corpore tum ſpiritu.*

CAPVT OCTAVVM.

A C Ertiores autem uos facimus, fratres, de gratia Dei, quæ data fuit in Eccleſijs Macedoniæ. Quoniam per multam probationem adflictionis exuberauit gaudium illorum, & profunda paupertas illorum exundauit in diuitias ſimplicitatis ipſorum. Nam pro uiribus (teſtor) etiam ſupra uires prompti fuerunt, multa cum obteſtatione rogantes nos, ut *beneficium & ſocietatem miniſterij ſuſciperemus in ſanctos, ac nõ quatenus ſperabamus: quin etiam ſemetipſos dediderunt primùm Domino, *deinde* & nobis, per uoluntatem Dei, in hoc, ut adhortaremur Titum, ut quemadmodũ antè cœpiſſet, ita & conſummaret hanc quoq; erga uos beneficentiam.

Rhom. 15. d
2. Cor. 16. a
1. Cor. 9. a

Imò quemadmodum ubiq; abundatis fide, & ſermone, & ſcientia, & omni diligentia, & in ea, quæ ex uobis in nobis eſt, charitate, *facite* ut in hac quoq; beneficentia abũdetis. Nõ ſecundum imperium loquor, ſed per a aliorum ſolicitudinem, & ueſtræ cha-

ritatis ingenuitatem explorans. Noſtis enim beneficentiam Do- B
mini noſtri Ieſu Chriſti, quod propter uos pauper factus ſit, quũ
eſſet diues, ut uos illius paupertate diteſceretis.

Et conſilium in hoc do, nam hoc uobis conducit: qui quidem
non ſolum facere, uerumetiam uelle iam cœpiſtis anno ſuperio-
re. Nunc autem & illud, quod facere cœpiſtis, perficite: ut quem-
1. Pet. 4. b admodum uoluntas prompta fuit, ita & perficiatis ex eo, * quod
Pro 3. b poteſtis. ‡ Etenim ſi prius adſit animi promptitudo, ea iuxta quic
*Luc. 21. a quid illud eſt, quod poſſidet aliquis, accepta eſt, nõ iuxta id, quod
non poſſidet. Non enim, ut alijs relaxatio+ ſit+, uobis autẽ angu-
ſtia: ſed ut ex æquabilitate, in præſenti tempore, ueſtra copia illo-
rum ſuccurrat inopiæ: & illorum copia ueſtræ ſuccurrat inopię.
Exod. 16. d Vt fiat æqualitas, quemadmodum ſcriptum eſt: * Qui multum ha-
bebat, +huic+ nihil ſuperfuit: & qui paulũ +habebat+, is nihilo mi-
nus habuit. Gratia autem Deo, qui dedit eandem ſolicitudinem
pro uobis in corde Titi, qui exhortationem acceperit: quin poti-
us quum eſſet diligentior, ſuapte ſponte ad uos uenerit.

Miſimus autem unà cum illo fratrẽ+ eũ+, cuius laus+ eſt+ in Eu-
angelio per omnes Eccleſias: nec id ſolum, uerumetiam delectus
eſt ab Eccleſijs, ſocius peregrinationis noſtræ cum hac beneficen-
tia, quæ adminiſtratur à nobis ad eiuſdem Domini gloriam, &
animi ueſtri promptitudinem: declinantes hoc, ne quis uos car-
Rhom. 2. c. pat in hac exuberantia, quæ adminiſtratur à nobis, * procuran-
tes honeſta, non tantum coràm Domino, ſed etiam coràm
hominibus.

Miſimus autem unà cum illis fratrem noſtrum, quem proba- C
ueramus in multis ſæpenumero diligentem, nunc autem mul-
tò diligentiorem, ob multam fiduciam, quam habeo erga uos:
ſiue Titi nomine, qui ſocius meus eſt, & erga uos adiutor, ſi-
ue+ aliorum+ qui fratres noſtri+ ſunt+, + &+ apoſtoli Eccleſiarum,
gloria Chriſti. Proinde documentũ charitatis ueſtræ, & noſtræ,
de uobis gloriationis, in eos demonſtretis, etiam ad conſpectum
Eccleſiarum.

‡ *Diligentiam, aut ſtudium.* Διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς.

CAPVT NONVM.

Nam

A NAm de⁺ ſubminiſtratione quidem, quæ fiat in ſanctos, ſu-
peruacuũ eſt mihi ſcribere uobis. Noui em̃ prõptitudinẽ
animi ueſtri, quam de uobis iacto apud Macedones: quòd Rhom. 15. d
Achaia parata eſt ab anno ſuperiore. Et[a] qui eſt ex uobis, zelus 1. Cor. 16. a
prouocauit complures. Miſi tamen hos fratres, ne gloria noſtra, 2. Cor. 8. a
qua glorior de uobis, inanis fiat in hac parte: ut quemadmodum
dicebam, parati ſitis, ne quo pacto fiat, ut ſi mecum uenerint Ma
cedones, & offenderit uos imparatos, nos pudore ſuffundamur,
ut ne dicam uos, in hoc argumento gloriationis.

Proinde neceſſarium arbitratus ſum, adhortari fratres, ut pri
us accederent ad uos, & præpararent iam ante promiſſam bonã
collationem ueſtram, ut ea ſit in promptu ſic, tanquam[b] bona col
B latio, & non tanquam fraudatio.

Illud autem⁺ dico⁺: * ſeminans parcè, parcè & meſſurus eſt.
Et ſeminans in bonis collatiõibus, in bonis collationibus & meſ Pro. 2. c
ſurus eſt. Vnuſquiſque ſecundum propoſitum cordis, non ex mo Gala. 6. a
leſtia, aut ex neceſſitate. *Nam hilarem datorem diligit Deus. *Exod. 25. a

Potens eſt autem Deus efficere, ut totum beneficium in uos 35. a
exuberet, ut in omnibus omnem ſufficientiã habentes, exuberetis Eccl. 35. a
in omne opus bonum, quemadmodum ſcriptum eſt: * Diſperſit pſal. 11. b
dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum. Porrò, qui ſup-
peditat ſemen ſeminãti, ⁺is⁺ & panẽ in cibum ſuppeditet, *& mul Act. 14. c
tiplicet ſementem ueſtram, & augeat prouentus iuſtitiæ ueſtræ:
ut in omnibus locupletemini in omnem ſimplicitatem, quæ per
nos efficit, ut gratiæ agantur Deo.

C Nam functio huius miniſterij, nõ ſolum ſupplet ea, quę deſunt
ſanctis, uerumetiã exuberat⁺ in hoc⁺, quòd per multos agantur
gratiæ Deo, qui per probationem miniſterij huius glorificãt De
um, ſuper obedientia conſenſus ueſtri, in Euangelium Chriſti, &
de ſimplicitate communicationis in ipſos, & in omnes, & in illo-
rum oratione pro uobis, qui deſiderant uos, propter eminentem
gratiam Dei in uobis. Gratia autem Deo, ſuper inenarrabili ſuo
munere.

[a] *Veſtrum exemplum, aut ſtudium.* [b] *Liberalis collatio, & non tanquam extorſio ab auaris, qui inuiti quicquam largiũtur. Ita bona collatio græcè* εὐλογία *eſt liberalis, &*

benigna

benigna eleemoſynarum diſtributio, aut collectio, eademq́; ſpontanea. Cui opponitur πλεονεξία pro ea, quæ parcè & grauatim fit.

CAPVT DECIMVM.

CAeterùm, ipſe ego Paulus obſecro uos, per lenitatẽ & mã ſuetudinem Chriſti, qui iuxta faciem quidem humilis ſum A inter uos, abſens tamen audax ſum erga uos. Rogo autẽ uos, ne præſens audeam ea fiducia, qua exiſtimor audax fuiſſe in quoſdam, qui putant nos ueluti ſecundum carnem ambulare. Nã in carne ambulantes, non ſecundùm carnem militamus. Siquidem *arma militiæ noſtræ, non carnalia ſunt, ſed potentia Deo, ad de- (Ephe.6.b) molitionem munitionum, quibus conſilia demolimur, & omnem celſitudinem, quæ extollitur aduerſus cognitionem Dei: & captiuam ducimus omnem cogitationem, ad obediendum Chriſto: & in promptu habemus uindictam, aduerſus omnem inobedientiam, quum impleta fuerit ueſtra obedientia. Quæ in conſpectu ſunt uidetis?

Siquis de ſeipſo confidit, quòd Chriſti ſit, illud rurſum perpen- B dat ex ſeipſo, quòd quemadmodum ipſe Chriſti eſt, ita & nos Chriſti ſumus. Nam ſi & amplius quippiam glorier de poteſtate noſtra, *quam dedit Dominus nobis, in ædificationem, & non in (2. Cor.13.b) deſtructionem ueſtri, non pudefiam, ne uidear ceu perterrefacere uos per epiſtolas. Nam epiſtolæ quidem, (inquit) graues ſunt & robuſtæ, at præſentia corporis infirma, & ſermo cõtemptus. Hoc reputet, qui iſtiuſmodi eſt, quòd quales ſumus ſermone per epiſtolas, quum abſumus, tales ⁺ ſumus ⁺ & quum adſumus facto.

Non enim ſuſtinemus inſerere, aut conferre noſipſos cum quibuſdam, qui ſeipſos commendant. Sed iſti non intelligunt, quòd ipſi inter ſeſe ſeipſos metiuntur, & comparant ſemet ſibi.

At nos non in immenſum gloriabimur, uerùm iuxta menſurã regulæ, qua partitus eſt nobis Deus, menſura pertingendi etiam C uſq; ad uos. Nõ enim quaſi non pertingamus uſque ad uos, extendimus nos ipſos ſupra modum. Nam uſq; ad uos quoq; peruenimus in Euangelio Chriſti, non in immenſum gloriantes in alienis laboribus: ſpem habentes, ut ſuboleſcente fide ueſtra in uobis, magnificemur iuxta regulam noſtram in exuberantiam: ut iis

quocꝫ regionibus,quæ ultra uos ſunt,euangelizem:non per alie
nam regulam,ut de his,quæ parata ſunt,gloriemur. Sed* qui glo
riatur,in [a] Domino glorietur. Non enim* qui ſeipſum commen- Eſa.65. e
dat,ille probatus eſt,ſed * is *, quem Dominus commendat. Hie.9. d

[a]. *Per Dominum glorietur. Ita ut Dominus ſit autor & cauſſa gloriationis ſuæ.* 1.Cor.1.d

CAPVT VNDECIMVM. *Pro. 27.a

A Vtinam* toleraſſetis me pauliſper in inſipientia mea. Imo
& ſuffertis me. Nam zelotypus ſum erga uos, Dei zelo.
adaptaui em̄ uos uni uiro, ut * uirginē caſtā exhiberetis
Chriſto:ſed metuo,ne quā fiat, ut * quemadmodum ſerpens Euā Leuit. 21. b
decepit uerſutia ſua,ita corrumpantur ſenſus ueſtri à ſimplicita- *Gene.3. a
te,quæ erat erga Chriſtum.Nam ſi is,qui uenit,alium Ieſum prę
dicat,quem non prædicauimus:aut* ſi* ſpiritum alium accipitis,
quem non accepiſtis,aut Euāgelium aliud, quod non accepiſtis,
rectè ſuſtinuiſſetis.

Arbitror enim me nihilo inferiorem fuiſſe eximijs apoſtolis.
Cęterùm licet imperitus ſim ſermōe,nō tn̄ ſcientia. Verum ubicꝫ
manifeſti fuimus in omnibus erga uos.Num illud peccaui,quòd
meipſum humiliârim, ut uos exaltaremini? quòd* gratuitò Euā-
gelium Dei prædicauerim uobis? Cæteras Eccleſias deprędatus 2.Cor.9.b
ſum,accepto ab illis ſtipendio,quo uobis inſeruirem. * Et quum
B apud uos eſſem,& egerem,non onerosus fui cuiquam.* Nā quod Act.20.e
mihi deerat,ſuppleuerunt fratres,qui uenerant à Macedonia:& Philip.4.c
in oīibus ſic me ſeruabā,ne cui eſſem oneroſus,atcꝫ ita ſeruabo.

Eſt ueritas Chriſti in me, quòd hæc gloriatio non interrum-
petur contra me in regionibus Achaiæ. Quapropter? An quòd
non diligam uos? Deus nouit. Verùm quod facio, * idem*,
& faciam, ut amputem occaſionem ijs, qui cupiunt occaſionem
ut in eo de quo gloriantur,reperiantur, quemadmodum & nos.
Siquidem iſtiuſmodi pſeudapoſtoli, operarij doloſi ſunt, ſum-
pta perſona apoſtolorum Chriſti: atcꝫ haud mirum. Quando-
quidem ipſe Satanas transfiguratur in angelum lucis. Non ma-
gnum eſt igitur, ſi & miniſtri illius, perſonam in ſe transferunt,
quaſi ſint miniſtri iuſtitię:* quorum finis erit iuxta opera eorum.
C Iterum dico,ne quis me putet inſipientem eſſe:alioquin & iam 2.Pet.2.a

ut inſipientē accipite me, ut paululū quiddā & ego glorier. Quod
dico, non dico ſecundū Dñm, ſed uelut per inſipientiam, in hoc ar-
Iob.29.b gumento gloriationis.* Quandoquidem multi gloriantur ſecun-
dum carnem, et ego gloriabor. Libenter enim ſuffertis inſipiētes,
quū ſitis ſapiētes. Suffertis em̄, ſiquis uos ī ſeruitutē adigit, ſi quis
exedit, ſiquis accipit, ſiquis attollit ſeſe, ſiquis uos in faciem cędit.
Iuxta contumeliam loquor, perinde, quaſi nos infirmi fuerimus.

Act.22.a *Imò in quocūq; audet aliqs, (per inſipientiā loquor) audeo &
Philip.3.a ego. Hebræi ſunt, *ſum* & ego: Iſraëlitę ſunt, *ſum* & ego: Semen
Abrahæ ſunt, *ſum* et ego: miniſtri Chr̄i ſunt, (deſipiēs loquor)
excellētius *ſum* ego: in laboribus copioſius, in uerberibus ſupra D
Deut.25.a modū, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter.* A Iu
Act.16.c dęis quinquies quadragenas *plagas* una minus, accepi.* Ter uir
*Act.14.c gis cęſus fui, *ſemel fui lapidatus, *ter naufragium feci. Noctem
*Act.27.c ac diem in profundo egi. In itineribus ſæpe, in periculis fluminū,
periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, pe-
riculis in ciuitate, periculis in deſerto, periculis in mari, periculis
inter falſos fratres, in labore, & moleſtia, in uigilijs ſæpe, in fame
& ſiti, in ieiunijs ſępe, in frigore & nuditate.

Præter ea, quæ extrinſecus accidunt. Incumbens mihi quoti-
diana cura omnium Eccleſiarum.* Quis infirmatur, & *ego* non
1. Cor.8.12. infirmor? Quis offenditur, & ego non uror? Si gloriari oporte-
at, de his quę infirmitatis meæ ſunt, gloriabor.

* *Vtinam ſufferatis me pauliſper inſipientia. Sic Græcus textus habet: omiſſa præpoſitione, in, & pronomine mea.*

CAPVT DVODECIMVM.

DEus & pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt laudādus in A
Gala.1.c ſecula, *nouit quòd nō mētiar. *In Damaſci ciuitate gētis
*Act.9.d pręfectus, noīe Aretę regis excubias poſuerat ī Damaſce
nor; urbe, cupiēs me cōprehendere: ac per feneſtrā in ſporta de-
miſſus fui per mœnia, effugiq; manus eius. Gloriari ſanè nō expe
dit mihi: ueniā em̄ ad uiſiōes, & reuelatiōes Dñi. Noui *hoīem in
Chriſto ante annos quatuordecī: an in corpore, neſcio, an extra
corpus, neſcio: Deus nouit, raptū huiuſmodi in tertiū uſq; cœlū.
Et ſcio huiuſmodi hoīem: an in corpore, an extra corpus, neſcio,

Deus

us nouit, raptū fuiſſe in paradiſum, & audiſſe ineffabilia uerba,
quę fas non ſit, hoīem loqui. Super huiuſmodi hoīe gloriabor: de
me uerò ipſo nō gloriabor, niſi ſuper īfirmitatibus meis. Nā ſi uo
luero gloriari, nō ero inſipiēs, ueritatē em̄ dicā, ſed parco+uobis+
ne q̄s de me cogitet, ſup+id+quod uidet eſſe me, aut+quod+ audit Iob.2.6
ex me. *Et nè excellentia reuelationū ſupra modū efferrer, datus
eſt mihi ſtimulus in carne, angelus Satā, ut me colaphis cęderet,
ne ſupra modū efferrer. Super hoc ter Dominū rogaui, ut diſce-
deret à me, & dixit mihi: * Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus Deut.3.d
mea, per infirmitatem perficitur.

B Libentiſſimè igitur gloriabor potius ſuper infirmitatibus me
is, ut inhabitet in me uirtus Chriſti. Quamobrem placeo mihi in
infirmatibus, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſequutioni-
bus, in anxietatibus pro Chriſto. Quum enim infirmus ſum, tunc
robuſtus ſum. Factus ſum inſipiens gloriando. Vos me coēgiſtis.
Nam ego debueram à uobis commendari.* Nulla enim in re in- 1.Cor.9.a
ferior fui ſummis apoſtolis, tametſi nihil ſum. Signa quidem apo
ſtoli peracta fuerunt inter uos, cum omni patientia, & ſignis, &
prodigijs, & potentibus factis. Nam quid eſt, in quo fuiſtis inferi
ores cæteris Eccleſijs, niſi quòd ipſe ego non fuerim uobis onero
ſus? Cōdonate hāc mihi iniuriā. Ecce, tertiò propēſus aīo ſum, ut Act.20.e
ueniā ad uos: nec ero uobis oneroſus. *Nō em̄ q̄ro, q̄ ueſtra ſunt, Exod.20.b
ſed uos. *Nō em̄ debēt filij parētibus recōdere, ſed filijs parentes. Matt.15.a

C Ego uerò libētiſſimè impendam, & expēdar pro animabus ue
ſtris: licet uberius uos diligēs, minus diligar. Sed eſto, ipſe nō gra
uaui uos: uerùm quum eſſem aſtutus, dolo uos cepi. Num p
quenquam eorum, quos miſi ad uos, expilaui uos? Rogaui Titū,
& unà cū illo miſi fratrē. Nū quid à uobis extorſit Titus? An nō
eodē ſpiritu ambulauimus? An non eiſdē ueſtigijs? Rurſum arbi
tramini, quod+ nos+ uobis excuſemus? In conſpectu Dei, in Chri
ſto loquimur, ſed omnia chariſſimi, pro ueſtri ædificatione.

Nam metuo, ne quà fiat, ut ſi uenero, nō quales uelim, reperiā
uos: & ego reperiar uobis, qualem nolitis. *Ne quomodo ſint cō- Gala.5.c
tētiones, æmulationes, iræ, concertationes, obtrectationes, ſuſur
ri, tumores, ſeditiōes: ne iterū ubi uenero, humiliet me Deus meus

apud uos, et lugeā multos eorū, q ante peccauerīt, & nō pœnituerint ſuper im̄unditia, & fornicatiōe, & īpudicitia, quā patrarūnt.

[a] *Noui hominem Chriſtianum. Hæc phraſis Hebræis frequens eſt, ſecundum quam, is ſanè in carne eſſe dicitur, qui carnalis eſt, & in ſpiritu, qui ſpiritualis* [b] *Præpoſitionem addidi, quo dilucidior fiat ſentētia. Nā græca ad uerbū ſonāt, datus eſt mihi ſtimulus carni*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

HIc tertius erit aduentus meus ad uos. *In ore duorum teſti A
Deut.19.c um aut trium cōſtituetur omne uerbum. Prædixi, & prę
Matt.18.b dico, ut præſens quū eſſem iterum, ita & abſens nunc ſcri
Heb.10.c bo ĩis, qui ante peccauerunt, & reliquis omnibus, quod ſi uenero denuo, non parcam. Quandoquidem experimentum quæritis
Matt.10.a *in me loquentis Chriſti, qui erga uos non eſt infirmus, ſed potēs eſt in uobis. Nam quāuis crucifixus fuit ex infirmitate, uiuit tamen ex potentia Dei. Siquidem & nos infirmi ſumus in illo, ſed uiuemus cum illo ex potentia Dei erga uos. Voſipſos tentate, nū
1.Cor.11.d ſitis in fide. Voſipſos probate. An non cognoſcitis uoſmetipſos, quod Ieſus Chriſtus in uobis eſt? Niſi ſicubi reprobi eſtis. At ſpe B
ro uos cognituros, quod nos nō ſimus reprobi. Opto autē apud Deū, ne quid mali faciatis, nō quo nos probati adpareamus, ſed ut uos, quod honeſtū eſt, faciatis: nos uero ueluti reprobi ſimus. Non enim poſſumus quicquam aduerſus ueritatem, ſed pro ueritate. Gaudemus em̄, quū nos infirmi fuerimus: uos aūt ualidi fueritis. Hoc aūt inſuper optamus, ueſtrā integritatē. Propterea hęc abſens ſcribo, ne quū pręſens fuero, [a] pręciſe utar iuxta poteſtatē. quā dedit mihi Dn̄s in extructionē, & non in deſtructionem.

Quod ſupereſt, fratres, ualete, integri eſtote, conſolationem habete, unanimes ſitis, in pace agite: & Deus charitatis ac pacis erit
Matt.16.c uobiſcum. Salutate uos mutuo ſancto oſculo. Salutant uos ſancti omnes. Gratia Domini Ieſu Chriſti, & Charitas Dei, & communicatio ſpiritusſancti +ſit+ cum omnibus uobis. Amen.

[a] *Ne rigidè agam græcè* ἀποτόμως χρήσωμαι.

AD CORINTHIOS SECVNDA, MISSA FVIT A PHILIPPIS MACEDONIAE, PER TITVM ET LVCAM.

EPISTOLA D. PAV LI AD GALATAS.

CAPVT PRIMVM.

A PAulus apoſtolus, non ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, ac Deum patrem, qui ſuſcitauit illum ex mortuis, quiq; mecum ſunt, omnes fra
A tres. Eccleſijs Galatiæ, * Gratia uobis, & pax à Deo 2. Cor. 1. a
patre, & Dño noſtro Ieſu Chriſto, qui dedit ſeipſum Ephe. 1. a
pro peccatis noſtris, ut eriperet nos ex præſenti ſeculo malo, iu- 1. Pet. 1. a
xta uoluntatem Dei & patris noſtri: cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

* Miror, quòd à Chriſto, qui uocauit uos per gratiam, adeò citò transferamini in aliud Euangeliũ: quod non eſt aliud, niſi quòd
quidã ſunt *, qui turbant uos, & uolunt inuertere Euangelium Act. 15. a
Chriſti. Cæterùm etiam ſi nos, aut angelus è cœlo prædicauerit
B uobis Euangelium, præter id quod prædicauimus uobis, anathe-
ma ſit. * Quemadmodum antè diximus, & nunc iterùm dico: ſi 1. Cor. 15. a
quis uobis prædicauerit Euangelium, præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Nunc enim homines ſuadeo, an Deum? Aut, quæro
hominibus placere? * Nã ſi hactenus hominibus placuiſſem, Chri Ioan. 15.
ſti ſeruus haud quaq; eſſem. Ioan. 4. a

Notum autem uobis facio, fratres, Euangelium, quod prædicatum eſt à me, non eſſe ſecundum hominem. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; doctus fui, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Audiſtis enim meam conuerſationem quondam in Iudai-
ſmo, * quòd ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, ac depopu- Act. 8. a
labar il lam: & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos æquales in 9. a. 22.
genere meo, * quum uehementer eſſem ſtudioſus à maioribus me- * Philip. 3. a
is traditorum inſtitutorum. * Act 9. b

C Aſt ubi Deo, * qui ſegregauerat me ab utero matris meæ, & 22. b
uocauit per gratiam ſuam in hoc, ut reuelaret filium ſuum per me, uiſum eſt, ut prędicarem ipſum inter gentes, continuò non contu-
li, * cum carne & ſanguine, neq; redij Hieroſolymam, ad eos, qui * Mat. 16. c
ante me fuerant apoſtoli: ſed abij in Arabiam, ac denuò reuerſus

ſum Damaſcum. Deínde poſt annos tres rediꝫ Hieroſolymam, ut
uiderem Petrum, & manſi apud illum dies quindecim. Alium au-
tem ex apoſtolis non uidi *quenquam*, niſi Iacobum fratrē Do-
mini.
2.Cor.11.d Porrò quæ ſcribo uobis, * ecce, coràm Deo, non mentior. Dé-
inde ueni in regiones Syriæ, Ciliciæq́ꝫ. Eram autem ignotus iuxta
faciem Eccleſijs Iudææ, quæ erant in Chriſto. Sed tantum hic ru-
mor apud illos erat: qui perſequebatur nos aliquando, nunc præ-
dicat fidem, quam quondam depopulabatur. Et glorificabant in
me Deum.

* *Perpende pie lector, an ad uerbum in hunc modum reddi poſſit: Miror, quòd adeò citò transferamini ab eo, qui uocauit uos per gratiam Chriſti in aliud Euangelium &c. Vt, ab eo, referat, Deum patrem. Semper enim ſcriptura Deum patrem, uocantem facit, ſed per Chriſtum, aut, per gratiam Chriſti.*

CAPVT SECVNDVM.

DE índe poſt annos quatuordecim, rurſum * aſcendi Hiero A
Act.15.a ſolymam unà cū Barnaba, adſumpto ſimul & Tito. Aſcen
di autem iuxta reuelationem, & contuli cum illis Euan-
gelium, quòd prædico inter gentes: ſed * priuatim cum his, qui
erant in pretio, ne quo modo in uanū currerem, aut cucurriſſem.
* Sed neq́ꝫ Titus, qui mecum erat, quum eſſet Græcus, compulſus
Act.16.a fuit circuncidi: propter obiter ingreſſos falſos fratres, qui ſubin-
2.Cor.9.c troierant ad explorandum libertatem noſtram, quam habemus in
Chriſto Ieſu, quo nos in ſeruitutem adigerent. Quibus ne ad ho-
ram quidem ceſſimus, per ſubiectionem, ut ueritas Euangelij per
maneret apud uos. Ab ijs autem, qui uidebātur aliquid eſſe, qua-
Act.10.d les aliquando fuerint, nihil mea refert. * Perſonam hominis De-
Rhom 2.b us non accipit.
Ephe.6.a Nam mihi, qui uidebantur eſſe in pretio, nihil contulerunt.
Imò contra, quum uidiſſent, mihi concreditum fuiſſe Euangelium
præputij, quemadmodum Petro circunciſionis, (Nam qui efficax B
fuit in Petro ad Apoſtolatum circunciſionis, efficax fuit & in me
erga gentes) quumq́ꝫ cognouiſſent gratiam mihi datam, Iacobus
& Cephas, & Ioannes, qui uidebantur eſſe columnæ, * dexteras
Act.9.a dederūt mihi ac Barnabæ ſocietatis, ut nos in gentes, ipſi uerò

in [b] circuncisionem *apoſtolatu fungeremur*: tantum, ut paupe-
rũ memores eſſemus, *in quo & diligens fui, ut hoc ipſum facerem. Act. 11. c
Quum autem ueniſſet Petrus Antiochiam, ſecundum faciem 2. Cor. 9. a
illi reſtiti: quoniam reprehenſus erat. Nam antequam ueniſſent
quidam à Iacobo, unà cum gentibus ſumebat cibum: quum autem
ueniſſent, ſubduxit, & ſeparauit ſe ipſum *ab illis*, metuens illos,
qui erant ex circunciſione. Ac ſimulabant unà cum illo cæteri
quoq; Iudæi, adeò ut Barnabas ſimul abduceretur in illorum ſimu
lationem. Verùm ubi uidiſſem, quòd non recto pede incederent
ad ueritatem Euangelij, dixi Petro coràm omnibus. Si tu, quum
ſis Iudæus, * gentiliter uiuis, ac non Iudaicè, quur gentes cogis Iu- Act. 10.
C daizare? * Nos natura Iudæi, & nõ ex gentibus peccatores, *quo- Philip. 3. a
niam ſcimus, non iuſtificari hominem ex operibus legis, niſi per *Rhom. 3. b
fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſtum Ieſum credidimus, ut iuſtifi
caremur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis.

A Propterea quòd non iuſtificabitur ex operibus legis omnis ca-
ro. Quòd ſi, dum quærimus iuſtificari per Chriſtum, reperimur
& ipſi peccatores, nũ ergo Chriſtus peccati miniſter *eſt*? Abſit.
Nam ſi quæ deſtruxi, ea rurſum ædifico, trãſgreſſorem meipſum
conſtituo. Ego enim * per legem * legi mortuus fui, ut Deo uiue- Hier. 31.
rem: unà cum Chriſto crucifixus ſum, uiuo tamen, non iam ego, *Rhom. 7. b
ſed uiuit in me Chriſtus. Vitam autem, quam nunc uiuo in car-
ne, per fidem uiuo filij Dei, *qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum Ephe. 5. a
pro me. Nõ reijcio gratiam Dei. Nam ſi per legẽ *eſt* iuſtitia, igi-
tur Chriſtus fruſtra mortuus eſt.

[a] *Singulatim cum primarijs Apoſtolis. Adijt Hieroſolymam Paulus, non quod timuerit (inquit Hieronymus) ne per decem & ſeptẽ annos falſum in gentibus Euangelium prædicaſſet, ſed ut oſtenderet præceſſoribus ſuis, non ſe in uacuum currere aut cucurriſſe, ſicut putauerunt ignorantes.* [b] *Circunciſionem adpellat more Hebraico, populum circunciſum. Hoc eſt, populum Iudaicum.*

CAPVT TERTIVM.

A O Stulti Galatæ, * quis uos faſcinauit, ut [a] non crederetis Gala. 5. a.
ueritati? Quibus præ oculis Ieſus Chriſtus antè fuit depi-
ctus, inter uos crucifixus. Hoc ſolũ cupio diſcere à uobis,
utrũ ex operibus legis ſpiritum accepiſtis, an [b] ex prædicatione
B fidei? Adeò ſtulti eſtis, quum ſpiritu cœperitis, nunc carne con-
ſumma-

ſummamini? Tam multa paſſi eſtis fruſtra. Si tamen & fruſtra.
Qui igitur ſubminiſtrat uobis ſpiritum , & operatur uirtutes in
Gene.15.b uobis, utrũ ex operibus legis, an ex prædicatione fidei †id facit†?
Rhom.4.a *Quemadmodum Abraham credidit Deo, & imputatum eſt illi
Iaco.2.c ad iuſtitiã. Scitis igitur, quòd qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahę.
Præuidẽs autem ſcriptura, quòd ex fide iuſtificet gentes Deus,
*Gen.12.a. prius rem lætã nunciauit Abrahæ: * Benedicentur, †inquiens†, in
22.c te omnes gentes. Itaq; qui ex fide ſunt, benedicuntur cum fideli
Abraham. Nam quotquot ex operibus legis ſunt, ᶜ ſub maledi-
Deut.27.c. ctione ſunt. Scriptum eſt enim: * Maledictus omnis, qui non mã-
ſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea. Quòd
Abac.2.a autem in lege nullus iuſtificetur apud Deum, palàm eſt. * Siquidẽ
Rhom.1.b iuſtus ex fide uiuet. Lex autem non eſt ex fide: * ſed qui fecerit ea
10.a homo uiuet in ipſis. * Chriſtus uos redemit à maledictione legis,
Hebr.10.d. dum pro uobis factus eſt maledictio: Scriptum eſt enim: * Male-
*Leu.18.a dictus omnis, qui pendet in ligno, ut in gẽtes benedictio Abrahæ
*Rhom.8.a ueniret, per Chriſtum Ieſum, ut promiſſionem ſpiritus accipere-
*Deu.21.d mus per fidem.

Fratres, ſecundum hominem dico: Hominis licet teſtamentum,
Hebr.9.c tamen ſi * ſit comprobatum, nemo reijcit, aut addit aliquid. Por-
rò Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit: Et
ſeminibus, tanquã de multis, ſed tanquã de uno: Et in ſemine tuo,
qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamentum antè comprobatũ
Exod.12.f à Deo erga Chriſtum, lex * quæ poſt annos quadringentos & tri-
Gene.15.c ginta cœpit, non facit irritum, ut abroget promiſſionem. * Nam
Iudith.5.b ſi ex lege eſt hæreditas, non iam ex promiſſione. Atqui Abrahæ
Act.7.a per repromiſſionem donauit Deus.

*Rhom.4. Quid igitur lex? * Propter tranſgreſſiones addita fuit, donec
Rhom.5.c 7.b.8.a ueniret ſemen, cui promiſſum fuerat: * ordinata per angelos in
Act.7.e manu *ᵇ interceſſoris. Interceſſor autem unius non eſt, at Deus
*Deu.5.a unus eſt.

Lex igitur, †nũ eſt† aduerſus promiſſiones Dei? Abſit. Etenim
ſi data fuiſſet lex, quæ poſſit uiuificare, uerè ex lege eſſet iuſtitia.
Rhom.3.b * Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccatũ, ut promiſſio ex fide
Ieſu Chriſti daretur credentibus. Cæterùm antequàm ueniſſet
fides

fides,ſub lege cuſtodiebamur,concluſi in eam fidem,quæ erat re-
uelanda.

Itaq; lex pædagogus noſter fuit ad Chriſtum , ut ex fide iuſti-
ficaremur. At poſtquàm uenit fides , non amplius ſub pędagogo
ſumus.*Omnes enim filij Dei eſtis,per fidem in Chriſto Ieſu.‡Nā Ioan.1.a
quicunq; baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.Nō eſt Iudæus,neq; ‡Rhom.6.a
Græcus:non eſt ſeruus,neq; liber:non eſt maſculus,ac fœmina. 13.b
Oēs enim uos,*unus eſtis,in Chriſto Ieſu.‡Quòd ſi uos eſtis Chri Coll.2.b
ſti,igitur Abrahæ ſemen eſtis,& iuxta promiſſionem,hæredes. *Ioan.17.c ‡Ephe.1.b Heb.2.b

[a] Vt ueritas ipſa uobis perſuaſa eſſe nequeat? Scribitur enim Græcè, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι? Ad uerbum Veritati non perſuaderi? [b] Ex prædicata fide, aut ex audita fide, legitur enim ἐξ ἀκοῆς πίστεως. [c] Maledictioni obnoxij ſunt. [d] Græcè μεσίτου id eſt, mediatoris.

CAPVT QVARTVM.

A Dico autem,quandiu hæres puer eſt , nihil differt à ſeruo,
quum ſit dn̄s omnium: ſed [a] ſub tutoribus & actoribus
eſt,uſq; ad tempus, quod pater præſcripſerit. Sic & nos,
quum eſſemus pueri,ſub elementis mundi eramus, in ſeruitutem
adacti.At ubi uenit * plenitudo temporis, emandauit Deus filiū Gene.49.b
ſuum,natū [b] ex muliēre,*factū ſub lege,ut eos, qui ſub lege erāt, Dani.9.d
redimeret,ut adoptionē filiorū acciperemus.*Quoniam aūt eſtis *Matth.5.
filij, emādauit Deus ſpiritum filij ſui,in corda noſtra,clamantem: *Rhom.8.b
Abba Pater.Itaq; iam non es ſeruus,ſed filius,quòd ſi filius,& hæ-
res Dei per Chriſtum.

Sed tū quidē,quū ignoraretis Deū,ſeruiebatis ijs,* qui natura 1.Cor.8.a
non ſunt dij.At nunc poſteaq; cognouiſtis Deū , quin potius co-
gniti eſtis à Deo,*quomodo cōuertimini denuò ad infirma & ege Coll.2.c
na elemēta,quibus iterū ab integro ſeruire uultis? Dies obſerua-
tis,& mēſes,& tēpora,& annos.Metuo de uobis, ne fruſtra labo
rauerī erga uos.Eſtote,ut ego†ſū†,quādoquidē et ego†ſū†,ut uos
B Fratres,rogo uos.Nihil me læſiſtis.Noſtis,quòd per infirmita
tē carnis euangelizauerim uobis prius, & experimentū mei,quod
erat in carne, non eſtis aſpernati, neq; reſpuiſtis, ſed me uelut
*angelum Dei,ſuſcepiſtis,uelut Chriſtum Ieſum. Quæ ergo erat Mala.2.
beatitudo ueſtra? Teſtimonium enim reddo uobis, quòd ſi fieri

potuiſſet, oculos ueſtros effoſſos, dediſſetis mihi. Igitur inimicus factus ſum uobis, uera loquendo uobis?

Ambiunt uos, nõ bené, imò excludere uos uolũt, ut ipſos æmulemini. Bonũ *eſt* autẽ æmulari in re bona ſemper, & non ſolum quum præſens ſum apud uos.

Ioan.16.c Filioli mei, quos iterum* parturio, donec formetur Chriſtus in uo
1.Cor.4.c bis. Vellem autem adeſſe apud uos nunc, & mutare uocem meã: quoniam perplexus ſum in uobis.

Dicite mihi, qui ſub lege uultis eſſe, legem ipſam non auditis? C
Gene.16.d Scriptum eſt enim, quòd Abraham duos filios habebat: * unũ ex
*Gene.21.a ancilla, * & unũ ex libera. * Verùm is, qui ex ancilla *natus eſt*,
*Rhom.9.a [c] ſecundum carnem natus eſt: qui uerò ex libera, per repromiſſionem. Quæ per allegoriam dicuntur. Nam hæc ſunt duo Teſtamenta. Vnum quidem à monte Sina, in ſeruitutem generans, quæ eſt Agar. Nam Agar, Sina mons eſt in Arabia, confinis eſt autem ei, quæ nunc uocatur, Hieruſalem. Seruit autem cum filijs ſuis.

Apoc.21.a *At quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt: quæ eſt mater omni
Eſa.54.a um noſtrûm. Scriptum eſt enim: * Lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe, & clama quæ non parturis: quoniam multi liberi deſertę, magis quàm eius, quæ habet uirum. Nos autem, fratres, ſecundũ Iſaac, promiſſionis filij ſumus.

Gene.27.g * Sed quemadmodum tũc is, qui ſecundum carnem natus erat, perſequebatur eũ, qui *natus erat* ſecundum ſpiritum, ita & nũc.
Gene.21.b At quid dicit ſcriptura? * Eijce ancillam, & filium illius: non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberæ. Itaq; fratres, non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ.

[a] *Sub curatoribus & diſpenſatoribus* ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους. [b] *Quædam exemplaria græca habent utrobiq;* γενόμενον *id eſt, factũ. Iudicet autem pius lector.*
[c] *Secundum carnalem conſuetudinẽ natus eſt. Hoc eſt, ut ſolet progigni ſoboles è carne, adhuc fœcunda. Qui uerò ex libera, per repromiſſionem natus eſt, non enim ſecundum conſuetudinem, quippè quum Sarah & anus eſſet & ſterilis.*

CAPVT QVINTVM.

Eſa.9. IN libertate igitur, qua Chriſtus nos liberauit, ſtate: & ne A
*Act.15.a rurſus * iugo ſeruitutis implicemini. Ecce ego Paulus dico uobis, *quòd ſi circũcidamini, Chriſtus nihil uobis proderit.

derit. Conteſtor autem rurſus omnem hominem, qui circuncidi-
tur, quod debitor eſt totius legis ſeruandę, aboliti eſtis a Chriſto:
quicunq; per legem iuſtificamini, a gratia excidiſtis. Nos enim
ſpiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus. * Nam in Chriſto Ieſu, Gala.6.b
neq; circuncißio, quicquam ualet, neq; præputiū, ſed fides, * * per 1.Cor.13.a
dilectionem operans. Currebatis bene, *quis uos impediuit, ut nō *Gala.3.a
crederetis ueritati? +Nempe+ perſuaſio, non ex eo+ profecta+, qui
uocat uos. * Paulum fermenti totam conſperſionem fermentat. *Matt.16.b

B Ego confido de uobis in Domino, quod nihil aliud ſenſuri 1.Cor.5.a
ſitis. Cæterum qui conturbat uos, * portabit iudicium, quiſquis *Hier.23.
fuerit. Ego autem fratres, ſi circuncißionem adhuc prædico, quid Ezech.3
adhuc perſequutionem patior? Abolitum eſt igitur offendiculū Mich.4
crucis. Vtinam & amputentur, qui uos a ſtatu dimouent. Vos enī
in libertatem uocati fuiſtis, fratres, tantum, ne * libertatem in oc- Rhom.14.a
caſionem +detis+ carni: ſed per charitatem ſeruite uobis inuicem. 1.Cor.8.a
Nam tota lex in uno uerbo cōpletur, nempe hoc: * Diliges proxi *Leui.19.e
mum tuum, ut teipſum. Quod ſi alius alium uiciſſim mordetis & Matth.19.c
deuoratis, uidete, ne uiciſſim alius ab alio conſumamini. 22.d

C Dico autem, ſpiritu ambulate, & * cōcupiſcentiam carnis ne- Rhom.13.b
quaq; perfeceritis. Nā caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū, ſpiritus au *1.Pet.2.b
tē aduerſus carnē. Hæc autem inter ſe mutuo aduerſantur, ut non
quæcunq; uolueritis, eadem faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini, nō
eſtis ſub lege.* Porro manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt hæc: 1.Tim.5.c
adulterium, ſcortatio, immundicia, laſciuia, ſimulachrorum cul-
tos, ueneficiū, inimicitię, lis, *æmulationes, iræ, concertationes, ſe- 2 Cor.12.c
ditiones, ſectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, commeſſationes, & his
ſimilia: de quibus prædico uobis, quēadmodū & prædixi, * quod 1 Cor.6.b
qui talia agunt, regni Dei hæredes non erunt. * Contra, fructus Ephe.5.a
ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fi- Tit.2
des, manſuetudo, temperantia.* Aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Apoc.22.
* Qui uero ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt, cum adfectibus *Ephe.5.b
& concupiſcentijs. Si uiuimus ſpiritu, ſpiritu & incedamus. *1.Tim.1.b
Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem+ nos+ prouocantes, *Rho.13.b
inuicem inuidentes. 1.Pet.2.b

Hæc fides coram Deo & iuſtificat & ſaluat. Non autem ea quæ tantum in intellectu eſt, ſed quæ uiua & in uoluntate. Nā Deus nō reſpicit uanā cognitionē. Imò ſi quæ uera eſt fides, ea efficax eſt, & ui ſuā exerit per dilectionē ut ignis, ſuā uirtutē declarat per calorē.

CAPVT SEXTVM.

FRatres, etiam ſi occupatus fuerit homo in aliquo delicto, A
uos qui ſpirituales eſtis, inſtaurate huiuſmodi ſpiritu mã-
ſuetudinis: conſiderans temetipſum, ne & tu tenteris. * In-
Ioan.13.b uicem alij aliorum onera portate, & ſic readimplete legẽ Chriſti.
Rhom.15.a Nam ſiquis uidetur ſibi aliquid eſſe, quum nihil ſit, ſuum ipſe fal-
lit animum. Opus autem ſuum probet unuſquiſq;, & tũc in ſemet-
ipſo tãtum gloriationem habebit, & nõ in alio. * Vnuſquiſq; enĩ
Rhom.14.b propriam ſarcinam baiulabit.
* Communicet autem qui catechizatur ſermone, ei qui ſe ca-
Rhom.15.d techizat in omnibus bonis. Ne erretis, Deus non irridetur.
1.Cor.9.b * Quicquid enim ſeminauerit homo, hoc & metet. Quoniam qui
*Luc.16.d ſeminat in carnem ſuam, de carne metet corruptionem: ſed qui ſe
minat in ſpiritum, de ſpiritu metet uitam æternam. * Bonum au-
2.Theſſ.3.b tem faciendo, ne defatigemur. Tempore enim ſuo metemus, non
defatigati. Itaq; dum tempus habemus, operemur bonum, quum
erga omnes, * tum uerò maximè erga domeſticos fidei.
1Tim.5.a Videtis, quãta uobis epiſtola ſcripſerĩ mea manu. Quicunq; uo B
lũt iuxta faciem placere in carne, hi cogunt uos circuncidi: tantum
ne ob crucem Chriſti perſequutionem patiantur. Nam qui
circunciduntur, ne ipſi quidem legem ſeruant, ſed uolunt uos
circuncidi, ut in ueſtra carne glorientur. Ego uerò, abſit,
Gala.5.a ut glorier, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi
mundus crucifixus eſt, & ego mundo. * Nam in Chriſto Ieſu, neq;
Pſal.124.a circunciſio quicquam ualet, neq; præputium, ſed noua creatura.
* Et quicunq; iuxta regulam hanc incedunt, pax ſuper eos, & mi
2.Cor.4.b ſericordia, & ſuper Iſraëlem Dei. De cætero, ne quis ᵃ mihi mo-
leſtias exhibeat. * Ego enĩ ſtigmata Dñi Ieſu in corpore meo por
to. Gratia Dñi noſtri Ieſu Chriſti cũ ſpiritu ueſtro, fratres. Amẽ.

Ad uerbum: Labores mihi nullus exhibeat. Et ſtigmata Domini Ieſu, ſunt cruces, carceres & uibices, unde ſe fidelem ſeruum Chriſti eſſe declarat.

AD GALATAS MISSA FVIT E RHOMA.

APOSTOLI AD EPHESIOS.
CAPVT PRIMVM.

PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatem Dei,
A ſanctis qui agunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu,
Gratia uobis & pax a' Deo patre noſtro, & Domino 2. Cor. 1. a
Ieſu Chriſto. Gala. 1. a
*Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu 1. Pet. 1. a
Chriſti, qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali, in[a] ſuper
cœleſtibus, Chriſto.* Quemadmodum elegit nos in ipſo, ante- Ioan. 15. b
quàm iacerentur fundamenta mundi, ut eſſemus ſancti, & irre- 2. Tim. 1. b
prehenſibiles coràm illo per charitatem: qui nos [b] in adoptionem
filiorum prædeſtinauit, per Ieſum Chriſtum in ſeſe pro adfectu
propenſo uoluntatis ſuæ, ut laudetur gloria gratię ſuæ, qua cha
ros nos reddidit per* dilectum. Matt. 3. b
B *Per quem habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, re- 17. a
miſſionem delictorum, iuxta diuitias gratiæ ſuæ, de qua uber- *Collo. 1. b
tim nobis inpertiuit, in omni ſapientia & prudentia, *patefacto Hebr. 1. a
nobis arcano uoluntatis ſuæ, iuxta beneplacitum ſuũ, quod pro- *Col. 1. c
poſuerat in ſeipſo, uſq; ad diſpenſationem * plenitudinis tempo- *Gala. 4. a
rum: ut ſummatim inſtauraret omnia per Chriſtũ, & quæ in cœ- Rhom. 8. d
lis ſunt, & quæ in terra per eundem, per quem & in ſortem aſciti
ſumus, *prædeſtinati ſecundum propoſitum ipſius, qui operatur
uniuerſa, iuxta decretum uoluntatis ipſius: ut ſimus nos in laudẽ
gloriæ illius, qui priores ſperauimus in Chriſto.

In quo *ſperatis * & uos, audito uerbo ueritatis, Euangelio ſa-
lutis ueſtræ, in quo etiam poſteaquàm credidiſtis, *obſignati eſtis Rhom. 8. b
ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ, 2. Cor. 1. b
in redemptionem acquiſitæ poſſeſſionis, in laudem glorię ipſius. 5. a
C *Quapropter & ego, quum audiſſem eam, quæ eſt in uobis, fi- *Philip. 1. b
dem, in Domino Ieſu: & charitatem in omnes ſanctos, non deſino Col. 1. a
gratias agere pro uobis, mentionem ueſtri faciens in precibus me 2. Theſſ. 1. b
is: ut Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, *pater gloriæ, det uobis *Ioan. 6. e
ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis, per agnitionem ſui, illumina-

tos oculos mentis ueſtræ:ut ſciatis,quæ ſit ſpes,ad quam ille uoca
uit,& quam opulenta gloria hæreditatis illius in ſanctis, & quæ
ſit excellens magnitudo potentiæ illius in nos, qui credimus ſecū
dum efficaciam roboris fortitudinis eius,quam exercuit in Chri
ſto,quum ſuſcitaret eum ex mortuis,*& ſedere fecit ad dexteram C
Psal.109.a ſuam in ſupercœleſtibus,ſupra omnem*principatum ac poteſta-
Dani.10.a tem,& uirtutem,& dominium,& omne nomē quod nominatur,
Psal.8.b non ſolum in ſeculo hoc,uerumetiam in futuro.*Et omnia ſubie-
Ephe.4.b cit ſub pedes illius,& eū dedit*caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ,
5.b quæ eſt corpus illius,complementum eius,qui omnia in omnibus
Col.1.b adimplet.

[a] *Aliud eſt, in cœleſtibus. Hic autē eſt ἐπουρανίοις, id eſt, ſupercœleſtibus, quanquā ſenſus nihil uariat, uocantur enim ſupercœleſtia, quæ ſunt in cœlis ſicut, ἐπίγεια, Ioannis 3. quæ in terris aut quæ terrena ſunt.* [b] *In adoptionē filiorum, id eſt, in adoptatos filios deſignauit.*

CAPVT SECVNDVM.

ET*uos quum eſſetis mortui delictis ac peccatis,in quibus A
Col.1.2.b aliquando ambulaſtis,iuxta ſeculum mundi huius, iuxta
principem, cui poteſtas eſt aëris,qui eſt ſpiritus, nunc a-
Col.3.a gens in filiis[a]contumacibus, *inter quos & nos omnes conuerſa-
bamur aliquando,in concupiſcentiis carnis noſtrę, [b]facientes quę
carni ac menti libebant:& eramus natura filii iræ,quemadmodū
& cæteri.

Sed Deus, q diues eſt in miſericordia,propter multā charitatē
ſuā qua dilexit nos, etiā quū eſſemus mortui per delicta,cōuiui-
ficauit+nos+una cū Chriſto,(*Per gratiā eſtis ſeruati)ſimulq; cū
Esa.25.b eo reſuſcitauit,& ſimul cum eo ſedere fecit inter ſupercœleſtes,
Act.15.b per Chriſtum Ieſum,ut oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus e-
minentem opulentiā gratiæ ſuæ,benignitate erga nos,per Chri
ſtum Ieſum. Gratia enim eſtis ſeruati per fidem, idq; non ex uo-
bis. Dei donum eſt,non ex operibus,ne quis glorietur. Nam ipſi- B
Tit.3.b us ſumus opus,conditi in Chriſto Ieſu*ad opera bona,quæ præ-
Philip.3.a parauit Deus,ut in eis ambularemus.
Col.2.b Quapropter mementote,quod uos quondam gentes in carne,
uocabamini præputiū,ab ea,quæ uocatur*circuncisio in carne,
quæ+circuncisio+manibus fit:quod,+inquam+,eratis in tempore

illo ſine Chriſto, abalienati à republica Iſraëlis, et extranei à teſta
mentis promiſſionis, *ſpem non habẽtes, [c] Deoq́ carentes in mũ- Rhom. 15. b
do. Nunc autem per Chriſtum Ieſum uos, qui quondam eratis lõ
ginqui, propinqui facti eſtis per ſanguinem Chriſti.

C Ipſe enim eſt *pax noſtra, qui fecit ex utriſq; unum, & interſti Eſa. 9. b
tium maceriæ diruit: ſimultatem per carnem ſuam, [d] legem man- Col. 1. b
datorũ in decretis *ſitam*, abrogans, ut duos conderet in ſemet-
ipſo in unum nouum hominem: faciens pacem, et ut reconciliaret
ambos in uno corpore Deo per crucẽ, perẽpta inimicitia per eã:
& ueniens *euangelizauit pacem uobis, qui procul aberatis, & Eſa. 57. c
ijs, qui propè. Quoniam* aũt* per illum habemus aditum utriq; Luc. 2.
in uno ſpiritu, ad patrem.

Iam igitur non eſtis hoſpites, & incolæ, ſed conciues ſanctorũ,
ac domeſtici Dei, ſuperſtructi ſuper *fundamentum apoſtolorũ, 1. Cor. 3. b
ac prophetarũ, ſummo angulari lapide *ipſo Ieſu Chriſto, in quo, *1. Pet. 2. a
quæcunque ſtructura coagmentatur, ea creſcit in templum ſan-
ctum in Domino: in quo & uos coædificamini in habitaculum
Dei per ſpiritum.

[a] *Græca ad uerbum habent: In filijs inobedientiæ, idq́; ſecundum phraſim Hebræam.*
[b] *Ad uerbum, facientes uoluntates carnis, & mentium, aut conſiliorum mentis. Porrò quæ carni libent, ſunt gula, ebrietas, res uenerea, etc. Et quæ menti, ſunt hæreſes, perfidia, inuidia &c.* [c] ἄθεοι, *anumines, ſine Deo. Ita ſine Chriſto fuerunt, & ſine Deo. Germanicè Gottloos, ende Chriſtloos.* [d] *Intellige legem, quæ lex naturæ non ſit. Siquidem hæc, non eſt ſita in decretis. Neq; interſtitiũ fuit, quod inter Iudæos & Gẽtes dirimebat, quodq́; ſimultas, aut ſimultatis cauſſa fuit.*

CAPVT TERTIVM.

A HVius rei gratia ego Paulus *uinctus ſum Chriſti Ieſu, pro Act. 21. d
uobis gentibus. Siquidẽ audiſtis diſpenſationem gratiæ
Dei, [a] quæ data eſt mihi in uos, quod ſecũdũ *reuelationẽ
B notum mihi fecit myſterium, quemadmodum ante ſcripſi paucis, Act. 13. a
ex quibus poteſtis legentes, intelligere cognitionem meam in my 12. b
ſterio Chriſti, quod in alijs ætatibus nõ innotuit filijs hominum, *Gal. 1. b
quemadmodum nunc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius, & pro
phetis per ſpiritum, ut ſint gentes cohæredes, & eiuſdem corpo-
ris, conſortesq́ promiſſionis eius in Chriſto, per Euangelium,
cuius

cuius factus ſum miniſter, ſecundum donum gratiæ Dei, quod da-
tum eſt mihi ſecundum efficaciam potentiæ illius.

1.Cor.15.a *Mihi minimo omnium ſanctorum data eſt gratia hæc, ut in-
Col.2.c ter gentes euangelizem imperueſtigabiles diuitias Chriſti: & in B
lucem proferam omnibus, quæ ſit cõmunio * myſterij, quod erat
abſconditum a ſeculis in Deo, qui uniuerſa condidit per Ieſum
Chriſtum, ut[a] innoteſcat nunc principatibus, ac poteſtatibus in
ſupercœleſtibus, per Eccleſiam, uehemẽter uaria ſapientia Dei,
ſecundum præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu
Domino noſtro, per quem habemus audaciam, & aditum cum
Phil.1.b fiducia, quę eſt per fidẽ illius. *Quapropter peto, ne deficiatis ob
2.Teſſ.3.a adflictiões meas, *quas *pro *uobis *tolero *, quę eſt gloria ueſtra.
*Col.1.c Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini noſtri C
Ieſu Chriſti, ex quo omnis [b] parentela, in cœlis & in terra nomi-
natur, ut det uobis iuxta diuitias gloriæ ſuæ, ut fortitudine cor-
roboremini per ſpiritum ſuum, in internum hominem, ut inhabi-
tet Chriſtus per fidem in cordibus ueſtris, fixis in charitate radi-
cibus, & fundamento iacto, ut ualeatis adſequi cum omnibus ſan-
ctis, quæ ſit latitudo, & lõgitudo, & profunditas, & ſublimitas:
cognoſcereq́ꝫ præeminentem cognitionis dilectionem Chriſti,
ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Matt.6.b Ei uero, *qui poteſt cumulatè facere ultra omnia, quę petimus
aut cogitamus, iuxta uim agentem in nobis, ſit gloria in Eccleſia
per Chriſtum Ieſum, in omnes ætates ſeculi ſeculorum. Amen.

[a] *Igitur & Angelis olim incognita fuit illa ſapientia Dei, illud myſterium, quod in ſo-
lo Deo fuit abſconditum, quodq́ꝫ nunc per Chriſtum reuelauit, & miniſterio Eccleſiæ pro
pagauit.* [b] *Gracè* πατριὰ *parentela* ἀπὸ τοῦ πατρὸς *id eſt, à patre, aut parente. Verti
igitur: Omnis parentela, quod latinius reddi poteſt, per, omnis familia.*

CAPVT QVARTVM.

Gene.17.a HOrtor itaqꝫ uos ego uinctus in Dño, * ut ambuletis ita, A
2.Cor.7.b ut dignum eſt uocatione, qua uocati eſtis, cum omni ſub-
Phil.2.b miſſione ac manſuetudine, cum animi lenitate, tolerãtes
Col.1.a uos inuicẽ per charitatẽ, ſtudẽtes ſeruare unitatem ſpiritus, per
2.Teſſ.4.a uinculũ pacis. Vnũ corpus, & unus ſpiritus, quemadmodum &
uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ. Vnus Dominus, una fi-
des,

des,unum baptiſma , unus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper
omnia,& per omnia,& in omnibus uobis.

*Verum unicuiq; noſtrûm data eſt gratia * iuxta menſuram donatiōis Chriſti. Quapropter dicit:*Quum aſcendiſſet in altū, captiuā duxit captiuitatem,& dedit dona hominibus. Cæterùm illud,aſcendit,quid eſt,niſi quòd etiam deſcenderat prius in infimas partes terræ? * Qui deſcendit,idem ille eſt , qui etiam aſcendit ſupra omnes cœlos,ut impleret omnia. * Et idem dedit,alios quidem apoſtolos,alios uerò prophetas,alios autem euāgeliſtas, alios autem paſtores ac doctores,ad inſtaurationem ſanctorum in opus adminiſtrationis,in ædificationem corporis Chriſti,donec perueniamus omnes in unitatem fidei,& agnitionis filij Dei, in uirum perfectum,in menſuram ætatis plenè adultæ Chriſti:* ut non amplius ſimus pueri, qui fluctuemus,* & circumferamur quouis uento doctrinæ,per uerſutiam hominum, per*aſtutiam, ad circumuentionem impoſturæ.

Rhom. 12.a
B 1. Cor.12.a
*Ioan.3.c
*Pſal.67.c
Eſa. 45. a
*Ioan.3.b
1 Cor. 12.c
C
1.Cor.14.c
*Col.2.a

B Sed ueritatem ſectantes in charitate,adoleſcamus in illum per omnia,*qui eſt caput,*nempe* Chriſtus. Ex quo*totum corpus, dum coaptatur,& compingitur per omnem commiſſuram ſubminiſtrationis, iuxta actum,in mēſura,uniuſcuiuſq; partis,incremētum corporis facit,in ædificationem ſuijpſius,per charitatem.

Eph.1.c.5.e
*Rho.12.a
1. Cor.12.b

Hoc itaq; dico,& teſtor per Dominum ,*ne poſthâc ambuletis,quemadmodum & reliquæ gētes ambulant in uanitate mētis ſuæ, dum mentem habent obtenebratam,abalienati à uita Dei, propter ignorantiam quæ eſt in illis,& excæcationem cordis eorum:qui poſteaquam dolere deſierint, ſemetipſos dediderunt laſciuię,ad patrandum immunditiam omnem,cum auiditate. Vos autem non ſic didiciſtis Chriſtum . Siquidem illum audiſtis,& in eo docti fuiſtis,quemadmodum eſt ueritas in Ieſu,* deponere iuxta priorem conuerſationē , ueterem hominem , qui corrumpitur iuxta concupiſcentias erroris:renouari uerò ſpiritu mētis ueſtrę, & induere nouum hominem , qui iuxta Deum conditus eſt, per iuſtitiam & ſanctitatem ueritatis.*Quapropter depoſito mendacio,*loquamini ueritatem quiſq; proximo ſuo:quoniā ſumus inuicē membra.*Iraſcimini,& ne peccetis:ſol nō occidat ſuper irā

Rhom.1.c
1.Pet.4.c
C
Rhom.6.a
Col.3.a
*1 Pet.2.a
Zach.8.c
*Matt.5.d
*Pſal.4.a

ueſtram:necꝗ detis locum calumniatori. Qui furabatur, non am-
2. Teſſ. 3. a plius furetur: magis autem* laboret operando manibus, quod bo
num eſt, ut poſſit impertiri ei, qui opus habuerit.
Matt. 12. d *Omnis ſermo ſpurcus ex ore ueſtro non procedat: ſed ſiquis
Ephe. 5. a eſt bonus[b] ad ædificationẽ utilitatis, ut det gratiã audiẽtibus. Et
ne contriſtetis ſpiritũ ſanctũ Dei, per quẽ* obſignati eſtis in diẽ
2. Cor. 1. c redẽptionis. Omnis amarulentia, & timor, & ira, & uociferatio,
*Col. 3. b & maledicẽtia tollatur à uobis, cũ omni malitia. *Sitis aũt inuicẽ
*Mat. 6. b alius in alium comes, miſericordes, *gratis donantes uobis inui-
cem, quemadmodum & Deus per Chriſtũ gratis donauit uobis.

[a] *Eraſmica periphraſis ſic habet: per aſtutiam, qua nos adoriuntur, ut imponant nobis.*
[b] *Ad ædificationem utilem, aut neceſſariam.* πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας.

CAPVT QVINTVM.

Sitis igitur* imitatores Dei, tanquam filij dilecti, ut ambu- A
Mat. 5. e letis in dilectione, quemadmodũ & Chriſtus dilexit nos,
Ioan. 13. b *& tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationẽ & uictimã
*Gala. 2. c Deo, in odorem bonæ fragrantię. Cæterum ſcortatio, & omnis
Ephe. 5. c immunditia, aut auaritia, *ne nominetur quidem inter uos, ſicut
Exo. 23. b decet ſanctos: *aut obſcœnitas, aut ſtultiloquiũ, aut[a] facetia: quæ
Eccl. 32. c nõ cõueniunt, ſed magis gratiarum actio. Nam hoc ſcitis, quòd
*1. Cor. 6. b omnis ſcortator, aut immundus, aut auarus, qui eſt ſimulachrorũ
Col. 3. a cultor, non habet hæreditatẽ in regno Chriſti & Dei.* Ne quiſ-
Col. 2. a quàm uos decipiat inanibus ſermonibus. Propter hæc em̃, uenit
ira Dei, in filios inobedientes. Ne ſitis igitur conſortes illorum.
1. Theſſ. 5. a Eratis enim quondam tenebræ, *nunc autem lux in Domino. B
Gala. 5. c Vt filij lucis ambulate, (Nam* fructus ſpiritus* ſitus eſt* in om
ni bonitate, & iuſtitia, & ueritate) probantes, quid ſit acceptum
Dño: & ne commercium habueritis cum operibus infrugiferis te
nebrarum, quin* ea* potius etiam arguite. Nam quę ſecretò fiunt
ab iſtis, turpe eſt uel dicere.* Sed omnia dũ produntur à luce, ma
nifeſta fiunt. Nã quicquid manifeſtum redditur, lumen eſt. Qua-
*Ioan. 3. c propter dicit: *Expergiſcere, qui dormis, & ſurge à mortuis, &
*Eſa. 60. a illuceſcet tibi Chriſtus.
Rhom. 13. b *Videte igitur, quo modo circumſpectè ambuletis, non ut in-
Col. 4. a ſipientes, ſed ut ſapientes, *redimentes occaſionem, quòd dies ma
Rhom. 12. b li ſint.

li ſint. Propterea, ne ſitis imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit*
uoluntas Domini.*Et ne inebriemini uino, in quo luxus eſt:*ſed Rhom.12.a
impleamini ſpiritu,*loquẽtes uobismetipſis per pſalmos, & hym 1.Theſſ.4.a
nos, & cantiones ſpirituales,* canentes ac pſallentes in corde ue- *Eccl.31.c
ſtro Dño,*gratias agẽtes ſemper de omnibus, in noie Dñi noſtri *Act.2.b
Ieſu Chri, Deo & patri, ſubditi uiciſſim alius alij, cũ timore Dei. *Col.3.b
C *Vxores, proprijs uiris ſubditæ ſitis, ueluti Dño.* Quoniã uir *Pſal.95.a
eſt caput uxoris, quẽadmodũ & Chriſtus*eſt*caput Eccleſiæ:& *1Theſ.5.c
idem eſt, qui ſalutẽ dat corpori. Itaq; quemadmodũ Eccleſia ſub- Col.3.c
dita eſt, Chriſto, ſic & uxores ſuis uiris*ſubditę ſint*in omnibus. 1.Pet.3.a *1.Cor.11.a

Viri, diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiã, *& ſemetipſum expoſuit pro ea, ut illã ſanctificaret,*mundatam lauacro aquæ per uerbum, ut adhiberet eã ſibiipſi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculã, aut rugam, aut quicquam eiuſmodi: ſed ut eſſet ſancta, & irreprehenſibilis. Sic debent uiri diligere ſuas uxores, ut ſua ipſorum corpora. Qui diligit ſuã uxorem, ſeipſum diligit. Nullus enim unquam ſuam ipſius carnem odio habuit, imò enutrit, ac fouet eam: ſicut & Dñs Eccleſiam. Quoniam membra ſumus corporis eiuſdẽ, ex carne eius, & ex oſſibus eius. *Huius rei gratia relinquet homo patrem ac matrem, & adglutinabitur ad uxorem ſuam: eruntq; duo in carnem unam. Myſterium hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſtum, & in Eccleſiam. Veruntamen et uos ſingulatim, unuſquiſq; ſuam ipſius uxorem ſic diligat, ut ſeipſum: uxor autem ut timeat maritum.

Ephe.5.a Gala.2.c *Pſal.50.a Tit.3.a 1Pet.3.c Gene.2.d

* *Græcè εὐτραπελία, id eſt, iocularitas, teſte Hieronymo.*

CAPVT SEXTVM.

A Fillij,*obedite parentibus ueſtris in Dño: nã id eſt iuſtum. Honora patrem tuum, & matrem,*quod eſt præceptum primũ in promiſſione, ut bene ſit tibi, & ſis longæuus in terra. Patres, ne prouocetis ad iram liberos ueſtros, ſed educetis eos per eruditionem, & correptionem Domini.

Col.3.c Exod.20.b

*Serui, obedite ijs, qui Domini ſunt iuxta carnem, cum timore ac tremore, cum ſimplicitate cordis ueſtri, tanquam Chriſto: non ad oculum ſeruientes, uelut hominibus placere ſtudentes, ſed tanquam ſerui Chriſti, facientes quæ uult Deus, ex animo, cum bene

Col.3.c Tit.2.b 1.Pet.2.c

uolentia, ſeruientes Domino & non hoĩbus: *illud* ſcientes, quòd
Eccle.33.d unuſquiſq; quod fecerit boni, hoc reportabit à Domino, ſiue ſer-
Col.3.c uus ſiue liber *fuerit*. * Et *uos* dñi, eadem facite erga illos, re-
*Act.10.d mittentes minas: ſciẽtes, quòd & ueſter ipſorum Dominus eſt in
Rhom.2.b cœlis, *nec perſonæ reſpectus eſt apud illum. B
Col.3.b
1.Pet.5.b

Quod ſupereſt fratres mei, ſitis fortes per Dominum, perq́; potentiam roboris Illius. Induite totam armaturam Dei, ut poſſitis ſtare aduerſus aſſultus diaboli. Quoniam non eſt nobis lucta aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundipotentes, tenebrarum ſeculi huius aduerſus ſpũales aſtutias in ſupercœleſtibus. Quapropter adſumite uniuerſam armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & omnibus peractis ſtare.

Exo.28.a *State igitur lumbis circumcinctis *baltheo* per ueritatem, &
Deut.23.b induti thoracẽ iuſtitiæ, & calceati pedibus, ut parati ſitis ad Eu-
Pſal.131.a angelium pacis: ſuper omnia adſumpto ſcuto fidei, quo poſſitis
Eſa.11.a omnia iacula mali illius ignita extinguere. Galeam'q; ſalutaris ac
2Cor.10.a cipite, &[a] gladium ſpiritus, qui eſt uerbũ Dei, *in omni deprecati C
Sap.5.c one & obſecratione, orantes in omni tẽpore, in ſpiritu: & ad hoc
*Luc.18.a ipſum uigilantes, cum omni ſedulitate & deprecatione, pro omni-
1.Theſ.5.c bus ſanctis, & pro me: *ut mihi detur ſermo in apertiõe oris mei,
2.Theſſ.3.a cum libertate, ut notum faciam myſterium Euangelij, ſuper quo
Col.4.a legatione fungor in catena, *ut in eo liberè loquar, ſicut oportet
*Act.4.c me loqui.

Vt autẽ ſciatis & uos, quę ad me pertinent, quid agam, de omnibus uos certiores reddet Tychicus dilectus frater, & fidus miniſter in Domino: quẽ miſi ad uos in hoc ipſum, ut cognoſceretis de rebus noſtris, & conſolaretur corda ueſtra.

Pax fratribus, & charitas cum fide, à Deo patre, & Domino Ieſu Chriſto. Gratia *ſit* cum omnibus diligentibus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cum ſynceritate. Amen.

[a] *Græca ad uerbum ſic habent: Et gladium ſpiritus, quod eſt uerbum Dei, per omnem deprecationem & obſecrationem.*

MISSA FVIT E RHOMA AD EPHESIOS PER TYCHICVM.

EPISTOLA D. PAULI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

CAPUT PRIMUM.

A Paulus ac Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt* Philippis, unà cum Epiſcopis ac * diaconis. * Gratia uobis & pax, à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Act. 16. b *Act. 6. a *2. cor. 1. a Gala. 1. a

* Gratias ago Deo meo in omni memoria ueſtri, ſemper in omni precatione mea, pro omnibus uobis, cum gaudio precationem faciens, * propter communicationem ueſtram in Euangelium, a primo die uſq; ad hoc tempus: perſuaſum habens hoc ipſum, quòd is, qui cœpit in uobis * opus bonum, perficiet, uſq; ad diem Ieſu Chriſti: ſicut iuſtum eſt mihi, ut hoc ſentiam de omnibus uobis, propterea quòd habeam uos in corde, & in uinculis meis, & in defenſione, & confirmatione Euangelij, quum ſitis omnes mihi conſortes gratiæ. *Col. 1. a 2. Theſſ. 1. a Ioan. 6. d

B * Teſtis enī mihi eſt Deus, quàm deſiderē uos omnes in uiſceribus Ieſu Chriſti. * Et illud oro, ut charitas ueſtra adhuc magis ac magis exuberet in agnitione, omniq; intelligētia: ut probetis quæ ſunt præſtantia, ut ſitis ſynceri, & inoffenſi, in diem Chriſti: impleti fructibus iuſtitiæ, qui ſunt per Ieſum Chriſtum, ad gloriam & laudem Dei. 2. Theſ. 2. a Ephe. 1. a Col. 1. a 2. Theſſ. 1. b

* Scire autem uos uolo fratres, quòd, quæ mihi acciderunt, magis ad profectum Euangelij uenerunt, ita, ut uincula mea manifeſta facta ſint in Chriſto in toto prætorio, ac cæteris omnibus: utq; plures ex fratribus in Domino, freti uinculis meis, uberius auderent impauidè ſermonem loqui. Nonnulli quidem per inuidiam & contentionem, nonnulli uerò & propter bonam uoluntatē prædicant Chriſtum. Alij quidem ex contentione Chriſtum annunciant non purè, exiſtimantes, *ſeſe* adflictionē addere uinculis meis: alij rurſus ex charitate, ſciētes, quòd in defenſionē Euangelij conſtitutus ſim. Ephe. 3. b

Quid enim? Attamen quouis modo, ſiue per occaſionem, ſiue per ueritatem, Chriſtus* tamen* annunciatur: & in hoc gaudeo, quin etiam gaudebo. Noui enim, quód hoc mihi cedet in ſalutem, (2.Cor.1.b) * per ueſtram deprecationem, & ſubminiſtrationem ſpiritus Ieſu Chriſti, ſecundum expectationem & ſpem meam, quód nulla in re pudefiam: ſed cum omni libertate, ut ſemper, ita nunc quoq; magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per uitã, ſiue per mortem. Nam mihi [b] uiuere, Chriſtus *eſt*: & mori, lucrum.

Quód ſi contingat uiuere in carne, ea res mihi fructus eſt operis: & quid eligam ignoro. (2.Re.24.e) * Coartor enim ex his duobus, *deſiderans diſſolui: & eſſe cum Chriſto, multó longeq; melius eſt. (*2.Cor.5.a) Cæterúm manere in carne, magis neceſſarium propter uos. Et hoc certó ſcio, quód manſurus ſim, & cum omnibus uobis permanſurur ſim, in ueſtrum profectum, & gaudium fidei: ut gloriatio ueſtra exuberet per Chriſtum Ieſum, in me, per meum ad uos reditum.

(Ephe.5.a, Col.1.a, 1.The.4.a) * Tantum, ut dignum eſt Euangelio Chriſti, conuerſemini: ut ſiue quum uenero, & uidero uos, ſiue abſens ſim, audiam de rebus ueſtris, quód ſtetis in uno ſpiritu, una anima [c], pariter pro fide Euangelij certantes: nec in ullo terreamini ab aduerſarijs, quæ illis quidem eſt cauſſa perditionis, uobis autẽ ſalutis, & hoc á Deo. Quia uobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eum credatis, uerumetiam ut pro illo patiamini: idem certamen habentes, quale uidiſtis in me, & nunc auditis in me.

[a] Quód uos conſortes facti eſtis Euangelij. [b] Chriſti cauſſa uiuo, & meo lucro, meoq; commodo morior. [c] Concertando, Euangelicam fidem adiuuantes.

CAPVT SECVNDVM.

SI qua igitur conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium dilectionis, ſi qua cõmunio ſpũs, ſi qua uiſcera ac miſerationes, (Rhom.12.c) complete meum gaudium: * ut idem ſentiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idem ſentientes. (2.Cor.5.a) Nequid fiat per* cõtentionẽ, aut per inanem gloriam: ſed per humilitatem animi, alium quiſq; ſe præſtantiorem exiſtimet. Ne ſua quiſq; ſpectetis, ſed unuſquiſq; quæ ſunt aliorum.

(2.Pet.2.c) * Is enim adfectus ſit in uobis, qui fuit & in Chriſto Ieſu: qui quum

quum eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt, * ut eſſet
equaliter Deo: *ſed ſemetipſum inaniuit, forma ſerui ſumpta, *in Pſal. 8.b
ſimilitudine hominum conſtitutus, & figura repertus ut homo, *Heb. 5.a
humilem præbuit ſemetipſum, factus obediens *uſq; ad mortẽ, Matt. 28.b
mortem autem crucis. Quapropter & Deus illum in ſummã extu Heb. 2.b
lit ſublimitatem, ac donauit illi nomen, quod eſt ſupra omne no-
mẽ, *ut in nomine Ieſu omne genu ſe flectat, ſupercœleſtiũ, & ſu- Eſa. 45.c
perterreſtrium ac ſubterraneorum: omniſq; lingua confiteatur, Dani. 7.c
* quod Dominus *ſit* Ieſus Chriſtus, ad gloriam Dei patris. Act. 2.d

B Proinde dilecti mei, quemadmodum ſemper obediſtis, non tan Rhom. 14 b
quã * in præſentia mea ſolum, ſed nunc multo magis in abſentia Act. 16.b
mea, cum timore ac tremore ueſtram ipſorum ſalutem operemini.
* Nam Deus eſtis, qui agit in uobis, & ut uelitis, & ut efficiatis, Deut. 8.d
* pro bona uoluntate.* Oĩa facite ſine murmurationibus ac diſce- Ezec. 36.e
ptationibus, ſitis *tales*, ut nemo de uobis queri poſſit, ſynceriq;, 2. Cor. 3.a
filij Dei, * irreprehenſibiles in medio nationis prauæ, ac tortuoſę, Heb. 13.d
*inter quos lucete tanquam luminaria in mundo, ſermonem uitæ *1. Pet. 4.b
ſuſtinentes, * ut gloriari poſſim in diem Domini, quod non in ua- *1. Pet. 2.b
num cucurrerim, nec in uanum laborauerim. * Quin etiam ſi im- *Matt. 5.b *2. Cor. 1.c
molor ſuper hoſtia, ſacrificioq; fidei ueſtræ, * gaudeo, & congau- 1. The. 2.c
deo omnibus uobis. Ob id ipſum autem & uos gaudetis, & con- *Col. 1.c
gaudetis mihi. *Rho. 12. b

Spero autem in Domino Ieſu, me * Timotheum breui miſſurũ Act. 16.a
uobis, * ut & ego lęto ſim animo, cognito ſtatu ueſtro. Neminem *1. The. 3.b
enim habeo, pari mecũ animo præditum, qui germane res ueſtras
curaturus ſit. * Nam omnes quæ ſua ipſorum ſunt, quærũt, non 1. Cor. 13.a
C quæ Chriſti Ieſu. Porro probationẽ eius noſtis, quod ut filius me-
cum, ueluti cum patre, ſeruierit in Euangelium. Hunc igitur ſpe-
ro me miſſurum, mox ubi uidero mea negotia. *Confido autem in Phili. 1.d
Domino, quod & ipſe breui uenturus ſim.

Sed operæ pretium arbitratus ſum, Epaphroditum fratrem, & collegam, & commilitonem meum, ueſtrum autem apoſtolum, quiq; mihi ſubminiſtrat in neceſſitate mea, mittere ad uos. Quandoquidem deſiderabat omnes uos, anxius animi, propterea quod audiſſetis, eum infirmatũ fuiſſe. Et certe fuit infirmus, ita, ut eſſet

uicinus

uicinus morti,ſed Deus miſertus eſt illius: at non illius tantum,ſed & mei,ne dolorem haberem ſuper dolorem.

Studioſius itaq; miſi illum,ut quum uideritis illum,denuò gaudeatis,& ego magis uacem dolore. Excipite igitur illum in Domino,cum omni gaudio: * & qui huiuſmodi ſunt,eos in precio habete: quoniam propter opus Chriſti eò acceſſit,ut morti proximus fuerit, non habita ratione uitæ,ut suppleret id,quod in ueſtro erga me officio,fuit diminutum.

Rhom.15.b Matt.10.d 1.Tim.5.c

a *Vt ſecum eſſet pari modo,quo cum Deo, aut ut ſe æqualiter haberet,nempe in magnificentia,& dignitatis gloria.* b ἐυδοκίαν τοῦ θεοῦ. *Theologi bonam uoluntatem eſſe dicunt.Quod cum Diodôri ſignificatione conuenit.Vt ſcribit Budæus in ſuis linguæ Græcæ commentarijs.*

CAPVT TERTIVM.

QVod ſupereſt fratres mei,gaudete in Dño : eadem ſcribere uobis, me quidem haud piget , uobis autem tutum eſt. * Cauete canes , cauete malos operarios, cauete conciſionem: * Nos enim ſumus circunciſio , * qui ſpiritu Deum colimus, & gloriamur in Chriſto Ieſu,& non confidimus in carne: quanq; ego confidam etiam in carne.* Si quiſquam alius uidetur fiduciā habere in carne,ego magis + habeo +,circūciſus octauo die. * Iſraëlita ex genere,tribu * Ben Iamin , Hebræus ex Hebræis , * iuxta legē Phariſęus: * iuxta æmulationem perſequens Eccleſiam , iuxta iuſtitiam quæ eſt in lege,factus irreprehenſibilis.

*Philip.1.b Eſa.56.c *Rhom.2.c Col.2.b *Ioan.4.c Rhom.1.a 2.Cor.12.c Gene.49.d *Act.23.a 26.a 28.c

* Sed quę mihi erant lucra,ea arbitratus ſum propter Chriſtū, damnū + eſſe +. Quin etiam arbitror,omnia damnum eſſe, propter excellentiā * cognitionis Chriſti Ieſu Domini mei , propter quem omnia pro damnis duxi,arbitror'q; ſtercora eſſe, ut Chriſtum lucrificiam,ut'q; reperiar in illo,non habēs meam iuſtitiam ex lege, ſed per eam quæ per fidem eſt Chriſti , quæ eſt ex Deo iuſtitiam ſuper fide:ut cognoſcam illam,& potentiam reſurrectionis illius, & communionem adflictionum illius , * dum conformis fio morti eius,ſi quomodo pertingam ad reſurrectionem mortuorum.

*Act.9.a Gala.1.b *Matt.13.f Ioan.17.a Col.2.a Rhom.6.a

Non quòd iā adpręhenderim,aut iā perfectus ſim, ſed ſector,ſi etiam adpræhendam,quatenus & adpręhenſus ſum à Chriſto Ieſu.Fratres,ego meipſum nondū arbitror adſequutū eſſe. Vnū autē + illud ago +,ea quidem,quæ à tergo ſunt,obliuiſcēs,ad ea uerò

quæ

quæ à fronte ſunt, enitens, iuxta præfixum ſignũ inſequor ad pal-
C mam ſupernæ uocationis Dei, per Chriſtum Ieſum. Quotquot igi
tur perfecti *ſumus*, hoc ſentiamus: & ſi quid aliter ſentitis, hoc
quoq; uobis Deus reuelabit. Attamẽ ad *id*, quod adſequuti ſu-
mus, eadem procedamus regula, ut ſimus concordes.

* Pariter eſtote imitatores mei fratres, & conſiderate eos, qui 1.Cor.4.c
ſic ambulant, quemadmodũ habetis nos pro exemplari. Nã com- 10.d
plures ambulãt, de quibus ſæpe dixi uobis, nunc autem & flens di-
co, inimici crucis Chriſti, quorũ finis perditio *eſt*, * quorũ Deus Rhom.16.d
uenter, & gloria in dedecore ipſorum, qui terreſtria curant. * Nã Col.3.a
noſtra conuerſatio in cœlis eſt, unde & ſeruatorem expectamus,
Dñm Ieſum Chriſtũ, * qui transfigurabit corpus noſtrũ humile 1.Cor.15.f
ut cõforme reddat corpori ſuo glorioſo ſecũdum efficaciam, qua
poteſt etiam ſubijcere ſibi omnia.

** Aut, ex genere Iſraelitico ſum, et non proſelytus.*

CAPVT QVARTVM.

A PRoinde fratres mei dilecti, ac deſiderati, gaudium & coro
na mea, ſic ſtate in Dño dilecti. Euodiam obſecro, & Syn
tichen obſecro, ut ſint concordes in Dño. Sanè rogo & te
* [a] cõpar germane, adiuua eas, quæ in Euangelio decertarunt me 1.Cor.9.a
cum, unà cum Clemente quoq;, & reliquis cooperarijs meis: * quo Luc.10.b
rum nomina ſunt in libro uitę. * Gaudete in Dño ſemper, & iterũ Apoc.17.b
dico, gaudete. Modeſtia ueſtra, nota ſit omnibus hominibus. Dñs *1.The.5.c
prope *eſt*. De nulla re ſoliciti ſitis, ſed in [b] omnibus, oratione &
obſecratione, cum gratiarũ actione petitiones ueſtræ innoteſcãt
apud Deũ. * Et pax Dei, quæ ſuperat omnem intellectum, cuſto- Ioan.14.e
diet corda ueſtra, & ſenſus ueſtros, per Chriſtum Ieſum. Rhom.5.a

B Quod reliquum eſt fratres, quæcunq; ſunt uera, quæcunq;
honeſta, quæcunq; iuſta, quæcunq; pura, quæcunq; ac-
commoda, quæcunq; boni nominis, ſi qua uirtus, ſi qua laus, hæc
cogitate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & uidiſtis in
me, hæc facite, * & Deus pacis erit uobiſcum. Gauiſus ſum autem Eſa.9.b
in Dño magnopere, quod iam tandẽ reuiguiſtis, ut pro me ſentire
tis in eo quod ſentiebatis: uerũ non habuiſtis oportunitatẽ. * Non 1.Timo.6.e
quòd iuxta penuriã dicã. Nã ego didici in quibus ſum, his cõtẽtus

eſſe. Noui & humilis eſſe, noui & excellere: ubiq; & in omnibus inſtitutus ſum, & ſaturari, & eſurire, & abundare, & penuriã pati. Omnia poſſum per Chriſtum, qui me corroborat. Attamen recte feciſtis, quod ſimul communicaſtis meæ adflictioni.

Noſtis autem & uos Philippenſes, quod in principio Euangelij, quum proficiſcerer a Macedonia, nulla mihi Eccleſia communicauerit in rationem dandi & accipiendi, niſi uos ſoli. Nam & in Theſſalonica *quũ eſſem*, ſemel & iterum quod opus erat, mihi miſiſtis: non quod requiram munus, ſed requiro fructum exuberãtem in rationẽ ueſtram. Recepi tamen omnia, & abundo: expletus ſum. Poſteaq; accepi ab Epaphrodito, quæ a uobis *miſſa* fuerant, odorem bonæ fragrantiæ,* hoſtiam acceptam, gratam Deo.

Rhom.12.a
Heb.13.c

Deus autem meus ſupplebit, quicquid opus fuerit uobis, ſecundũ diuitias ſuas cum gloria, per Chriſtum Ieſum.

Deo autem & patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu. Salutant uos qui mecum ſunt, fratres. Salutant uos omnes ſancti, maxime uero qui ſunt ex Cæſaris familia. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus uobis.

Amen.

a *Ἐν παντὶ in omni. Singularem plurali numero commutauimus ob amphibologiam, quam ubiq; uitamus.* b *Compar germane reddidi ſecutus ueterem interpretem, & Theophylactum. Nam γνήσιε eſt generis maſculini. Attica autem proprietate, qua & communis generis cenſeri poſſit, non γνήσιε ſed γνήσιος rectius diceremur, ut uocandi caſus ſimilis ſit nominandi caſui. Tametſi non me lateat diuum Clementem hunc citare locum, (referente Euſebio libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ tertio) & per hunc docere uoluiſſe, quod Paulo fuerit uxor.*

SCRIPTA EST E RHOMA PER EPAPHRODITVM.

EPISTOLA D. PAV
APOSTOLI AD CO-
LOSSENSES.

CAPVT PRIMVM.

A PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatem Dei,
& Timotheus frater, his qui ſunt Coloſſis, ſanctis ac fi- Gala.1.a
delibus fratribus in Chriſto. * Gratia uobis & pax à Ephe.1.a
Deo patre noſtro, & Domino Ieſu. Phili.1.a
*Gratias agimus Deo, & patri Domini noſtri Ieſu 1.Theſ.1.a
Chriſti, ſemper de uobis, quũ oramus, quoniã audiuimus fidẽ ue-
ſtrã in Chriſto Ieſu, & charitatẽ quæ eſt erga oẽs ſanctos, pro-
pter ſpem repoſitã uobis in cœlis, de qua prius audieratis per ſer-
monem ueracem Euangelij, quod peruenit ad uos: quemadmodũ Mar.4.a
& in toto mundo * etiã fructificat, ſicut & in uobis, ex eo die quo
audiſtis, & cognouiſtis gratiam Dei per ueritatem: quemadmo- Coll.4.h
dum & didiciſtis ex* Epaphra, dilecto conſeruo noſtro, qui eſt fi-
dus pro uobis miniſter Chriſti, qui & expoſuit nobis dilectionem
ueſtram in ſpiritu.
*Propterea & nos, ex quo die audiuimus, non deſinimus pro *Ephe.1.a
uobis orare, & poſcere, ut impleamini agnitione *uoluntatis eius, Phili.1.b
in omni ſapientia, & prudentia ſpirituali, *ut ambuletis dignè Do 1.The.1.b
mino, ut per omnia placeatis, in omni opere bono* fructificantes, *2 the.4.c
& creſcentes in agnitionem Dei, omni robore corroborati, iuxta *Phil.1.d
potentiam gloriæ illius, ad omnem tolerantiam ac patientiam, cũ *Ioan.15.b
gaudio, gratias agentes patri, qui idoneos nos fecit, ad participa-
tionem ſortis ſanctorum in lumine.
B Qui eripuit nos à poteſtate tenebrarum, ac tranſtulit in regnũ 1.Ephe.a
filij ſibi dilecti,* per quem habemus redemptionem, per ſanguinẽ 2.Cor.4
ipſius, remiſſionem peccatorum.*Qui eſt imago Dei* incōſpicui, Heb.1.a
primogenitus uniuerſæ creaturæ,* quòd per illum creata ſint *Tim.6.c
omnia, quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra, uiſibilia & inuiſibilia, *Pſal.32.a
ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates. Heb.1.a

Omnia per illum, & in illum creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia, &
omnia per illum conſiſtunt.

Ephe.1.e 4.b * Et ipſe eſt caput corporis, eccleſiæ: * qui eſt principium, pri-
*1 cor.15.e mogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus ipſe primas tenens: quoni
Apo.1.a am in illo bene complacitum eſt * patri *, ut uniuerſa * plenitudo in-
*Coll.2.b habitaret, * & per eum reconciliaret cuncta erga ſe, pacifica-
*Rhom.3.c tis per ſanguinem crucis eius per eundem, ſiue quæ in terra
2.Cor.5.c ſunt, ſiue quæ in cœlis. * Et uos qui quondam eratis abalienati,
*Rhom.5.a & inimici mente in operibus malis, nunc tamen reconciliauit in
Ephe.2.a corpore carnis ſuæ per mortem, ut exhiberet uos ſanctos & irre-
Coll.2.b prehenſibiles, & * inculpatos in conſpectu ſuo. Si quidem perma-
*Ephe.5.c netis in fide * fundati ac ſtabiles, nec dimoueamini à ſpe Euãgelij,
Matt.16.c quod audiſtis, quod prędicatũ eſt apud uniuerſam creaturam quę
1.Cor.3.b ſub cælo eſt: cuius factus ſum ego Paulus miniſter.

2.Cor.1.a * Nũc gaudeo ſuper adflictionibus meis * pro uobis, & ᵃ ſuppleo C
Ephe.3.b quæ deerant adflictionũ Chriſti in carne mea, pro corpore ipſius,
Phil.2.b * quod eſt Eccleſia: cuius * Eccleſię * factus ſum ego miniſter, iuxta
*2.tim.2.a diſpenſationem Dei, quę data eſt mihi in uos, implendi ſermonem
*1.cor.4.a Dei, * myſterium quod reconditum fuit à ſeculis, & à generationi
*Ephe.3.b bus, nunc autẽ * patefactum eſt ſanctis illius, quibus uoluit Deus
*Math 11.e notũ facere, quę * ſint * diuitię glorię myſterij huius inter gẽtes, qui
Ioan.6.e eſt Chriſtus in uobis, ſpes gloriæ, quem nos annunciamus, admo-
2.Cor.2.e nentes omnem hominem, & docentes omnem hominem in om-
Ephe.1.b ni ſapientia, ut exhibeamus omnem hominẽ, perfectum in Chriſto
Ieſu: ad quod etiam laboro, decertaturus ſecundum efficaciam
eius, efficaciter agentem in me per potentiam.

ᵃ *Ambroſius: Suppleo reliquias preſſurarũ. Secundũ hunc itaq; ſenſus erit: Suppleo quæ ſupererant adflictionibus Chriſti. Suppleo adflictiones quas Chriſtus poſt ſe paſſum reliquit. Vt & totum ſuum corpus, quod eſt Eccleſia, exemplo ſui patiatur. Ita paßio Chriſti non fuit diminuta ad ſalutem hominum, ſed relictæ ſunt adflictiones corpori, ut corpus tandem glorificandum, hic quoq; exemplo capitis ſui Chriſti, humilietur, & illius conforme reddatur. Porrò hæc uerba* ὑστερήματα τῶν θλίψεων, *id eſt, defectus uel poſteritates adflictionum, hebraiſmum ſapiunt, latinè autem dixeris, adflictiones deficientes, quæ nondum impletæ ſunt, relictæ tamen à Chriſto, ut in corpore ſuo, quod eſt*

Eccle-

Eccleſia, adimpleantur.

CAPVT SECVNDVM.

A NAm uolo uos ſcire, quãtum certamen habeam de uobis,
& his qui ſunt Laodiciæ, & quotquot non uiderunt faci-
em meam in carne, ut conſolationem accipiant corda il-
lorum, cum fuerint compacti in charitate, & in omnem opulen- Ioan.17.a
tiam certæ perſuaſionis intelligentiæ, * in agnitionem myſterij
Dei, & patris & Chriſti, in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſci-
entiæ, reconditi.

*Hoc autem dico, nequis uobis*falſis rationibus imponat, in 1.Cor.1.a
perſuaſibili oratione.*Etenim quãuis carne ſim abſens, tamẽ ſpi- *.Ephe.5.a
ritu uobiſcum ſum, gaudens, ac uidens ueſtrum ordinem, & ſoli-
ditatem ueſtræ in Chriſtum, fidei.* Quemadmodum igitur acce Gala.3.d
C piſtis Chriſtum Ieſum Dominum, ita in eo ambulate, ſic ut radi-
ces habeatis in illo fixas, & in illo ſuperſtruamini, cõfirmeminiq́
per fidem, ſicut edocti eſtis: exuberantes in ea, cum gratiarum
actione.

B *Videte ne quis ſit, qui uos deprædetur per philoſophiam, & Rhom.16.b
inanem deceptionem, iuxta conſtitutionem hominum, iuxta ele-
menta mundi, & non iuxta Chriſtum. * Quoniam in illo habitat 2.Cor.5.e
om̃is plenitudo Deitatis corporaliter,*& eſtis in illo cõpleti: qui
eſt caput omnis principatus ac poteſtatis: per quem & circunciſi *Ioan.1.b
eſtis, circunciſione, quę fit ſine manibus, dum exuiſtis corpus pec 2.Pet.1.a
catorum carnis:*per circunciſionem Chriſti,* cõſepulti ſimul cũ *Rhom.2.e
illo per baptiſmum, in quo ſimul etiam cum illo reſurrexiſtis, per Philip.3.a
fidem operationis Dei, qui excitauit illum ex mortuis. *Rhom.6.a

*Et uos quum eſſetis mortui per delicta, & per præputium Rhom.5.a
carnis ueſtræ, ſimul cũ illo uiuificauit, condonans nobis omnia Ephe.2.a
delicta, deleto, quod aduerſus nos erat, chirographo, cũ dogma- Col.1.b
tibus, quod erat nobis contrarium, & illud ſuſtulit e medio adfi-
xum cruci,*expoliatosq́ principatus ac poteſtates oſtentauit pa Gene.3.c
làm, triumphans de illis per ſemetipſum. Luc.11.c

C Ne quis igitur uos iudicet * in cibo aut potu, aut in parte*diei Ioan.12.d
feſti, aut nouilunij aut Sabbatorum, *quæ ſunt umbra rerum fu- Leuit.11.a
Rhom.14.a

 turarum, *Leuit.23.a

*Heb.8.a futurarũ,corpus autẽ Chriſti.*Nequis uobis præmiũ intercipiat
9.b.10.a uolens,per humilitatem animi,&*ſuperſtitionem angelorum, in
Matt.28.a his quæ nõ uidit,faſtuoſus incedens, fruſtra inflatus à mente car
*Mat.22.c nis ſuæ, nec obtinens caput,ex quo totum corpus per commiſſu-
ras & compagines ſubminiſtratum , & compactum , augeſcit
agmento Dei.

Gala.4.a *Itaq; ſi mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi , quid
quaſi uiuentes in mundo,decretis tenemini:ᵃ Ne tetigeris,ne gu-
ſtâris , ne q; contrectâris , quæ omnia ipſo pereunt abuſu, iuxta
præcepta & doctrinas hominum: * quæ uerbotenus quidem ha-
1.Tim.4.b bent ſpeciem ſapiẽtiæ,per ſuperſtitionem,ac humilitatem animi,
1.Reg.21.b & læſionem corporis: * non per honorem aliquem ad expletio-
nem carnis.

ᵃHic legitur παραλογίζηται ἀπὸ τοῦ παραλογίζομαι, quod eſt, falſa argumentatione utor, & ſubdola ſupputatione fallo. Vt monet Budæus.

CAPVT TERTIVM.

ITaq; ſi reſurrexiſtis unà cum Chriſto , ſuperna quærite: A
1.Pet.1.a ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens . Superna cura-
Philip.3.c te,non terreſtria.Siquidem emortui eſtis, * & uita ueſtra
1.Ioan.3.a abſcondita eſt cũ Chriſto in Deo.*Quandocunque Chriſtus ma
*1.Cor.6.b nifeſtatus fuerit,uita noſtra,tũc & uos cũ illo manifeſtabimini in
Ephe.5.a gloria.*Mortificate igitur mẽbra ueſtra,quæ ſunt ſuper terram,
*Deu.17.c ſtuprum , * immunditiam, mollıciem , concupiſcentiam malam,
Gen.6.a.19 & auaritiam,quæ eſt ſimulachrorum cultus: * ob quæ uenitᵃira
1.Cor.10.a Dei in filios inobedientiæ:*inter quos & uos ambulabatis quon-
*Ephe.1.a dam quum uiueretis in his.

Rhom.6.a *Nunc autem deponite & uos omnia , iram, indignationem,
Ephe.4.c malitiam,maledicentiam,turpiloquentiam ab ore ueſtro.Ne mẽ
tiamini, alius aduerſus alium,*poſteaquàm exuiſtis ueterem ho-
Rhom.13.b minem cum factis ſuis,& induiſtis nouum,qui renouatur ad agni
Gala.6.b tionem & imaginem eius,qui condidit illum: * ubi non eſt Græ-
cus & Iudæus,circunciſio & præputium,Barbarus,Scytha, ſer-
uus,liber,ſed omnia in omnibus,Chriſtus.

Ephe.4.a *Sitis igitur induti,tanquàm electi Dei ſancti ac dilecti , uiſce B
ra miſerationum,comitatem,modeſtiam,manſuetudinem, lenita
tem:

tem:ſufferentes uos inuicem,& condonantes uos mutuò, ſiquis
aduerſus aliquem habuerit querelam: quemadmodum & Chri-
ſtus condonauit uobis,ita & uos.*Super omnia autem hæc,cha- Matt. 22.b
ritatem,quæ eſt uinculum perfectionis. Et pax Dei palmam fe-
rat in cordibus ueſtris:in quam & uocati eſtis in uno corpore,&
grati ſitis.

Sermo Chriſti inhabitet in uobis opulenter,cum omni ſapien Ephe.5.b
tia.*Docetéq; & commonete uos inuicem cantionibus & laudi-
bus,& cantilenis ſpiritualibus, cum gratia canentes in cordibus
ueſtris Domino.*Et quicquid egeritis ſermone aut facto,omnia 1.Cor.10.d
in nomine Domini Ieſu †facite†, *gratias agentes Deo & patri Ephe.5.e
per illum.

C *Vxores,ſubditæ eſtote proprijs uiris:ſicuti conuenit in Do Ephe.5.c
mino. Viri,diligite uxores, & ne ſitis amarulenti aduerſus illas. 1.Pet.3.a
Filij,obedite parentibus in omnibus:hoc enim benè placet Do- Ephe.6.a
mino.Patres,ne prouocetis liberos ueſtros,ne deſpondeant ani-
mum.*Serui,obedite per omnia ijs,qui domini ſunt ſecundũ car Ephe.6.a
nem:nõ obſequijs ad oculum exhibitis,tanquam hominibus pla- Tit.2.b
cere ſtudentes,ſed cum ſimplicitate cordis timentes Deũ.Et quic 1.Pet.2.c
quid feceritis ex animo facite,tanquam Domino,& non homini-
bus:ſcientes, quòd à Domino recipietis mercedem hæreditatis. Rhom.2.a
Nam Domino Chriſto ſeruitis.*Cęterùm qui iniuſtè agit,repor ‡Act. 10.d
tabit†id† quod iniuſtè egit:‡& nõ eſt perſonarũ reſpectus.*Vos Rhom.2.b
domini, æquitatem, & æquabilitatem ſeruis exhibete:ſcientes Ephe.6.a
quòd & uos habetis Dominum in cœlis.

a *Vindicta Dei in filios inobedientes.*

CAPVT QVARTVM.

OBſecrationi*inſtate,uigilãtes in ea, cum gratiarũ actione, Ephe.6.
A orantes ſimul & pro nobis,ut Deus aperiat nobis oſtium 2.Teſſ.3.a
ſermonis,ut loquamur myſterium Chriſti,propter quod
& uinctus ſum,ut manifeſtem illud,ſicut oportet me loqui.*In a ſa- Eccle.27.b
pientia ambulate erga eos, qui foris ſunt, * oportunitatem redi- Ephe.5.b
mentes.Sermo ueſter ſemper cum gratia,ſit*ſale conditus:ut ſcia ‡Rho.12.b
tis, quomodo oporteat uos unicuiq; reſpondere. Matt.5.b

De omnibus rebus meis certiores uos faciet Tychicus dilectus Mar.9.e

frater,

fraterc,& fidus miniſter,& conſeruus in Domino : quem miſi ad
uos in hoc ipſum,ut cognoſcat[b] ea,quæ de uobis ſunt, & conſole-
tur corda ueſtra,unà cum* Oneſimo, fido & dilecto fratre, qui
Philem.1.b eſt ex uobis:de omnibus uobis exponẽt,quæ hîc agãtur. Salutat
uos* Ariſtarchus, concaptiuus meus,& * Marcus,conſobrinus
Act.27.a Barnabæ,de quo accepiſtis mandata : ſi uenerit ad uos,excipite
*2Tim.4.b eum:et Ieſus qui uocatur iuſtus,qui ſunt ex circunciſione.Hi ſoli
cooperarij ſunt ad regnum Dei,qui fuêre mihi ſolatio.

Salutat uos * Epaphras,qui ex uobis eſt ſeruus Chriſti,ſem-
Col.1.a per anxiè laborans pro uobis in precationibus, ut ſtetis perfe-
cti,& completi in omni uoluntate Dei. Teſtimonium illi perhi-
beo,quòd habeat multum ſtudium pro uobis, & his qui ſunt La
odiciæ, & his qui ſunt Hierapoli.Salutat uos Lucas medicus, di
2.Tim. 4.b lectus ,&* Demas.

Salutate fratres,qui ſunt Laodiciæ,& Nympham, & quæ in
domo illius eſt, cõgregationem.Et quum recitata fuerit à uobis
epiſtola,facite,ut & in Laodicenſium Eccleſia recitetur:&
eam quæ ſcripta eſt ex Laodicia, ut uos quoque
legatis.Et dicite Archippo: Vide,miniſterium
quod accepiſti in Dño,ut illud impleatis.
Salutatio mea manu Pauli .Memo-
res ſitis uinculorum meorum.
2.Teſſ.3.b *Gratia uobiſcum
Amen.

[a] *Sapienter ambulate erga extraneos.Dicitur enim in ſapientia,pro ſapienter,& in cãdore,pro candidè,in ſimplicitate,pro ſimpliciter.Et in ueritate, pro ueraciter aut uerè &c.* [b] *Quo in ſtatu ſint res ueſtræ,aut quid uos agatis.*

MISSA E RHOMA PER TYCHICVM,
ET ONESIMVM.

EPISTOLAE D. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES PRIORIS.

CAPVT PRIMVM.

A Paulus & Siluanus & Timotheus, Eccleſiæ Theſſalo- 2. Cor. 1. a
nicenſium, in Deo patre, & Domino Ieſu Chriſto.* Gala. 1. a
Gratia uobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino
Ieſu Chriſto.

*Gratias agimus Deo ſemper de omnibus uobis, Philip. 1. a
mentionem ueſtri facientes in precibus noſtris, indeſinenter me- Col. 1. a
mores ueſtri propter opus fidei, ac laborem* charitatis: & quòd 1. Teſſ. 4. b
permanſiſtis in ſpe * Domini noſtri Ieſu Chriſti, coràm Deo & *1. Tim. 1.
patre noſtro. Scientes fratres dilecti à Deo, electionem ueſtram: 1. Cor. 2. a
° *quoniam Euangelium noſtrum, non factum eſt ad uos in ſer- 4. c
mone tantũ, ſed & in potentia, & in ſpiritu ſancto, inq; certitudi
ne multa, * quemadmodum noſtis, quales facti fuerimus inter 1. Teſſ. 2. a
uos, propter uos.

B Et uos imitatores noſtri facti fuiſtis & Domini, recipientes ſermonem cum adflictione multa, cum gaudio ſpiritus ſancti, adeo ut fueritis exemplo omnibus credentibus in Macedonia & Achaia. A uobis enim pertonuit ſermo Domini, non ſolum in Macedonia & Achaia, uerumetiam in omni loco fides ueſtra, quę eſt in Deũ, dimanauit: ut nõ ſit nobis neceſſe loqui quicquã. Siquidem ipſi de uobis renunciant, qualem ingreſſum habuerimus ad uos, & quomodo conuerſi fueritis ad Deum à ſimu-
lachris, ut ſeruiretis Deo uiuenti, & ueraci, & expectaretis filium Act. 1. b
eius* de cœlis: quem excitauit à mortuis Ieſum, qui liberat nos ab Ioan. 3. e
*ira uentura.

° *Quoniã Euangeliũ noſtrũ prædicatũ eſt uobis, non tantũ uerbo, aut per uerbũ, uerũetiã, per potẽtiã et ſpiritũ ſanctũ, per'q; certitudinẽ multã. πληροφορία eſt certa perſuaſio: nam πληροφοροῦμαι (teſte Budæo) dicitur pro eo, quod eſt cõpertũ habeo, & certiſſimè noui. Porrò ex hoc loco, Pauli facile eſt, intelligere genuinam ſententiam illorum uerborum. Non eſt in ſermone regnum Dei, ſed in uirtute. 2. Cor. 4.*

CAPVT SECVNDVM.

NAm ipſi noſtis fratres, introitum noſtrum ad uos, quòd A
nō fuerit inanis: ſed & quòd antè malis adflicti, *& contu-
melijs adfecti (quemadmodum ſcitis) Philippis audacter
Act.16. egerimus in Domino noſtro, ad loquendum * apud uos Euan-
Act.17.a gelium Dei, in multo certamine. Siquidem exhortatio noſtra nō
fuit ex impoſtura, neq; ex immunditia, neq; cū dolo, ſed quemad-
modum probati fueramus à Deo, ut *nobis* cōmitteretur Euan
gelium, ita loquimur, *non ut hominibus placentes, ſed Deo, qui
Gala.1.b probat corda noſtra.

Neq; enim unquam per ſermonem adulationis uerſati ſumus,
(quemadmodum noſtis) nec per occaſionē auaritiæ, (Deus *eſt*
Philip.1.b *teſtis) neq; quærentes ex hominibus gloriam, nec à uobis, nec
ab alijs, quum poſſemus[a] in onere eſſe, tanquam apoſtoli Chriſti:
ſed fuimus placidi in medio ueſtri, perinde ac ſi nutrix foueat ſu
os filios: ſic adfectu propēſi in uos, animo cupiebamus impertire B
uobis, non ſolum Euangelium Dei, uerumetiam noſtras ipſorum
animas, propterea quòd chari nobis facti eſtis.

Meminiſtis enim fratres, laboris noſtri ac ſudoris. *Nocte en̄
Act.2.e ac die opus facientes ob id, ne cui ueſtrûm eſſemus oneri, prædica
2.Teſſ.3.a uimus apud uos Euangeliū Dei. Vos *autē *teſtes *eſtis*, & De-
us, quàm ſanctè, & iuſtè, & inculpatè uobiſcum qui credebatis,
uerſati fuerimus, quemadmodum noſtis, ut erga unumquenq; ue
ſtrûm, tanquā pater erga filios ſuos, *fuerimus adfecti*: obſecran
1.Teſſ.4.a tes uos, & conſolantes, & obteſtātes, ut *ambularetis dignè Deo,
qui uocaſſet uos in ſuum regnū ac gloriam. Quapropter & nos
gratias agimus Deo indeſinēter, quòd accepto ſermone [b] prędica
tiōis Dei à nobis, accepiſtis nō ſermonē hominū, ſed ſicut erat ue
re, ſermonē Dei, qui & agit in uobis credētibus. Vos enī imitato C
Heb.9.10.d res facti eſtis, fratres, *Eccleſiarū Dei quæ ſunt in Iudęa, in Chri
ſto Ieſu: quòd eadē paſſi ſitis & uos à proprijs contribulibus, quē-
Matt.23.d admodū & ipſi nos à Iudæis.* Qui ut & Dn̄m occiderūt Ieſū, &
Act.17.a proprios prophetas, ita & nos perſecuti ſunt, & Deo non placēt.
& ōnibus hominibus aduerſantur: *qui obſiſtūt nobis, ne loqua-
mur gentibus, quo ſeruētur, ut expleantur ſua peccata: peruenit
autem in illos ira in finem.

Cæterum

Cæterum nos fratres, orbati uobis ad ſpatium temporis, adſpe
ctu non corde, uehementius ſtuduimus uidere faciem ueſtram,
cum multo deſiderio. Quapropter uoluimus uenire ad uos, ego
quidē Paulus, & ſemel & iterum,* & obſtitit nobis Satanas. Nā Dani. 10. b
quæ eſt noſtra ſpes aut gaudiū, aut corona* gloriationis? An nō 1. Cor. 1. c
& uos, in conſpectu Domini noſtri Ieſu Chriſti, in eius aduentu? Phili. 2. 2. b
Vos enim eſtis, gloria noſtra & gaudium.

a *Oneri eſſe. Vt fideliter uertit uetus interpres.* *b* *Græcè* ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ θεοῦ *auditus à nobis Dei. Id eſt, quo audiebatur ſiue prædicabatur à nobis Deus.*

CAPVT TERTIVM.

A PRoinde quum non amplius ferremus, uiſum eſt nobis, ut*
Athenis reſideremus ſoli: ac miſimus Timotheum fratrē Act. 17. c
noſtrum, & miniſtrum Dei, ac adiutorem operis noſtri,
in Euangelio Chriſti, ut confirmaret uos, & conſolaretur uos de
fide noſtra,* ne quiſquam turbaretur in adflictionibus his. Nam Ephe. 3. b
ipſi noſtis, quod in hoc poſiti ſimus. Etenim quum apud uos eſſe
mus, prædicabamus uobis fore, ut adflictionem pateremur: quē-
admodum euenit, & noſtis. Quapropter & ego non amplius fe-
rens, niſi ad hoc, ut cognoſcerem fidem ueſtram, ne quo pacto ten
taſſet uos ille, qui tentat, & inanis factus eſſet labor noſter.

B Nuper aūt quū ueniſſet Timotheus ad nos à uobis, & euāgeli-
zaſſet nobis fidē ac dilectionē ueſtrā: & quod habeatis memoriā
noſtri bonā ſemper, deſiderātes nos uidere, quemadmodum nos
quoq; uos. Iccirco conſolationem accepimus fratres, per uos, ſu-
per omni adflictione & neceſſitate noſtra, per ueſtram fidē. Quo
niā nūc uiuimus, ſi uos ſtatis in Dn̄o. Quā enim gratiarū actionē
poſſumus Deo repēdere de uobis ſuper omni gaudio, quod gaude
mus ꝓpter uos in cōſpectu Dei nr̄i, nocte ac die ſupra modū orā-
tes ut uideamus ur̄am faciē, & ſuppleamus, quę deſūt fidei ueſtrę.

Ipſe uero Deus, & pater noſter, & Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus
dirigat uiam noſtram ad uos: uos autem Dn̄s abundātes & ex-
uberantes faciat mutua inter uos charitate, & in omnes, quem-
admodum & nos in uos, ut confirmet corda ueſtra, irrepręhenſi-
bilia in ſanctimonia, coram Deo & patre noſtro, in aduentu Do
mini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus ſanctis eius.

CAPVT QVARTVM.

QVod ſupereſt igitur fratres, rogamus uos & adhortamur A
Phil.1.d per Dominum Ieſum, quemadmodum accepiſtis à uobis,
4. * [a] quomodo oporteat uos uerſari, & placere Deo, ut a-
Rhom.12.a bundetis magis. Noſtis enim quę præcepta dederimus uobis, per
Ephe.5.b Dominum noſtrum Ieſum.* Hæc enim eſt uoluntas Dei, ſanctifi
*Tob.6.d catio ueſtra, ut abſtineatis à ſcortatione, * & ſciat unuſquiſque ue-
1.Cor.7.a ſtrûm ſuum uas poſſidere cum ſanctificatione & honore, non cũ
Rhom.1.c adfectu concupiſcentiæ, quemadmodum & gentes, quæ non no-
uerunt Deum: ne quis opprimat, ac fraudet in negocio fratrem ſu
um, propterea quòd ultor eſt Dominus de omnibus his: quemad-
Luc 10.b modum & antè diximus uobis, ac teſtati ſumus. Non enim uoca-
1.Cor.1.b uit nos Deus immũditiæ cauſſa, ſed ad ſanctificationẽ.* Proinde
6.c qui reijcit, non reijcit hominem, ſed Deum, qui * dedit ſpiritum ſu
*1.Theſ.1.a um ſanctum in uos.
*Ioan.6.c * Cæterùm de fraterna charitate, non neceſſe habetis, ut ſcribã B
uobis. * Ipſi nanque diuinitus docti eſtis, ut diligatis uos inuicem.
Nam & facitis hoc erga cunctos fratres, qui ſunt in tota Mace-
Act.20.e donia. Obſecramus autem uos fratres, ut abundetis magis, & in
2.Theſſ.3.b hoc incumbatis, ut quieti ſitis: & agatis res proprias,* & opere-
mini proprijs manibus ueſtris, ſicuti uobis præcepimus: ut uos ge-
ratis honeſtè erga extrarios, & nulla re uobis ſit opus.

Cæterùm, nolo uos ignorare fratres, de his, qui obdormierũt,
Sap.2.a ne doleatis, quemadmodum & *cæteri nõ habentes ſpẽ. Nam ſi cre
dimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ſic & Deus eos, qui
obdormierunt per Ieſum adducet cum illo. Hoc enim uobis dici-
1.Cor.15.f mus in uerbo Dñi, * quòd [b] nos uiuentes, qui reliqui ſumus in C
aduentum Domini, nequaquàm præueniemus ſomno ſopitos.
Matt.24.c *Quoniam ipſe Dominus cum hortatu, & uoce archangeli, ac tu-
Ioan 5.c ba Dei deſcendet de cœlo: & mortui in Chriſto, reſurgẽt primũ,
Act.1.b. deinde nos uiuentes, qui reliqui ſumus, ſimul cum illis rapiemur
2.Theſſ.2.a in nubibus, in occurſum Domini in aëra, & ſic ſemper cum Domi
no erimus. Proìnde conſolemini uos mutuò ſermonibus his.

[a] *Hoc Chriſtiani hominis exercitium eſt, ut Deum ex intimis uiſceribus diligat. & proximum uelut ſeipſum, ut ſeipſum incontaminatum ſeruet à mundo. imò ſeipſum abneget ſibi, ut Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum ſequatur, nihilq; eius amori anteponat.*

Præ-

Præſentia in futura commutari poterunt.

CAPVT QVINTVM.

A Porro de temporibus & articulis temporum, fratres, non
eſt opus, ut uobis ſcribam. * Ipſi enim planè ſcitis, quod di Matt 24. d
es ille Dñi ut fur in nocte, ita uenturus ſit. Quũ enim dixe 2. Pet. 3. b
rint, pax & tuta omnia, * tunc repentinus eis imminet interitus, Apo. 3. a
ſicuti dolor partus mulieri prægnanti: nec effugient. At uos fra- *Hier. 15. b
tres, non eſtis in tenebris, ut dies ille uos, tanquam fur opprimat. *Om
nes uos filij lucis eſtis, ac filij diei: nõ ſumus noctis, neque tenebrarũ.
*Proinde ne dormiamus, ſicut & cæteri: ſed uigilemus, & ſo- Rhom. 13. b
brij ſimus. Nã qui dormiunt, & qui inebriantur, noctu ſunt ebrij.
At nos qui ſumus diei, ſobrij ſimus, induti * thoracem fidei & cha Eſa. 59. c
B ritatis, & pro galea ſpem ſalutis. Quoniam non conſtituit nos De Ephe. 6. b
us ad iram, ſed in acquiſitionem ſalutis, per Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum, * qui mortuus eſt pro nobis: ſiue uigilemus, ſiue 2. Cor. 5. b
dormiamus, ſimul cũ illo uiuamus. Quapropter adhortemini uos
mutuò, & ædificetis ſinguli ſingulos: ſicut & facitis.
Rogamus autem uos fratres, ut * agnoſcatis eos, qui laborant Gala. 6. a
inter nos, & qui præſunt uobis in Domino, & admonent uos, ut 1. Tim. 5. c
habeatis illos in ſummo precio per charitatem, propter opus il-
lorum: pacem habete cum illis. Obſecramus autem uos fratres,
monete inordinatos, conſolamini puſillanimes, ſubleuate in-
firmos, patientes eſtote erga omnes.* Videte, ne quis malũ Matt. 5. e
pro malo cuipiam reddat, ſed ſemper quod bonum eſt, ſectemini,
C tum erga uos inuicem tum erga omnes. *Semper gaudete, * Indeſi Phil. 4. a
nenter orate, in omnibus * gratias agite. Hæc enim * eſt * uoluntas *1. Reg. 1. b
Dei, per Chriſtum Ieſum erga uos. Luc. 18. a
* Spiritum ne extinguatis: prophetias ne aſpernemini. Omnia *Ephe. 5. b
probate, quod bonũ * fuerit *, tenete. * Ab omni ſpecie mala abſti- *1 Cor. 15 d
nete. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet uos per omnia perfectos. *2. ma. 6. d
Et integer ueſter ſpiritus, & anima, & corpus irrepræhenſibiliter
in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſeruetur.
* Fidelis eſt qui uocat uos, qui idem efficiet. Fratres, orate pro 1. Cor. 1. a
nobis. Salutate fratres omnes oſculo ſancto. Adiuro uos per Do- 10. b
minũ, ut recitetur hęc epiſtola omnibus ſanctis fratribus. * Gratia 2. Tim. 3. b

Domini noſtri Ieſu Chriſti ⁺ſit⁺ uobiſcum Amen.

• Filij lucis ſunt qui ueritatem ſectantur, & totam ſpem ſuam in Deo habent, & non in principe tenebrarum.

AD THESSALONICENSES PRIMA SCRIPTA FVIT EX ATHENIS.

EPISTOLA ED. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES POSTERIORIS.

CAPVT PRIMVM.

PAulus & Siluanus ac Timotheus, Eccleſiæ Theſſa-
lonicenſium in Deo patre noſtro, & Dño Ieſu Chri- A
2.Cor.1.a ſto, Gratia ⁺ſit⁺ uobis & pax, à Deo patre noſtro, &
Ephe.1.a Domino Ieſu Chriſto.
* Gratias agere debemus Deo ſemper de uobis fra-
tres, ut * par eſt, quòd uehementer augeſcit fides ueſtra, & exu-
berat mutua ueſtra omnium charitas, cuiusq; in alterum, adeò, ut
nos ipſi de uobis gloriemur in eccleſijs Dei, de tolerantia ueſtra
& fide, ſuper omnibus perſequutionibus ueſtris, et adflictionibus,
quas ſuſtinetis, documentum iuſtum iudicij Dei, in hoc, ut digni
habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Siquidem iuſtum eſt
apud Deū, reddere his qui adfligūt uos, adflictionē, & uobis qui
Matt.24.c adfligimini relaxationem nobiſcum, • quum* reuelabitur Domi- B
25.c nus Ieſus de cœlo, cum angelis potentiæ ſuæ, cum incendio flam-
2.Pet.3.a mæ, * qui infligit ultionem ijs, qui non nouerunt Deum, * & qui
*Rho.2.a non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, * qui poe-
*Sap.5. nam luent, interitum æternum, * à facie Domini, & à gloria for-
*Iſa.2.b titudinis

titudinis illius, quum uenerit, ut glorificetur in ſanctis ſuis, & admirandus fiat in omnibus credentibus, quod fides habita ſit teſtimonio noſtro erga uos in die illo.* Ad quod etiam oramus ſemper Coll.1.a
pro uobis, ut uos dignos habeat iſta uocatione Deus noſter, & compleat omnem bonamᶜ complacentiā bonitatis, & opus fidei cū potentia, ut illuſtretur nomē Domini Ieſu Chriſti, per uos, & uos per illum, iuxta gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.

ᵃ *καθὼς ἄξιόν ἐστιν, ut dignum eſt.* ᵇ *Igitur antè aduentum Domini Ieſu ne nobis pacem cum impijs polliceamur.* ᶜ *Quod Deo perplacuit, & bona uoluntas ſua, qua nos complexus eſt uocatur Græcis εὐδοκία τοῦ θεοῦ.*

CAPVT SECVNDVM.

A ROgamus autem uos fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtri adgregationem in illum, ne citò dimoueamini à mente, neq; turbemini, neq; per ſpiritū, neq; per ſermonem, neq; per epiſtolam, tanquā à nobis profectam,
* quaſi inſtet dies Chriſti. Ne quis uos decipiat ullo modo: quoni- 2.Pet.3.a
am non adueniet Dominus, niſi uenerit * defectio prius, & reue- Dani.9.c
latus fuerit homo ille ſceleroſus, filius perditionis,* qui eſt aduerſa- 1.Tim.4.a
rius, & effertur aduerſus omnē, qui dicitur Deus aut numen: a- *Luc.11.c
deo,* ut in templo Dei ſedeat, *oſtentans ſeipſum eſſe Deum 1.Cor.3.b
An nō meminiſtis, quòd quū adhuc eſſem apud uos, hæc dixe 6.c
rim uobis? Et nunc quid detineat ſcitis,* nēpe* ut ille reueletur in 2.Cor.6.e
ſuo tempore.* Nam * myſterium nunc agit iniquitatis, tantum *Dan.11.e
B qui tenet nunc, donec de medio fiat: & tunc patefiet iniquus ille, 1.Ioan.2.c
* quem Dominus conficiet ſpiritu oris ſui, & abolebit adparitio- Iob.11.d
ne aduentus ſui: cuius eſt aduentus * ſecundum operationem Sa- Eſa.11.a
tanæ,* cum omni potentia, & ſignis ac prodigijs mendacibus, & Dan.8.d
cum omni deceptione iniuſtitiæ, in ijs, qui pereunt, pro eo, quòd *Ioan.8.d
dilectionē ueritatis non receperunt *in hoc*, ut ſalui fierent,* Et *Deu.13.a
propterea mittet illis Deus efficaciam illuſionis, ut credant men- Matt.24.b
dacio, ut iudicentur omnes qui non crediderūt ueritati, ſed adpro- Zach.5.a
bauerunt iniuſtitiam. Rhom.1.d

Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper de uobis, fratres dilecti à Domino, quòd elegerit uos Deus ab initio in ſalutē

per

per ſanctificationem ſpiritus, ac fidem ueritatis: ad quod uocauit
uos per Euangelium noſtrum, in acquiſitionem gloriæ Domini
noſtri Ieſu Chriſti.

Itaq; fratres ſtate, & tenete inſtitutiones quas didiciſtis, ſiue per
ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Ipſe uero Dominus noſter
Ieſus Chriſtus, & Deus ac pater noſter, qui dilexit nos, & dedit
conſolationem æternam, & ſpem bonam per gratiam, conſoletur
corda ueſtra, & ſtabiliat uos in omni ſermone & opere bono.

* *Occultam nunc agit Antichriſtus iniquitatem: quia prætextu pietatis & æquitatis.*

CAPVT TERTIVM.

Matt.9.d QVod ſupereſt, *orate fratres pro nobis, ut ſermo Domini
Ephe.6.c currat, & glorificetur, ſicut & apud uos: & ut eripiamur A
Coll.4.c ab abſurdis & peruerſis hominibus.* Non * enim omni-
*Ioan.6.e um eſt fides, ſed fidelis eſt Dominus, qui ſtabiliet uos & cuſtodiet
à malo. Confidimus autem per Dominum de uobis, quod quę præ
cipimus uobis, & faciatis & facturi ſitis. Porro Dominus * diri-
Deut.29.a. 30 b gat ueſtra corda in dilectionem Dei, & in expectationē Chriſti.
Hiere.24.b *Præcipimus autem uobis fratres, per nomen Domini noſtri
*1 Cor.5.b Ieſu Chriſti, ut ſubducatis uos ab omni fratre, qui inordinatè ſe
1.Cor.4.b gerit, & non iuxta inſtitutionē, quam accepit à nobis. Nam ipſi
ſcitis, quomodo oporteat imitari nos: quoniam nō inordinatè geſ
ſimus nos inter uos, neq; gratis panem accepimus à quoquam,
Act.18.a * ſed cum labore & ſudore, noctéq; diéq; facientes opus, ad hoc
2. Cor.12.b necui ueſtrûm eſſemus oneri.
Ephe.4.c
1.Theſſ.2.c Non quòd id nobis nō liceat, ſed ut nosmetipſos formam exhi- B
beremus uobis ad imitandum nos. Etenī quū eſſemus apud uos,
hoc præcipiebamus uobis, ut ſi quis nollet operari, is nec ederet.
Audiuimus enim quoſdā uerſantes inter uos inordinatè, nihil ope
1.Theſſ.4.b ris facientes, ſed curioſè agentes. Iis * autem qui ſunt iſtiuſmodi,
præcipimus & obſecramus per Dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum, ut cum quiete operātes, ſuum ipſorum panem edant.* Vos
Gala.6.a autē fratres ne defatigemini in bene faciendo.* Quòd ſi quis non
*2.Ioan.1.b obedit ſermoni noſtro, per epiſtolam hunc notate: & ne commer-
tium habeatis cum illo, ut pudore ſuffundatur: neq; ueluti inimicū
habeatis, ſed admonete ut fratrem.

Ipſe

Ipſe autem Dominus pacis det uobis pacem ſemper omnibus
modis. Dñs *ſit* cũ omnibus uobis. Salutatio mea manu
Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola. Ita ſcribo.
* Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* Phili.4.e
cum omnibus uobis. Amen. 2.Theſ.3.e

MISSA FVIT EX ATHENIS.

EPISTOLAE D. PAVLI APOSTOLI. AD TIMOTHEVM PRIORIS.

CAPVT PRIMVM.

A PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti, iuxta* delegationem Dei Act.9.b
ſeruatoris noſtri, & Dñi Ieſu Chriſti, * qui eſt ſpes no- *1.Theſ.1
ſtræ, *Timotheo germano filio in fide. *Gratia, miſeri- *Act.16.a
cordia, pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chri- *1.Cor.14
ſto Domino noſtro. Gala.1.a

Quemadmodum rogaui te, ut remaneres Epheſi, * quum pro- Act.19.20
ficiſcerer in Macedoniã: *ita facito*, ut denuncies quibuſdam, ne
diuerſam ſequantur doctrinam, *nec attendant fabulis, & genea- 2.Tim.2.c
logijs nunquã finiendis, quæ quæſtiones præbent magis, quàm Tit.3.b
ædificationem Dei, quæ eſt per fidem. *Porrò finis præcepti, eſt *Rhom.13.
charitas, * ex puro corde, & conſcientia bona, & fide nõ ſimulata: Gala.6.
à quibus quidam quum aberraſſent, deflexerunt ad uaniloquium, *Act.15.b
uolentes eſſe legis doctores, non intelligentes quæ loquuntur,
neq; de quibus adſeuerant.

B *Scimus autem quòd bona *ſit* lex, ſiquis ea legitimè utatur, Rhom.7.b
*ſciens illud, quòd iuſto lex non ſit poſita, ſed iniuſtis & inobſe- *Gala.5.c
quentibus, impijs & peccatoribus, irreuerentibus & prophanis,
patricidis, & matricidis, homicidis, ſcortatoribus, * maſculo- Rhom.1.d
rum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & ſiquid

aliud* eſt*, quod ſanę doctrinę aduerſetur, ſecundum Euangeliũ
gloriæ beati Dei, quod concreditum eſt mihi. Et gratiam habeo,
qui me potentē reddidit, Chriſto Ieſu domino noſtro: quia fide- B
lē me iudicauit ponēdo in miniſteriũ, qui prius erã blaſphemus, et
Act. 9. a * perſequutor, & uiolentus. Sed et miſericordiam adeptus ſum,
Gal. 1. b quod ignorans fecerim per incredulitatem. Exuberauit autem
ſupra modum gratia Domini noſtri, cum fide & dilectione, quæ
eſt per Chriſtum Ieſum.

* Certus ſermo, & dignus quem modis omnibus amplecta-
Matt 9. b mur, * quod Chriſtus Ieſus uenit in mundum, ut peccatores ſal- C
Ioan. 3. c uos faceret, quorum primus ſum ego. Verum ideo miſericordi-
am adeptus ſum, ut in me primo oſtenderet Ieſus Chriſtus omnē
clementiam, ad exprimēdum exemplar ĳs, qui credituri eſſent in
Hier. 23 a ipſo in uitam æternam. * Regi autem ſeculorum, immortali, * in-
*Col. 1. b uiſibili, ſoli ſapienti Deo honor, gloria, in ſecula ſeculorum.
Amen.

Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, iuxta prophe-
tias quę de te præceſſerunt, ut milites in eis bonam militiam, ha-
bens fidem bonam & conſcientiam, qua repulſa nõnulli, circa fi-
2. Tim 2. b dem naufragium fecerunt: quorum de numero eſt * Hymenæus
*2 Tim. 4. b & * Alexander, * quos tradidi Satanę, ut diſcant non maledicere. A
*1. Cor. 5. a

* *Græca ad uerbum ſic habent. Fidelis ſermo & omni approbatione dignus.*

CAPVT SECVNDVM.

ADhortor igitur, ut ante omnia fiant deprecationes, ob- A
Hier. 29. b ſecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro om
Baruch. 1. c nibus hominibus, pro regibus, * & omnibus in eminētia
conſtitutis: ut placidam ac quietam uitam degamus, cum omni pi-
etate & honeſtate. Nam hoc bonum eſt & acceptum coram ſerua
Ioan. 17. a tore noſtro Deo, qui cunctos homines uult ſaluos fieri, & ad agni
*Gal. 3. e tionem ueritatis uenire. * Vnus enim Deus, * unus etiam concilia- B
Heb. 9. c tor Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum
Rhom. 1. a precium redemptionis pro omnibus, ut eſſet teſtimonium tempo-
1. Tim. 1. b ribus ſuis, * in quod poſitus ſum ego præco & apoſtolus: ueritatē

dico

dico in Chriſto , non mentior , doctor gentium cum fide & ue-
ritate.

B Volo igitur orare uiros* in omni loco , * ſuſtollentes * puras Ioan.4.c
manus, abſq; ira & diſceptatione. * Conſimiliter & mulieres in a- *Pſal.133.a
mictu modeſto , cum uerecundia & caſtitate ornare ſemetipſas, *Eſa.1.b
non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut ueſtitu ſumptuo *Tit.2.a.
ſo: ſed quod decet mulieres, profitentes pietatem per opera bona. 1.Pet.3.a
* Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. * Cæterum mu- 1.cor.14.e
lieri docere non permitto , * neq; autoritatem uſurpare in uirum, *Luc.2.f
ſed eſſe in ſilentio. Adam enim prior formatus eſt, deinde Eua: & *Gene.3.e
Adam non fuit ſeductus, ſed mulier ſeducta , * in præuaricatione Ephe.5.c
facta eſt: ſalua tamen fiet per generationem liberorum , ſi manſe-
rint in fide ac dilectione, & ſanctificatione cum caſtitate.

** Præuaricata eſt, aut cœpit tranſgredi præceptum Domini. Salua tamen fiet per generationem liberorum, ſi manſerint in fide, &c. Manſerint referendũ eſt ad ſexum muliebrẽ. Nomen enim mulieris hic collectiuum eſt, ut quod de una muliere dicitur, idem de omnibus totoq; ſexu accipias.*

CAPVT TERTIVM.

A INdubitatus ſermo. Si quis Epiſcopi munus adpetit, hone
ſtum opus deſiderat. Oportet igitur Epiſcopum irrepræ
henſibilem eſſe, * unius uxoris maritum, uigilantem, ſobri Leui.21.b
tum, modeſtum, hoſpitalem, * aptum ad docendum : non uinolen- Eze.44.d
tum, non percuſſorem, non turpiter lucri cupidum : ſed æquum, Tit.1.b
alienum à pugnis, alienum ab auaritia : qui ſuæ domui benè præ- *2.tim.2.e
ſit, qui liberos habeat in ſubiectione, cum omni reuerentia. Quòd
ſi quis propriæ domui præeſſe non nouit , quomodo eccleſiã Dei
curabit? Non nouitium, ne inflatus in condemnationem incidat
calumniatoris. Oportet autem illum & bonum habere teſtimoni-
um ab extraneis, ne in probrũ incidat, & laqueum calumniatoris.
B * Miniſtros itidem compoſitos, non bilingues, non multo uino de
ditos, non turpiter lucri auidos, tenentes myſterium fidei cum pu- Act.6.a
ra conſcientia : atq; hi probentur prius, deinde miniſtrent * ſic *, ut
nemo poſſit illos criminari.

Vxores ſimiliter modeſtas, nõ calumnioſas, ſobrias, fidas in om
nibus. Diaconi ſint unius uxoris mariti, qui liberis rectè præſint,
Matth 13.b & proprijs familijs.* Nam qui benè miniſtrauerint, gradum ſibi
25.b.c bonum acquirunt, & multam libertatem in fide, quæ eſt in Chri-
ſto Ieſu.

Hæc tibi ſcribo, ſperans fore, ut ueniam ad te citò: quòd ſi tar-
dius uenero, ut nôris quomodo oporteat te in domo Dei uerſari:
matt.16.c quę eſt eccleſia Dei uiuentis, columna & ᵃ baſis ueritatis, & citra
*Ioan.1.b controuerſiam magnum eſt pietatis myſterium: Deus * manife-
*Luc.2.b ſtatus eſt in carne, iuſtificatus eſt in ſpiritu: * uiſus eſt angelis, prę
Ephe.3.b
*Phili.2.a dicatus eſt gentibus: fides illi habita eſt in mundo, * receptus eſt A
in gloria.

ᵃ *Firma ſedes ueritatis, eſt eccleſia,* καὶ ὁμολογουμένως, *id eſt, confeſſè, aut ut Ambro-ſius uertit: Et quidem omnium confeſſione magnum eſt myſterium.*

CAPVT QVARTVM.

2.tim.3.a SPiritus autem certò loquitur, * quòd in poſterioribus tē- A
2.Pet.3.a poribus ᵃ * deſciſcēt quidam à fide, attendentes ſpiritibus
Iudæ.1.c impoſtoribus, ac doctrinis dæmoniorum, per ſimulatio-
*2.theſ.2.a nem falſiloquorum, cauterio notatam habentium propriam con-
ſcientiam, prohibentium contrahere matrimonium, iubentium
Gene.1.d abſtinere à cibis, quos Deus creauit * ad ſumendum * cum gratia
*matt 26.c rum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt ueritatem: * quòd
Act.27.d quicquid creauit Deus, bonum ſit, & nihil reijciendum, ſi cum gra B
*Gene.1.d tiarum actione ſumatur. Sanctificatur enim per ſermonem Dei,
Eccl.39.e ac precationem. De his, ſi commonefeceris fratres, bonus eris mi-
Act.10.b niſter Ieſu Chriſti, * enutritus in ſermonibus fidei, bonęq; doctri
*2.Tim.3.b næ, quam uſq; ſequutus es. Cæterùm * prophanas & & aniles fabu
1.Tim.1.a las reijce, quin potius exerce temetipſum ad pietatem.
2 Tim.2.b * Nam corporalis exercitatio paululum habet utilitatis: at pie B
*Col.2.c tas ad omnia utilis, ut quæ promiſſiones habeat uitæ præſentis ac
futuræ. Indubitatus ſermo, dignusq; qui omnibus modis adpro-
betur. Nam in hoc & laboramus, & probris adficimur, quòd ſpē
fixam habemus in Deo uiuēte, qui eſt ſeruator omnium hominū,
Tit.2.b maximè fidelium. Præcipe hæc & doce. * Nemo tuam iuuentutē
*Tit.2.a deſpiciat: * ſed eſto forma fidelium in ſermone, in conuerſatione,
1.Pet.5.a in dilectione, in ſpiritu, in fide, in puritate.

Donec

Donec uenero, attẽde lectioni, exhortatiõi, doctrinæ. Ne negle
xeris quod in te eſt, donum, quod datum eſt tibi per prophetiam,
*cum impoſitione manuum preſbyterij. Hæc exerce, in his eſto, Act.6.a
ut tuus profectus manifeſtus ſit in omnibus. Attende tibiipſi & 8.b
doctrinæ: perſiſte in his. Nam id ſi feceris, teipſum ſeruabis, et eos 2.Tim.1.b
qui te audierint.

** Apoſtatæ qui deſciſcunt à fide & à uera pietate meretricẽ hypocriſim depereunt, ſuaq; fucata opera pro ſanctimonia uenditant, habentes cauterio notatam, id eſt, ſimulatione corruptam propriam conſcientiam.*

CAPVT QVINTVM.

A SEniorem* ne ſæuius obiurges, ſed adhortare ut patrem: Leui.19.g
iuniores ut fratres: mulieres natu grandiores ut matres,
minores ut ſorores, cum omni caſtitate. Viduas honora,
quæ uerè uiduæ ſunt. Quòd ſi qua uidua liberos aut nepotes ha-
bet, diſcant primùm propriam domum piè tractare, & uicem re-
pendere maioribus. Hoc enim eſt honeſtum & acceptum coràm
Deo. *Porrò quæ uerè uidua eſt ac deſolata, ſperat in Deo, & per Luc.2.f
ſeuerat in obſecrationibus ac precationibus noctu dieq;. Porrò 1.Cor.7.d
quæ in delitiis uerſatur, ea uiuens mortua eſt. Et hæc præcipe, ut
irrepræhẽſibiles ſint. Quòd *ſi qua ſuis, & maximè familiaribus Gala.6.b
non prouidet, fidem abnegauit, *& eſt infideli deterior. 1.Pet.2.d

B Vidua deligatur non minor annis ſexaginta, quæ fuerit unius
uiri uxor, in operibus bonis hominum teſtimonio comprobata: ſi
filios educauit, ſi fuit *hoſpitalis, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi adfli- 1.Pet.4.b
ctis ſubminiſtrauit, ſi in omni opere bono fuit aſſidua. Porrò iu-
niores uiduas reiice: quũ enim laſciuire cœperint aduerſus Chri-
ſtum, nubere uolunt, *habentes iudicium, quòd primam fidem re
iecerint, ſimul autem & otioſæ diſcunt circumire domos. * Imò Tit.2.a
non ſolum otioſæ, uerũ etiam garrulæ, & curioſæ, loquentes quæ
nõ oportet. *Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domũ 1.Cor.7.a
adminiſtrare, nullam occaſionem dare aduerſario, ut habeat male
dicendi cauſſam. Iam enim nonnullæ deflexerunt, ſequutę Sata-
nam. Quòd ſi quis fidelis, aut ſi qua fidelis habet uiduas, ſuppedi-
tet illis, & non oneretur Eccleſia: ut iis quæ uerè uiduæ ſunt, ſup
petat.

Gene.47.e *Qui benè præſunt preſbyteri, duplici honore digni habeantur, C
maximè, ij, qui laborant in ſermone & doctrina. Dicit enim ſcri
Deut.25.a ptura: *Boui trituranti nō obligabis os. *Et dignus eſt operarius
1.Cor.9.b mercede ſua. * Aduerſus preſbyterū accuſationem ne admiſeris,
*Matt.10.a niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Eos qui peccant, coram omni-
*Deu.19.c bus argue, ut & cæteri timorem habeant.

Obteſtor in conſpectu Dei, & Domini Ieſu Chriſti, & electo-
Deut.17.a rum angelorum, *ut hęc ſerues ſine præcipitatione iudicij, nihil fa
1.Tim.2.b ciens iuxta propenſionem animi. * Manus citò ne cui imponas,
Eccl.31.d neq; communices peccatis alienis. Temetipſum purū ſerua. *Ne
poſthâc bibas aquam, ſed uino paululo utere propter ſtomachum
tuum, & crebras tuas infirmitates. Quorundam hominum pecca-
Gala.5.c ta * ante manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium, quoſdam uerò
& ſubſequūtur. Conſimiliter & bona opera antè manifeſta ſunt,
& ea quæ ſecus habent, occultari non poſſunt.

* *Contrahentes ſibi infamiæ maculam, hoc eſt, damnationem, ſeu accuſationem. Ipſarum enim cauſſa male audit Eccleſia Chriſti, & ſe ipſas infamant, quòd in ea fidelitate quam primum promiſerant, non perſeuerârint. Volo igitur iuniores (inquit) nubere, liberos gignere domum adminiſtrare. Nullam occaſionem dare aduerſario, ut habeat male dicendi cauſſam.*

CAPVT SEXTVM.

2.Cor.7.c QVicunq; *ſub iugo ſunt ſerui, ſuos dominos omni hono- A
Ephe.6.a re dignos ducant, ne nomen Dei, & doctrina malè audiat.
1.Pet.2.c Qui uerò fideles habent dominos, ne contemnant quòd
fratres ſint, ſed magis inſeruiant, quòd fideles ſint ac dilecti, qui be
Gala.1.b neficētiæ participes ſunt. Hęc doce & exhortare. * Si quis diuerſā
ſequitur doctrinam, & non accedit ſanis ſermonibus Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, is in-
flatus eſt, nihil ſciens, ſed inſaniens circa quęſtiones ac diſputatio-
2.Tim.1.a nū pugnas, * ex quibus naſcitur inuidia, contentio, maledicentia,
Tit.3.b ſuſpitiones malæ, ſuperuacaneæ conflictationes hominum mente
corruptorum, *& quibus adempta eſt ueritas, qui exiſtimant quæ
2.Theſ.2.b ſtum eſſe pietatem. Seiungere ab his, qui iſtiuſmodi ſunt. B
Proue.15.b *Eſt uero quæſtus magnus, pietas * cum ultronea ſufficientia.
Heb.13.a
*Iob.1.c *Nihil enim intulimus in mundum, uidelicet nec efferre quicquā

poſſumus

C poſſumus,*ſed habentes alimenta,& quibus tegamur,*his* conten Eccl.29.d
ti erimus.*Cæterum qui uolunt diteſcere,incidunt in tẽtationem *Pro.23.a
& laqueum,& cupiditates multas,ſtultas ac noxias, quæ demer- Matt.13.c
gunt homines in exitiũ & interitũ. Siquidem radix omniũ malo
rum,eſt ſtudium pecuniæ:quam quidam dum adpetunt, aberra-
uerunt à fide,& ſeipſos implicuerunt doloribus multis.* Tu uero 2.Tim.2.c
C homo Dei,iſta fuge:ſectare autem iuſtitiam,pietatem,fidem,cha-
ritatem,patientiam,manſuetudinem:certa bonum certamẽ fidei,
adprẽhende uitam æternam, ad quam & uocatus es, & profeſſus
es bonam profeſſionẽ coràm multis teſtibus.Præcipio tibi in con
ſpectu Dei, *qui uiuificat omnia, & Ieſu Chriſti, qui teſtatã fecit 1.Reg.2.b
ſub Pontio Pilato bonam profeſſionem,ut ſerues præceptum,im- Act.17.e
maculatus,irreprẽhẽſibilis, uſq; ad adparitionem Domini noſtri
Ieſu Chriſti:quam temporibus ſuis oſtenſurus eſt ille beatus,& ſo
lus princeps,*rex regnantium & Dominus dominantium, qui ſo Apo.17.c
lus habet immortalitatẽ,lucem habitans inacceſſam,* quem uidit 19.c
nemo hominum,neq; uidere poteſt:cui honor & imperium ſempi Ioan.1.b
ternum. Amen. 1.Ioan.4.b

D His qui diuites ſunt in præſenti ſeculo præcipe, ne elato ſint
animo,neq; ſpem ponant in diuitijs incertis, ſed in Deo uiuente:
qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum, ut benefaciant, ut
diuites ſint operibus bonis,ut faciles ſint ad impertiendum,liben-
ter communicantes,* recondentes ſibi ipſis fundamẽtum bonum Matt.6.c
in poſterum,ut adprẽhendant æternam uitam. O Timothee
depoſitum ſerua, deuitans prophanas uocum ina-
nitates,& oppoſitiones falſò nominatæ ſcien
tiæ:quam nonnulli profitentes, circa ſi-
dem aberrauerunt. Gratia *ſit* te
cum Amen.

* *Quum quis ſua ſponte ſua ſorte contentus uiuit.*

MISSA FVIT EX LAODICEA, QVAE EST
METROPOLIS PHRYGIAE PA-
CATIANAE.

Epiſtolæ

EPISTOLAE D. PAV
LI APOSTOLI AD TIMOTHEVM
POSTERIORIS.
CAPVT PRIMVM.

PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per uoluntatem Dei, ſe A
cundum promiſſionem uitæ, quæ eſt in Chriſto Ieſu,
2.Cor.1.a Timotheo dilecto filio, * Gratia, miſericordia, pax,
Gala.1.a à Deo patre, & Chriſto Ieſu Domino noſtro.
Act.22.a Gratiam habeo Deo, *cui ſeruio à maioribus* cũ pu
Philip.3.a ra conſcientia, quòd citra ullam intermiſſionem faciam de te men
*Rhom.1.a tionem in precationibus meis noctu dieq́, deſiderans te uidere,
memor tuarum lachrymarum, ut gaudio replear, ubi commone
factus fuero eius, quæ eſt in te, non ſimulatæ fidei, quæ habitauit
primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunica: certum autem
ſcio, quòd in te quoq́. Quam ob cauſſam commonefacio te, ut ſu
ſcites donum Dei, quod eſt in te, per impoſitionem manuum mea
Rhom.8.b rum. Non* enim dedit nobis Deus ſpiritum timiditatis, ſed poten
tiæ, & dilectionis ac ſobrietatis.
Rhom.1.b *Ne igitur te pudeat teſtimonij Domini noſtri, neq́ te pudeat B
*Ephe.3.a mei, *qui ſum uinctus illius: ſed eſto particeps adflictionũ Euan
*Tit.3.a gelij iuxta potentiam Dei, *qui ſaluos fecit nos, & uocauit uoca
Ephe.1.a tione ſancta: non ſecundum opera noſtra, ſed ſecũdum ſuum pro
poſitum & gratiam, quæ data quidem eſt nobis per Chriſtum Ie C
ſum ante tempora æterna, ſed palam facta eſt nunc per adparitio
1.Cor.15.f nem ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui* mortem quidem aboleuit,
Heb.2.c uitam autem in lucem produxit, ac immortalitatem per Euange
*Rhom.1.a lium, *in quod poſitus ſum ego præco & Apoſtolus, ac doctor gẽ
2.Tim.2.a tium, quam ob cauſſam & hæc patior, attamen non erubeſco. No
ui enim certusq́ ſum, quòd is cui crediḋi, potens ſit depoſitum me
um cuſtodire in illum diem.
2.Tim.3.b *Formam habeto ſanorum ſermonum, quos à me audiſti cum

fide.

fide & charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Egregium depoſitũ ſer-
uato per ſpiritum ſanctũ, qui inhabitat in nobis. Noſti hoc, quod
auerſati fuerint me omnes, qui ſunt in Aſia: quorum eſt Phygelus
*& Hermogenes. Det miſericordiam Dominus *Oneſiphori fami- 2.Tim.4.c
liæ, quoniam ſæpe me refocillauit, & de cathena mea non erubuit:
ſed quum eſſet Rhomæ, *ſtudioſius quæſiuit me, & inuenit: det ei Matt.25.c
Dominus, ut inueniat miſericordiam apud Dominum in die illo,
& quæcunq; Epheſi miniſtrauerit, melius tu noſti.

* *Quum Paulus (teſte Theophylacto) à Nerone compræhenſus eſſet, à cunctis eſt mox deſtitutus, qui in Aſia erant fidelibus, hoc eſt, qui ex Aſia Rhomam cõceſſerant: inter quos primarij erant Phygelus & Hermogenes.*

CAPVT SECVNDVM.

A TV igitur fili mi, fortis eſto in gratia, quę eſt per Chriſtũ Ie- Tim.1.b
ſum, & in his quæ audiſti à me per multos teſtes. *Hæc cõ-
mẽda fidelibus hominibus, qui erũt idonei, ut alios quoq;
doceant. Tu igitur feras adflictiones, ut bonus miles Ieſu Chriſti.
Nemo qui militat, implicatur uitæ negotijs, ut ei qui ſe in militiã
delegit, placeat. Quòd ſi certet etiam aliquis, non coronatur, niſi 1.Cor.9.b
legitimè certauerit. *Laborantem agricolam oportet primùm de
fructibus percipere. Cogita quæ dico. Det enim tibi Dominus in
B omnibus intellectum. Rhom.1.a

Memento, Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe ex mortuis, *ex ſemine
Dauid, ſecundum Euangelium meum, in quo malis adfligor, qua-
ſi facinoroſus uſq; ad uincula: at ſermo Dei nõ fuit uinctus.* Pro- Act.20.c
pterea omnia ſuffero propter electos. Vt & ipſi ſalutẽ conſequã- Ephe.3.a Coll.1.c
C tur, quæ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria æterna. Rhom.6.b

Certus ſermo. *Nam ſi commortui ſumus, & cõuiuemus: *ſi ſuf- *Rhom.8.b
ferimus & conregnabimus: *ſi negamus, & ille negabit nos, *ſi in- *Luc.12.a
creduli ſumus, ille fidelis manet, negare ſeipſum non poteſt. Hæc Num.23.c
admone, conteſtans coràm Domino, ne uerborum pugnas ſequã- Rhom.3.a
tur, ad nullam utilitatem, ad ſubuerſionem audientium. Matt.24.d

Stude teipſum probatum exhibere Deo, *operarium non eru- *1.Tim.2.a
beſcendum, *rectè ſecantem ſermonem ueritatis. *Cæterum pro- 4.a.6.a
phanas uocum inanitates prætermittito: ad maiorem enim pro- 2.Tim.2.c

proficient impietatem: & ſermo illorũ, ut cancer *morbus*, paſ-
1. Tim. 1. e ſionem habebit: quorum de numero eſt * Hymenæus & Philetus, B
qui circa ueritatem aberrarunt, dicentes: Reſurrectionem iam
eſſe factam: & ſubuertunt quorundam fidem. Solidum tamen fun
Ioan. 10. b damentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: * Nouit Dominus
qui ſint ſui. Et diſcedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen
Chriſti.

Rhom. 9. c *Cæterũ in magna domo nõ tantũ ſunt uaſa aurea & argẽtea, C
uerumetiã lignea, ac teſtacea: & alia quidẽ in honorẽ, alia uero
in cõtumeliã. Si quis igitur expurgarit ſeipſum ab iſtis, erit uas in
1. Tim. 6. b honorẽ, ſanctificatũ, ac cõmodũ uſibus domini, ad omne opus bo
num præparatum. * Iuueniles autem concupiſcentias fuge: ſecta- C
1. Tim. 1. a re uero iuſtitiam, fidem, charitatem, pacem, cum his qui inuo-
4. a. 6. a cant Dominum ex puro corde.* Stultas autem & ineruditas quę
2 Tim 2. b ſtiones reſpue, ſciens eas parẽre pugnas. Porro ſeruum Domini
Tit 3. a non oportet pugnare, ſed placidum eſſe erga omnes,* propenſum
*1. Tim. 3. a ad docendum, * tolerantem malos cum manſuetudine, erudientẽ
*Galat. 6. a eos qui obſiſtunt, ſi quando det illis Deus pœnitentiam ad agno-
ſcendum ueritatem, & reſipiſcant e diaboli laqueo, capti ab eo ad
ipſius uoluntatem.

* *Dirigentem ſermonem ueritatis. Sic enim in prouerbijs Solomonis uerbum ὀρθοτομεῖν redditur.*

CAPVT TERTIVM.

1. Tim. 4. a ILlud autem ſcito, *quod in extremis diebus inſtabunt tẽ- A
2. Pet. 3. a pora periculoſa. Erunt enim homines ſui amantes, auari,
Iudic. 1. a faſtuoſi, ſuperbi, maledici, parẽtibus immorigeri, ingrati, A
impij, carentes adfectu, neſcij fœderis, calumniatores, intemperan
tes, immites, negligẽtes bonorum, proditores, præcipites, inflati,
uoluptatum amantes potius quam amantes Dei: habentes formã
Tit. 1. c pietatis, ſed qui uim eius abnegarint. Et iſtos auerſare. * Ex his
enim ſunt qui ſubeunt in familias, & captiuas ducunt mulierculas
aceruo peccatorum adobrutas: quæ ducuntur concupiſcentijs ua
rijs, ſemper diſcentes, nec unquam ad cognitionem ueritatis uení-
re ualentes.

Quem-

B *Quemadmodū aūt Iannes & Iābres reſiſtebant Moſi, ita & hi Exo.7.b
reſiſtunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem:
ſed nō proficient amplius. Siquidem amentia iſtorum euidens
erit omnibus, quemadmodum & illorum fuit. Tu uero adſectatus
es doctrinam meam, inſtitutionem, propoſitum, fidem, lenitatem,
charitatem, patientiam, perſequutiones, adflictiones: quę mihi ac-
C ciderūt* Antiochię, Iconij, Lyſtris, quas perſequutiones ſuſtinue Act.13.e
rim. Et ex omnibus eripuit me Dominus. * Sed & omnes qui uo- 14.a
lunt piè uiuere in Chriſto Ieſu, perſequutionem patientur. Por- 2.Cor.1.b
rò mali homines, & impoſtores proficient in peius, dum & in er- *Eccl.2.a
rorem adducunt, & errant ipſi. Pſal.33.c

C * At tu perſiſtito in his quæ didiciſti, & quæ tibi concredita 2.Tim.1.c
ſunt: ſciens à quo didiceris, & quòd à puero * ſacras literas noue-
ris, quæ te poſſunt eruditum reddere ad ſalutem per fidem, quæ
eſt in Chriſto Ieſu. * Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, & uti- 2.Pet.1.d
lis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitu-
tionem, quæ eſt in iuſtitia, ut integer ſit Dei homo, ad omne opus
bonum adparatus.

* *Hoc egregium ſacrarum literarum encomium eſt: ſed ſi poſſunt hominem eruditū red-
dere ad ſalutē, quin ad has tanquā ad arborem uitæ, confugimus? quin has pluris facimus,
quā mundana, quæ ſunt uana? Sunt autem ſacræ literæ morti & erroribus oppoſitæ, ut tene
bris lux. Quin & huc Chriſti teſtimonia ſpectant: Scrutamini ſcripturas, quia uos uide-
mini uobis in ipſis uitam æternam habere, Ioannis.5. Matth.22. Erratis, neſcientes ſcriptu
ras. Neq; enim hic fruſtra additur per fidem, quæ in Chriſto Ieſu, quia ſcripturas diui-
nas nullus intelliget ſine ſpiritu Chriſti.*

CAPVT QVARTVM.

A OBteſtor igitur ego corā Deo et Domino Ieſu Chriſto, qui
iudicaturus eſt uiuos & mortuos in adparitione ſua, & in
regno ſuo. Prędica ſermonem, inſta tēpeſtiuè, intēpeſtiuè,
argue, increpa, exhortare cum omni lenitate & doctrina. Nā erit
tempus, quum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed iuxta concu
piſcentias ſuas, coaceruabunt ſibi doctores, * hi quibus pruriūt
aures, & à ueritate quidem aures auertent, ad fabulas uerò con-
uertentur. At tu uigila in omnibus, feras adflictiones, opus pera-
ge euangeliſtæ, miniſterium tuum ad plenum probatum reddito.

2.Pet.1.c * Nam ipſe iam immolor, & tempus meæ reſolutionis inſtat.
Certamen bonum decertaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui:
1.Cor.9.d quod ſupereſt, repoſita eſt mihi iuſtitiæ * corona, quã reddet mi-
1.Pet.5.a hi Dñs in illo die, qui eſt iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed B
& omnibus qui diligunt aduentum ipſius. Da operam ut uenias
ad me citò.

Coll.4.b Nam * Demas me reliquit, amplexus præſens ſeculum, & pro-
Phile.1:c fectus eſt Theſſalonicam, Criſces in Galatiam, Titus in Dalma-
Coll.4.a tiam: Lucas mecũ eſt ſolus. * Marcum adſumptum adducito unà
tecum: eſt enim mihi perutilis ad miniſterium. Porrò Tychicũ mi-
ſi Epheſum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, quum
2.Tim.1.c uenies adporta, [b] & libros, maximè autem membranas. * Alexã-
der faber ærarius multis malis me adfecit, reddat illi Dñs iuxta fa-
cta ipſius: quem & tu caue. Vehementer enim reſtitit ſermonibus
noſtris.

In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me deſe- C
ruerunt, ne illis imputetur: ſed Dominus mihi adfuit, & corrobo-
rauit me, ut per me præconium expleretur, & audirent omnes gẽ
tes. Et ereptus fui ex ore leonis, & eripiet me Dominus ob omni
facto malo, ſeruabitq; in regnum ſuum cœleſte: cui gloria in ſecu-
la ſeculorum. Amen.

Act.18.a Saluta Priſcam & * Aquilam, & Oneſiphori familiam. * Era-
Rhom.16.a ſtus manſit Corinthi. * Trophimum autem reliqui in Mile
*Rho.16.c to languentem. Da operam ut uenias ante hyemem.
*Act.21.d Salutat te Eubulus & Pudes, & Linus,
Claudia & fratres omnes. Dominus Ie-
ſus Chriſtus cum ſpiritu tuo. Gra-
tia uobiſcum. Amen.

[a] *Græcè in hunc modum. Qui pruriunt auditu, & à ueritate quidem auditum auertent.*
[b] *Græce eſt* κατὰ τὰ βιβλία *id eſt, biblia aut libellos.*

SCRIPTA E RHOMA AD TIMOTHEVM
SECVNDA, QVVM PAVLVS ITE
RVM SISTERETVR CAE-
SARI NERONI.

AD TITVM.

CAPVT PRIMVM.

A PAulus ſeruus Dei, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti,* iux 2.Tim.1.b
ta fidem electorum Dei, & agnitionem ueritatis, quæ
eſt ſecundum pietatem in ſpe uitæ æternæ, quam pro-
miſit is, qui mentiri neſcit,* Deus ante tempora æter- Rhom.3.a
na. Patefecit autem temporibus ſuis ſermonem ſuum
per prædicationem, quæ commiſſa eſt mihi ſecundum delegatio-
nem ſeruatoris noſtri Dei,* Tito germano filio iuxta communem
fidem, Gratia, miſericordia, pax à Deo patre,* & Domino Ieſu 2.Cor.8.c *Ephe.1.c
Chriſto ſeruatore noſtro. Phili.1.a

B Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut quæ deſunt, pergas cor-
rigere, & conſtituas oppidatim presbyteros, ſicut ego tibi ordina
ram: ſiquis eſt inculpatus, unius uxoris uir, liberos habens fide-
les, non obnoxios crimini luxus, aut qui non ſint intractabiles.* O
portet enim Epiſcopum inculpatum eſſe, tanquam Dei * diſpēſa- 1Tim.3.a
torē: non præfractum, nō iracundum,* non uinoſum, non percuſ *Mat.24.d
ſorem, non turpiter lucro deditum: ſed hoſpitalem, bonarum rerū *Leui.10.c
ſtudioſum, ſobrium, iuſtum, pium, temperantem, tenacem eius Ephe.5.b
qui ſecundum doctrinam eſt, fidelis ſermonis,* ut potens ſit
etiam exhortari per doctrinam ſanam, & contradicentes conuin- 2.Eſd.4.a
cere.

C *Sunt enim multi* intractabiles & uaniloqui, mētiumꝗ ſeducto
res: maximè hi, qui ſunt ex circunciſione, quibus oportet obtura- Act.15.a
re os,* qui totas domos ſubuertūt, docentes quæ non oportet, tur 2.Cor.11.c 2.Tim.3.a
pis lucri gratia. Dixit quidam ex iſtis proprius ipſorū propheta:
*Cretenſes ſemper mēdaces, malæ beſtiæ, uentres pigri. Teſtimo Epimenides
nium hoc eſt uerum. Quam ob cauſſam redarguito illos ſeueriter,
ut ſani ſint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, & præceptis
hominum, auerſantium ueritatem.* Omnia quidem pura puris. Matt.15.b
Porrò* pollutis & infidelibus nihil eſt purū, ſed polluta eſt illorū 23.c
& mens & conſcientia. Deū profitentur* ſe* ſcire, cæterùm factis *Rom.14.d

negant: quum ſint abonimabiles, & dicto non audientes, & ad omne opus bonum reprobi.

* *Græcè ἀνυπότακτοι id eſt, qui extra ordinem ſunt, inq; nullum ordinem obedientiæ cogi poſſunt.*

CAPUT SECUNDUM.

TU uero loquere, quæ decent ſanam doctrinam. Senes, ut A
ſobrij ſint, graues, modeſti, ſani fide, charitate, patientia.
1.Tim.2.d * Anus itidem, ut in habitu ſint qui religionem deceat, non B
*1.Tim.5.b *calumniatrices, non uino multo ſeruientes: ut honeſta doceant,
Gene.3.c quo poſſint modeſtas reddere adoleſcentulas, *ut maritos ſuos diligant, ut liberos ament, ut ſobriè ſint, *puræ, domus cuſtodes, bonæ, ſubditæ ſuis uiris, ne ſermo Dei malè audiat. Adoleſcētes con
1.Tim.4.b ſimiliter adhortare, ut ſobrij ſint, *per omnia teipſum præbēs for
1.Pet.5.a mam bonorum operum in doctrina, integritatem, grauitatem, ſer
1.Pet.2.b monem ſanum, irreprehenſibilem: *ut is qui repugnat, rubore ſuf
3.b fundatur nihil habens, quod de uobis dicat mali.

Ephe.6.a *Seruos hortare, ut ſuis dominis pareant, in omnibus illis pla- B
Coll.3.c ceant: non reſponſatores, non ſuffurantes, ſed fidem omnem oſten-
1.Pet.2.c dentes bonam: ut doctrinam ſeruatoris noſtri Dei ornent in omnibus. Adparuit enim gratia Dei, ſalutifera omnibus hominibus,
1.Ioan.2.c erudiens nos, ut abnegata impietate, & * mundanis concupiſcentijs, ſobriè, iuſteq;, & piè uiuamus in præſenti ſeculo, expectantes
Matt..25.c beatā* illam ſpē, & adparitionē gloriæ magni Dei, & ſeruatoris
*Rhom.8.a noſtri Ieſu Chriſti, *qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut redimeret
Gala.3.b
*Act.15.b nos ab omni iniquitate, et *purificaret ſibijpſi populum peculiarē,
Ephe.5.c æmulatorē * bonorum operū. Hæc loquere & hortare, & argue
*Ephe.2.b cum omni iniunctione. *Nemo te deſpiciat.
1.Tim.4.b

* *Græcè ἁγνάς. Atq; hinc colliget pius lector quid ἁγνὸς propriè ſignificet.*

CAPUT TERTIUM.

Rhom.13.a
1.Pet.2.b ADmoneto illos, * ut principatibus ac poteſtatibus ſubditi A
*Rho.12.b ſint, ut magiſtratibus pareant, ut ad omne opus bonū ſint parati: ne*de quopiam male dicāt, ne ſint pugnaces, ſed humani, omnem exhibentes manſuetudinem erga omnes homines. Nam eramus quondam & nos ſtulti, inobedientes, errantes, ſeruientes deſiderijs ac uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia degentes

tes

res, odioſi, inuicem odio proſequentes. * At poſtq̃ bonitas, & 1.Tim.1.b
*erga homines amor adparuit ſeruatoris noſtri Dei, non ex ope- *Deut.33.a
ribus quæ ſunt in iuſtitia, quæ faciebamus nos, ſed ſecundum ſuã
miſericordiam *ſaluos nos fecit per *lauacrum regenerationis, ac
renouationis ſpiritus ſancti, *quem effudit in nos opulentè per Ie- Rom.8.c
ſum Chriſtum ſeruatorem noſtrum, * ut iuſtificati illius gratia, hę- *Ioan.3.a
redes efficeremur, iuxta ſpem uitæ æternæ. ª Indubitatus ſermo. *Eze 36.e
B De his uolo ut confirmes, quo ſoliciti ſint, ut bonis operibus *Act.15.a
præſint qui crediderunt Deo. Hæc enim ſunt honeſta, & * utilia Ephe.2.a
hominibus. * Stultas autem quæſtiones & genealogias, & contẽ- Eſa 48.d
tiones ac pugnas legales omitte: ſunt enĩ inutiles & ſuperuacaneę. *1.Tim.1.a
Hæreticum * hominem poſt unam & alteram admonitionem ᵇ fu- 6.a
ge: ſciens quod euerſus ſit qui eiuſmodi eſt, & peccet per ſe dam- 2.Tim 2.c
natus. Quum autem miſero Arteman ad te, aut Tychicum, da o- *Matt.18.b
peram ut uenias ad me Nicopolim: nam illic decreui hyber- 2 Theſſ 3.a
nare. Zenam legiſperitum & * Apollo ſtudioſe de- Rhom.16
ducito, nequid illis deſit. Diſcant autem & noſtri Act.18.c
bonis operibus præeſſe ad neceſſarios uſus, 1.Cor.1.b
ut non ſint infrugiferi. Salutant te qui 3.4.16.b
mecum ſunt omnes. Saluta eos qui
diligunt nos in fide. Gratia
cum omnibus uobis.
Amen.

ª *Græcè πιστὸσ ὁ λόγοσ id eſt, fidus aut fidelis ſermo: qui non fallet aut mentietur cuiq̃, & omnibus meritò perſuaſus fuerit.* ᵇ *παραιτοῦ id eſt: reijce, & nequid illum amplius roga, ſed auerſare.*

SCRIPTA EX NICO-
POLI MACE-
DONIAE.

EPISTOLA E D. PAV LI AD PHILEMONEM.

CAPVT PRIMVM.

1.Cor.1.a PAulus uinctus Chriſti Ieſu,& Timotheus frater, Phi A
2.Cor.1.a lemoni dilecto,& cooperario noſtro, & Apphię dile-
Gala.1.a ctæ, & Archippo commilitoni noſtro, & quę domi
tuę eſt, congregationi. *Gratia uobis et pax à Deo pa
tre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.
Gratias ago Deo meo, ſemper mentionem tui faciens in pre-
cibus meis, quum audiam tuam charitatem ac fidem, quam habes
erga Dominum Ieſum, & erga omnes ſanctos, ut communicatio
fidei tuę efficax fiat in agnitione omnis boni, quod eſt in uobis er-
ga Chriſtum Ieſum. Gaudium enim habemus multum, & conſola-
tionē in dilectione tua, quòd uiſcera ſanctorū refocillata ſunt per-
te frater. B
Quapropter quamuis multā in Chriſto fidutiam habeā iniun-
gendi tibi, id quod officij tui erat: tamen propter charitatem po-
tius rogo, quum talis ſim, nempe Paulus ſenex, nunc autem etiā
Coll.4.a uinctus Ieſu Chriſti. Rogo te pro filio meo, quem genui in uincu-
lis meis, *Oneſimo, quondam tibi inutili, nunc uerò tibi, & mihi
perutili, quem remiſi. Tu autem eum, hoc eſt, uiſcera mea ſuſcipe,
quem ego cupiebam apud me retinere, ut pro te miniſtraret mihi
in uinculis Euāgelij. Sed abſq; tua ſententia nihil uolui facere, ne
uelut ex neceſsitate bonum tuum eſſet, ſed ſpontaneum. C
Nam propterea forſitan ſeceſſit ad tempus, ut æternum eum re
ciperes, non iam ut ſeruum, ſed ſupra ſeruum, *nempe* fratrē di-
lectum, maximè mihi: quanto autem magis tibi, & in carne, & in
Domino? Si igitur me habes conſortem, ſuſcipe illum tanq̃
me. Quòd ſi quid læſit te, aut debet, hoc mihi imputato, (ego Pau
lus ſcripſi mea manu) ego dependam: ut ne dicam tibi, quòd etiam
teipſum mihi inſuper debes. Etiā frater, ego te fruar in Domino.
Refocilla mea uiſcera in Domino.

Con-

Confiſus de obedientia tua ſcripſi tibi, ſciens, quòd etiam ultra quàm dico, facturus ſis. Simul autem etiam præpara mihi hoſpitium. Spero enim, quòd auxilio precum ueſtrarum donabor uobis. Salutant te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu: Marcus, Ariſtarchus, Demas,
A Lucas, adiutores mei. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* cum ſpiritu ueſtro.
Amen.

MISSA FVIT E RHOMA PER ONESIMVM SERVVM.

EPISTOLA D. PAVLI APOSTOLI, AD HEBRAEOS.

CAPVT PRIMVM.

A MVltifariã, * multiſq; modis olim Deus loquutus eſt pa
tribus per prophetas, extremis diebus hiſce loquutus
eſt nobis per filium, * quem conſtituit hæredem omni- matt 28. e
um: per quem & ſecula fecit, * qui quum ſit ſplen- *Sap.7.d
dor gloriæ, & expreſſa imago ſubſtantiæ illius, ferenſq; omnia 2.Cor.4.a
uerbo potentiæ ſuæ, * per ſemetipſum purgatione facta peccato- Coll.1.b
rum noſtrorum, conſedit in dextera maieſtatis in excelſis: tanto *Ephe.1.a
præſtantior factus angelis, quanto excellentius præ illis ſortitus Matt.1.c
eſt * nomen. Luc.2.c
Nam cui dixit unq; angelorum: Filius * meus es tu, ego hodie Phili.2.a
B genui te? Ac rurſum: * Ego ero ei pater, & ille erit mihi filius. Rur *Pſal.2.a
ſum autem quum inducit primogenitum in orbem terrarum, di- Luc.3.c
cit: * Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem Act.13.d
*2.Re.7.c
Bab.1. dicit; *Pſal.96.a

*Pſal.103.a dicit: * Qui facit angelos ſuos ſpiritus,& miniſtros ſuos ignis flã C
*Pſal.44.b mam. Ad filium autem: * Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi,
uirga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti ini-
quitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis,
Pſal.101.d. ultra conſortes tuos. * Et tu initio Domine terræ fundamenta
*Eſa.51.b ieciſti,& opera manuum tuarum ſunt cœli: * ipſi peribunt, tu au
2.Pet.3.b tem permanes: & omnes ut ueſtimentum ueteraſcent, ac uelut a-
mictum circumuolues eos, & mutabuntur, tu autem idem es, &
anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit unquam:
Pſal.109.a *Sede à dextris meis, donec poſuero inimicos tuos ſcabellum pe- C
dum tuorum? Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, qui in
miniſterium emandãtur propter eos, qui hæredes erunt ſalutis?

* *Hæc ad Hebræos epiſtola, cõuincẽdis pertinacib⁹ Iudæis longè adpoſitiſſima, cõtinet medullã totius ſcripturæ ſacræ, cuius author (teſte Euſebio libro 3 cap. 38.) eſt Paulus. Clemẽs (inquit) in epiſtola quã Corinthijs ſcribit, meminit epiſtolæ Pauli ad Hebræos, & utitur eius teſtimonijs. Vnde conſtat, quod Apoſtolus tanquam Hebræis mittendam patrio eam ſermone conſcripſerit, & (ut quidam tradunt) Lucam Euangeliſtam, alij autem hunc ipſum Clementem interpretatum eſſe.*

CAPVT SECVNDVM.

PRopterea oportet nos uehementius attendere ijs, quæ di- A
cta ſunt nobis, ne quando perfluamus. Etenĩ ſi is, qui * per
Gene.18.b. angelos dictus fuerat ſermo, factus eſt firmus & oĩs tranſ
19.c greſsio, & inobedientia iuſtã prẽmij repenſationẽ accepit, quomo
*Mar.2.b do nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? * quæ quum
*Mar.16.c primùm enarrari cœperit per ipſum Dominum, ab his qui audie-
rant * in nos confirmata fuit, atteſtante Deo, & ſignis & prodi-
gijs ſimul, uarijſq; uirtutibus, & ſpiritus ſancti diſtributionibus,
iuxta ipſius uoluntatem.

Non enim angelis ſubiecit orbem terræ futurum, de quo loqui B
Pſal.8.b mur. Teſtatus eſt autem alicubi quidam, dicens: *Quid eſt homo,
quòd memor es eius? aut filius hominis, quòd inuiſis illum? Minui
ſti * eum puſillum quiddam infra angelos, gloria & honore coro-
naſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.* In hoc enim, quòd ei ſubiecit 1.Cor.15.e
C omnia, nihil omiſit illi non ſubiectum. At nondum uidemus illi
omnia ſubiecta. Eum uerò qui puſillum quiddam diminutus fue-
rat infra angelos, cernimus Ieſum, * propter cruciatum mortis,
gloria & honore coronatum, ut per gratiam Dei pro omnibus Phili.2.a
*guſtaret mortẽ. Decebat enim eum, propter quem ſunt omnia, 1.Cor.15.f
& per quem ſunt omnia, ut multis filijs in gloriam adductis, prin-
cipẽ ſalutis illorum per adflictiones perfectum redderet: quando
quidem & qui ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex uno ſunt
omnes.

C Quam ob cauſſam non erubeſcit fratres illos uocare, dicens:
* Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ lau-
dabo te. Et rurſum: * Ego ero fidens in illo. Et iterum: * Ecce e- Pſal.22.c
go & pueri, quos mihi dedit Deus. Poſteaquam igitur pueri com *Pſal.17.e
mertium habent cum carne & ſanguine, * & ipſe ſimiliter parti- Eſa.12.a
ceps factus eſt eorundem, * ut per mortem aboleret eum, qui mor *Eſa.8.d
tis habebat imperium, hoc eſt, diabolum: & liberos redderet eos, Phili.2.a
quicunq; metu mortis per omnem uitam obnoxij erant ſeruituti. *Oſee.13.c
Non enim uidelicet angelos [b] aſſumit, ſed ſemen Abrahæ aſſu- 1.Cor.15.f
mit. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilis * reddi, ut miſericors 2.Tim.1.b
eſſet & fidelis pontifex: in his quæ apud Deum forent agenda, ad Phili.2.a
expiandum peccata populi * Nam in quo paſſus eſt ipſe tentatus,
A poteſt & ijs qui tentantur, auxiliari. Heb.5.a

[a] *Diminuiſti eum pauliſper præ angelis. Loquitur autem de tempore, quo in hac terra uerſatus eſt. Et noſtra cauſſa, crucem mortemq́; ſubiuit: quo nos quidem glorioſos ſecum redderet.* [b] ἐπιλαμβάνεται *qui peccatores corripit, emẽdat, et quos ut frater fratres miſerãs ſuſcipit. Ita nullum mandatum de ſalute angelorum ſuſcepit Chriſtus à patre, & quod pater neq; repromiſit, neq; mandauit, Chriſtus adminiſtrare (teſte Tertulliano) non potuit.*

CAPVT TERTIVM.

A VNde fratres ſancti, uocationis ſupercœleſtis participes,
conſiderate * Apoſtolum & pontificem confeſsionis,
noſtræ Chriſtum Ieſum, quòd fidelis ſit ei qui ipſum Rhom.15.a
B conſtituit, quemadmodum & * Moſes in tota domo ipſius. 1.Cor.4.a
Tanto nanq; maiore gloria, quàm Moſes hic dignus eſt habi- *Num.12.a
tus, quanto maiorem honorem habet is, qui conſtruxit domum,
quàm ipſa domus. Omnis enim domus conſtituitur ab aliquo.

Gene.1.a * Porrò qui condidit omnia, Deus *eſt*. Et Moſes quidē fidelis *fuit* in tota domo illius, ueluti miniſter * in teſtimonium illorū, Deut.18.c quę poſt dicēda erāt. At Chriſtus tanq̃ filius adminiſtrauit domū 1.Cor.3.b ipſius, *cuius domus ſumus nos, ſi fiduciā & gloriationem * ſpei, 6.c ad finem uſq; firmam tenuerimus.

*Rhom.5.a Quapropter ſicut dicit ille ſpiritus ſanctus: * Hodie ſi uocem *Pſal.94.b eius audieritis, ne obduretis corda ueſtra, ſicut * in exacerbatiōe, *Exo.17.a in die tentationis in deſerto, ubi tentauerunt me patres ueſtri, pro Deut.11.a bauerunt me, & uiderunt * opera mea quadraginta annis. Quapropter infenſus eram generationi illi, & dicebam: Semper errāt corde, ipſi uerò non cognouerunt uias meas, [a] ſicut iuraui in ira mea, ſi ingreſſuri ſunt in requiem meam.

Videte fratres, ne quando ſit in ullo ueſtrûm cor prauum, obnoxium incredulitati, ut deſciſcat à Deo uiuente: ſed exhortemini B uos inuicem quotidie, quoad adpelletur dies *hodiernus, nequis Heb.13.b ex uobis induretur [b] ſeductione peccati. Participes enim facti ſumus Chriſti, ſi ſanè initiū ſubſtantiæ, uſq; ad finem firmum tenuerimus. [c] In hoc dicitur: Hodie ſi uocem eius audieritis, ne ob- Pſal.94.b duretis corda ueſtra, ſicut in exacerbatione. Nam quidam quum audiſſent, exacerbauerunt: at non omnes qui profecti fuerant ex Aegypto per Moſen. Quibus autem infenſus fuit quadraginta annis? Nonne ijs qui peccauerant? quorum membra conciderūt Num.14.c in deſerto. Quibus * autem iurauit, non ingreſſuros in requiem ſuam, niſi ijs qui non obedierāt? Et uidemus quòd non potuerint ingredi, propter incredulitatem.

[a] Sicut iratus ego iuraui, nequaquam ingreſſuri ſunt requiem meam. [b] Per ſeductionem peccati, intellige fallax atq; ſeducens peccatum, idq; ex tropo Hebraico. [c] Huc demum ſpectat illud: Hodie ſi uocem eius audieritis.

CAPVT QVARTVM.

Metuamus igitur, nequando derelicta ꝓmiſſione introeūn A di in requiem eius, uideatur aliquis ex uobis fuiſſe fruſtratus. Etenim ſumus Euangelio donati, quemadmodum Eſa.7.b & illi.* At non profuit illis audiſſe ſermonem, quòd is nō eſſet cū Rhom.2.b fide coniūctus ijs, qui audierāt. Introimus enim in requiē, nos qui

credi-

credimus, quemadmodum dixit: Sicut iuraui in ira mea, ſi ingreſ-
ſuri ſint in requiem meam, & ſanè operibus à iactis fundamentis
mundi factis. Dixit enim quodam in loco de ſeptimo die ſic: * Et
requieuit Deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis. Et in hoc Gene. 2. a
rurſum: * Si introibunt in requiem meam. Pſal. 94. b

B Poſteaq̃ igitur* illud* reliquũ eſt, aliquos introire in eã, & qui-
bus prius annunciatum fuit, non introiuerunt propter increduli-
tatem, rurſum quendam præfinit diem hodie, in Dauid dicens,
poſt tantum temporis, quemadmodum dictum eſt: * Hodie ſi uo- Pſal. 94. b
cem eius audieritis, ne obduretis corda ueſtra. Nam ſi eis Ioſue re
quiem præſtitiſſet, nequaq̃ de alio poſthàc die loquutus fuiſſet.
Itaq̃ relinquitur Sabbatiſmus populo Dei. Nam qui ingreſſus
eſt in requiem illius, & ipſe requieuit ab operibus ſuis, * quemad- Gene. 2. a
modum à ſuis Deus.

C Studeamus igitur ingredi in illam requiem, ne quis eodem con-
cidat incredulitatis exẽplo. Viuus enim* eſt* ſermo Dei et efficax,
& penetrantior quouis* gladio utrinq̃ incidente, * ac pertingens Eſa. 9. a
uſq̃ ad diuiſionem animę ſimul ac ſpiritus, compagumq̃ et medul *Eccl. 12. a
larum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis: * nec eſt * Eccl. 15. a
ulla creatura, quæ non manifeſta ſit in conſpectu illius. Sed omnia
nuda, & reſupinata oculis eius, ad quem nobis eſt ſermo. Haben-
tes igitur* pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Ieſum filiũ Heb. 6. c
Dei, teneamus profeſſionem. Non enim habemus pontificem, qui 8. a. 9. b
non poſſit condoleſcere infirmitatibus noſtris, a ſed tentatum per
omnia iuxta ſimilitudinẽ, * abſq̃ peccato. Accedamus igitur cum Eſa. 53. b
fiducia ad * thronũ gratiæ, ut cõſequamur miſericordiam: & gra Rhom. 8. a
tiam inueniamus ad oportunum auxilium. 2. Cor. 5. c

*Rom. 3. c.

a. *Sed tentatum per omnia ſimiliter, aut prorſus eodem modo quo nos, excepto peccatis, obſerua & hic phraſim Hebræam.*

CAPVT QVINTVM.

A NAm * omnis pontifex, qui ex hominibus adſumitur, pro
hominibus conſtituitur, in his quæ erga Deum aguntur,
* ut offerat donaria, et uictimas pro peccatis, moderatè fer Leuit. 9. b
re ualens ignorantes & errantes: quandoquidem & ipſe circunda
tus eſt infirmitate. Et propter hanc debet, quemadmodum pro po

pulo, ita & pro ſeipſo immolare pro peccatis. Nemo ſibiipſi uſur-
Exo.28.a pat honorem, ſed qui uocatur etiam à Deo, * quemadmodum &
Num.17.a Aaron. Ita & Chriſtus non ſemetipſum glorificauit, ut fieret pon-
Pſal.2.a tifex, ſed is qui dixerat illi: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.
Pſal.109.a Sicut & alibi dicit: * Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordi-
nem Melchiſedec.

*Luc.23.c *Qui in diebus carnis ſuæ, quum & precationes & ſupplicatio- C
Ioan.17.a nes apud illum, qui poterat ipſum à morte ſeruare, cū clamore ua-
Phili.2.a lido & lachrymis obtuliſſet, & exauditus eſſet [a] pro reuerētia. * Ta
metſi filius eſſet, didicit ex his quæ paſſus eſt, obedientiam, ac per-
fectus redditus, omnibus qui ſibi obedierunt, fuit cauſſa ſalutis
Heb.7.a æternæ, cognominatus à Deo pontifex ſecundum ordinem * Mel
chiſedec: de quo nobis multa forent dicenda, eaq; difficilia ex-
1.Cor.3.a plicatu, quandoquidem ſegnes facti eſtis auribus. * Etenim quum
debeatis pro temporis ratione doctores eſſe, rurſum opus habetis,
ut doceamus uos, quæ ſint elemēta initij eloquiorum Dei, factiq; C
eſtis ij, quibus lacte ſit opus, & nō ſolido cibo. Nā quiſq; lactis eſt
particeps, is inexpertus eſt ſermonis iuſtitiæ: infans enim eſt. Por
rò perfectorum eſt ſolidus cibus, * nēpe * horum, qui propter aſſue
tudinem, ſenſus habent exercitatos, ad diſcretionem boni pariter
& mali.

[a] *Græca ſonant ἀπὸ τῆς εὐλαβείας id eſt, à reuerentia ſeu à pietate.*

CAPVT SEXTVM.

QVapropter [a] omiſſo, exordij Chriſti ſermone, ad perfecti
onem feramur, non rurſum fundamentum iaciētes pœni- A
tentiæ ab operibus mortuis, & fidei in Deum, baptiſma-
tum, doctrinæ, ac manuum impoſitionis, & reſurrectionis mortu
orum, & iudicij æterni. Atq; id faciemus, *ſi quidem permiſerit
Act.18.c Deus. Nam fieri non poteſt, ut qui ſemel fuerint illuminati, guſta
Iacob 4 b uerintq; donum ſupercœleſte, & participes facti fuerint ſpūs ſan
*Heb.10.c cti, *guſtauerintq; [b] bonum Dei uerbum, ac potentias futuri ſecu
1.Pet.2.a li, ſi prolabūtur, denuò renouentur per pœnitentiam, recrucifigē
tes ſibimetipſis filium Dei, & infamantes.

Siquidem terra, quæ imbrem ſæpius in ſe uenientem combi-
berit, & progenuerit herbam accommodam eis, opera quorum B

& coli-

& colitur, recipit benedictionem à Deo. At quæ produxerit ſpi-
nas & tribulos, reproba eſt, & maledictioni confinis, cuius exitus
huc tēdit, ut exuratur. Cæterùm perſuaſimus nobis de uobis di-
lecti, quæ ſint meliora, [c] & adhærentia ſaluti, tametſi ſic loquamur.
*Non enim iniuſtus eſt Deus, ut obliuiſcatur operis ueſtri, & la-
boris ex charitate *ſuſcepti*, quam exhibuiſtis erga nomen illius,
qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis. Cupimus autem, ut unuſ-
quiſque ueſtrûm idem præſtet ſtudium, ad certificationem ſpei
uſq; ad perfectionem, ne ſitis imbecilles, ſed imitatores eorum,
qui per fidem ac patientiam [b] hæreditate accipiunt promiſſiones.
Deus enim pollicitus Abrahæ, quum non poſſet per quenquam
maiorem iurare: iurauit per ſeipſum, dicens: *Niſi benedicens be Gene.22.e
nedixero tibi, & multiplicans multiplicauero te. Atque ita quum
patienter expectaſſet, conſecutus eſt promiſſum.

C Nam homines quidem per eum iurant, qui ſit maior, *atq; iiſ- Exod.22.b
dem omnis controuerſiæ finis eſt, ſi accedat iuriſiurandi confir-
matio. Qua in re Deus quum eximiè uellet hæredibus promiſſio
nis oſtendere firmitatem conſilii ſui, interpoſuit iuſiurandum, uti
per duas res immutabiles, in quibus fieri non poſſet, ut mentire-
tur Deus, ualidam conſolationem haberemus, qui huc confugi-
mus, ut potiamur propoſita ſpe, quam uelut ancoram tenemus
animæ, tum tutam, tum firmam, & introëuntem uſque ad ea quæ
ſunt intra uelum, ubi præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ieſus,* Heb.5.a
iuxta ordinem Melchiſedec, pontifex factus in æternum. 8.a 9.b

[a] *Omiſſo initiali rerum Chriſtianarum ſermone, feramur ad perfectiora.* [b] *Bonam Dei promiſſionem. Hic locus quamplurimos torſit, & eſt intellectu difficilimus, niſi quis probè perpendat teneatq; diſcrimē, quod eſt inter peccatum ſerpentinum & humanum. Geneſios 3. Scribit autem Moſes de ſerpente ſtatim à peccato ſuo (quod prudens deſignauit) maledicto. Nihil enim habebat, quod tum excuſare potuiſſet, huc quoque ſpectat figura de rebellibus & obſtinatis Iſraëlitis, quos Dominus non ingreſſuros ſuam requiē tū demū iuraſſe legitur, quū exploratores è terra Canaā & rediiſſent, et ipſi fructus terræ illius uidiſſent. Quare qui poſt guſtatum donum cœleſte peccant, ut illi, poſt donum terreſtre, peccatum uoluntarium admittere cenſentur* [c] *Et cum ſalute coniuncta, aut quæ ſint ſalutaria.* [b] *Sorte diuidunt promiſſiones* κληρονομούντων τας ἐπαγγελίας, *percipit nos eſſe imitatores eorū, nempe Ioſue & Caleb, aliorūq; piorum qui ſtrenue eluctati ſunt & opus Dei in ſe inceptum, perfecerunt.*

Caput

CAPVT SEPTIMVM.

Gene.14.9 HIc[a] enim * Melchiſedec rex Salem⁺erat⁺, ſacerdos Dei al- A
tiſſimi,qui occurrit Abrahæ, reuertenti à cæde regum,
& benedixit illi, cui & decimas ex omnibus impertitus
eſt Abraham: qui primùm quidem ex interpretatione dicitur rex
iuſtitię,deinde uerò etiam rex Salem,quod eſt rex pacis,[b] ſine pa-
tre,ſine matre,ſine genealogia,nec initiũ dierũ,neque uitę finẽ ha
bens,ſed adſimilatus filio Dei,manet ſacerdos in perpetuum. Cõ-
ſiderate uerò,quantus fuerit,cui etiam decimas dederit[c] Abrahã
Num.18.d patriarcha de primitijs frugum. Atq; ij quidem, qui quòd ſint de
2.Para.31.b numero*filiorum Leui ſacerdotij functionem ſumunt,præceptũ B
habent ut decimas accipiant à populo iuxta legem, hoc eſt, à fra-
tribus ſuis, licet egreſſis ex lumbis Abrahæ. At is cuius genus
non recenſetur ex illis, decimas accepit ab Abrahã,& habẽti pro
miſſiones benedixit. Porrò nemo negat,quin id quod minus eſt,
ob id quod maius eſt,benedictionem accipiat. Atque hic quidem
homines,qui moriuntur,decimas accipiunt. Illic autem is,de quo
teſtatum eſt,quòd uiuat: & ut ita dicam,[d] in Abraham etiã⁺ipſe⁺
Leui,qui decimas accipit,decimatus eſt. Nam is adhuc in lumbis
patris erat,quum occurreret Abrahæ Melchiſedec.
Rom.3.b *Proinde ſi cõſummatio per Leuiticũ ſacerdotiũ erat,ſiquidẽ
Gala.2.c p hoc populus regẽ acceperat,qd pręterea fuit opus, aliũ exoriri
ſacerdotẽ,qui ſecundũ ordinẽ Melchiſedec,et nõ ſecundũ ordinẽ
Mala.2.b Aarõ,⁺diceret⁺: Quãdoquidẽ trãslato ſacerdotio,neceſſe eſt,ut C
Mat.1.a legis quoq; translatio fiat. Nã is,de quo dicũtur hęc,ad aliã tribũ
pertinet, de qua nullus altari adſtitit. Palã eſt em̃, * quòd è tribu
Iuda exortus ſit Dominus noſter. At nihil loquutus eſt de ſacer-
dotio Moſes,quod ad hanc tribum pertineat,idq; magis etiam li
quet,ſiqu idem ad ſimilitudinem Melchiſedec exoritur ſacerdos
alius,qui non iuxta legem mandati carnalis factus ſit, ſed iuxta
Pſal.109.a potentiam uitæ indiſſolubilis. Teſtificatur enim ad hunc modũ:
*Tu ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Abro
Rho.3.b.8.a gatur enim quod præceſſit propter imbecillitatem & inutilita-
Gala.3.b tem. *Nam nihil ad perfectionem adduxit lex, uerùm erat intro-
ductio ad ſpem potiorem, per quam adpropinquamus Deo, atq;

hoc

hoc potiorem, quòd non abſq; iureiurando res acta ſit. Nam illi
quidem citra iuſiurandum ſacerdotes facti ſunt: hic uerò cum
iureiurando, per eum qui dicit ad illum: * Iurauit Dominus, & Pſal.109.a.
non pœnitebit eum, tu * es * ſacerdos in æternum, ſecundum ordinē
D Melchiſedec. Tanto potioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus,
& illi quidē plures facti ſunt ſacerdotes, propterea quòd per mor-
tem non ſinerentur permanere. At hic quòd idem maneat in æter
num, perpetuum habet ſacerdotium: unde & ſaluos facere ad ple-
num poteſt, qui per ipſum adeunt Deum, ſemper uiuens, ad hoc
ut * interpellet pro illis. Talis enim decebat ut eſſet nobis Ponti- 1.Ioan.2.a.
fex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & 1.Tim.2.a.
ſublimior cœlis factus, cui non ſit quotidie neceſſe, * quemadmo- Leuit.9.b.
dum illis pōtificibus, prius pro proprijs peccatis uictimas offerre,
deinde pro peccatis populi. Nam id fecit ſemel, quū ſemetipſum
obtulit. Siquidem * lex homines conſtituit pontifices, habentes in- Heb.5.b.
firmitatem. Porrò ſermo iuriſiurandi, quod poſt legē eſt, filium
* conſtituit * in æternum conſummatum.

[a] *Hic enim Melchiſedec erat rex Salē, ante regnū Iſraëliticū, & ſacerdos Dei altiſſi-
mi ante ſacerdotiū Leuiticum.* [b] *Melchiſedec neq; rex erat, neq; ſacerdos, ex præſcri-
pta proſapia, ex præſcripto patre, aut matre, ut poſtea ordinatum eſt regnum Iſraëliticum,
& ſacerdotium Leuiticum.* [c] *Abraham loco primitiarum frugum optima ſpolia dediſſe
creditur.* [D] *Διὰ ἀβραὰμ id eſt, per Habraam.*

CAPVT OCTAVVM.

A SVmmarium autem in his quæ dicuntur * hoc eſt *. * Talem
habemus pontificem, qui conſedit ad dexterā throni ma- Heb.5.a.
ieſtatis, in cœlis ſanctorum adminiſtrator ac ueri taberna- .6.c.9.b.
culi, quod fixit Dominus, & non homo. * Omnis enim pontifex
ad offerendum donaria & uictimas conſtituitur, * unde neceſſe
eſt, ut hic etiā habeat aliquid quod offerat. Nā ſi eſſet in terra, ne ſa Ephe.5.a.
cerdos quidem eſſet, ubi ſunt ſacerdotes, qui offerunt iuxta legē
donaria, * quæ quidem exemplari & umbræ deſeruiunt ſuper cœ Heb.10.a.
leſtiū, quemadmodū oraculo reſponſum eſt Moſi, quū eſſet abſo-
luturus tabernaculum. * Nam uide, inquit, ut facias omnia ſecun- Exo.25.d.
dum exemplar, quod oſtenſum eſt tibi in monte: nunc uerò hoc Act.7.f.
excellētius ſortitus eſt miniſteriū, quo præſtantioris eſt Teſtamēti

ſor, quod in præſtantioribus promiſſis ſancitum eſt.

Etenim ſi prius illud tale fuiſſet, ut nihil in eo poſſet reprehēdi, B
haud quaq̄ fuiſſet ſecundo quæſitus locus. Nam incuſans eos, lo-
Hier. 31. e quitur illis: * Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & conſummabo
ſuper domum Iſraël, & ſuper domum Iuda, Teſtamentum nouum
non iuxta Teſtamentum, quod feci patribus illorum in die, quum
adprehēderem manum illorum, ut educerem eos e terra Aegypti:
Act. 7. e * quoniam ipſi non perſtiterunt in teſtamento meo, & ego negle-
ctui eos habui, dicit Dominus. Nam hoc eſt Teſtamentum, quod
diſponam domui Iſraël poſt dies illos, dicit Dn̄s: dans leges meas
Zach. 8. b in mentem illorum, & in corde illorum inſcribam illas, & * ero il-
Apoc. 21. b lis Deus, & ipſi erunt mihi populus. Et nō docebunt quiſq; proxi-
mum ſuum, dicentes: Cognoſce Dominum, quod oēs cognituri
ſint me ab eo, qui puſillus fuerit inter eos, uſq; ad eum qui magnus
Matt. 3. b eſt inter illos, * quoniam placatus ero ſuper iniuſtitijs illorum, &
17. a. peccatis eorum: & iniquitatum illorum non recordabor amplius.
Per hoc quod dicit nouum, antiquauit prius. Porro quod antiqua-
tur & ſeneſcit, in propinquo eſt, ut euaneſcat.

• *Hoc rhetoricum argumentum ad ſyllogiſmum dialecticum, hoc pacto reduci poteſt. Omnis pontifex Leuiticus conſtituitur ad offerendum donaria & uictimas, iuxta legem Moſaicam, quæ quidem non loquitur de offerendo ſeipſo, ſed pecudibus & alijs muneribus. Noſter autē pontifex Ieſus Chriſtus, non eſt conſtitutus ad offerendū donaria & uictimas iuxta legem Moſaicam, ſed ut offerat ſeipſum ueram hoſtiam pro peccatis totius mundi. Igitur. &c.*

CAPVT NONVM.

Exo. 25. a IGitur habebat quidem etiam prius illud iuſtificationes, A
cultus ac ſanctum mundanum. * Siquidem tabernaculum
factum fuit primum, in quo erant lucernæ, & menſa &
Leui. 24. b * propoſitio panum, quæ dicitur, ſancta. Poſt ſecundum autem
uelum * erat * tabernaculum, quod uocatur ſanctum ſanctorum, au-
Exo. 25. b reum habens thuribulum, & * arcam teſtamenti, undiq; circunte- D
* Exo. 16. f ctā auro, in qua * urna aurea habens manna, & * uirga Aaron, quæ
* Num. 17. a germinauerat, * & tabulæ Teſtamenti. Super hanc autem Cheru-
* Exo. 48. c bin gloriæ, obumbrantia propitiatorium: de quibus non eſt nūc
dicen-

dicendum ſingulatim.
* His autem ad hunc ordinatis modum, in prius quidem taber- Num.28.a
naculum ſemper ingrediuntur ſacerdotes, qui ſacrorum ritus pera
gant: * ſecundum autem ſemel quotannis ſolus pontifex non ſine Exo.30.b
ſanguine, quem offert pro ſe ipſo, & pro populi ignorantijs, illud Leu.16.g
B ſignificante ſpiritu ſancto, nondum manifeſtatam eſſe* ſanctorum 3.Mach.
uiam, adhuc priore tabernaculo conſiſtente, quæ erat ſimilitudo Luc.1.a
pro tempore tum præſente, in quo dona ſacrificiaq; offeruntur, *Ioan.10.a
quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum reddere cultorẽ, 14.a
* in cibis duntaxat & potionibus, & diuerſis ablutionibus ac iu- Leuit.11.
ſtificationibus carnis, uſq; ad tempus correctionis impoſita. Num 19
*At Chriſtus accedens pontifex futurorum bonorum, per ma- Heb.5.c.6.c
ius & perfectius * tabernaculum, nõ manufactũ, hoc eſt, nõ huius 8.a
ſtructuræ, neq; per ſanguinem hircorum ac uitulorũ, *ſed per pro *Eſa.33.c
prium ſanguinem ingreſſus eſt ſemel in ſancta, æterna redemptio 2.Cor.5.a
ne reperta. * Nam ſi ſanguis taurorum & hircorum, * & cinis iu- *1.Ioa.1.b
uencæ, aſpergens inquinatos, ſanctificat ad carnis purificationẽ, 1.Pet.1.c
C quanto magis ſanguis Chriſti? * qui per ſpiritũ æternum ſeipſum Apo.1.a
obtulit immaculatum Deo, purgabit conſcientiam ueſtram à mor *Leu.9.b
tuarijs operibus, *ad ſeruiendũ Deo uiuenti? Et ob id noui Teſta 16.b
menti* conciliator eſt, ut morte intercedente, ad redemptionẽ ea- *Num.19.b
rum præuaricationum, quæ fuerãt ſub priori Teſtamento, ij qui *Ephe.1.b
uocati ſunt, promiſſionem accipiant æternæ hæreditatis. Siquidẽ Coll.1.b
ubi Teſtamentum eſt, mors intercedat neceſſe eſt teſtatoris. 2.Cor.5.c
*Nam Teſtamentum in mortuis ratum eſt, quandoquidem nõ *Rhom.6.a
dum ualet, quũ uiuit teſtator. Vnde ne prius quidẽ illud abſq; ſan 13.b
guine dedicatum fuit. Quum enĩ Moſes omne præceptum iuxta 1.Pet.4.a
legem expoſuiſſet omni populo, ſumpto ſanguine uitulorum & *Gala.3.c
hircorum, cum aqua & lana coccina & hyſſopo, ſimul & ipſum li- 1.Tim.2.a
brũ, & totũ populum aſperſit, dicens: *Hic eſt ſanguis teſtamenti, *Gala.13.c
quod mandauit uobis Deus. Inſuper autem & tabernaculum, & Exo.24.b
D omnia uaſa miniſterij, ſanguine cõſimiliter aſpergebat. Et omnia Matt.26.c
ferè ſecundum legẽ ſanguine purificantur, & abſq; ſanguinis effu-
ſione nõ fit remiſſio. Itaq; neceſſe eſt, ut exẽplaria quidẽ eorũ quę
ſunt in cœlis, hiſce rebus purificentur. Cæterùm ipſa ſupercœle-

ſtia potioribus quàm hæ ſint, uictimis *mundentur*.

Non enim in manufacta Sancta ingreſſus eſt Chriſtus ᵃ exem D
plaria uerorum, ſed in ipſum cœlum, ut adpareat nunc in conſpe-
ctu Dei pro nobis, non ut ſæpius offerat ſemetipſum, * quemad-
Leui.16.g modum pontifex ingreditur in ſancta ſingulis annis per ſanguinē
alienum. Alioqui oportuiſſet illum ſæpius paſſum fuiſſe à cōdito
mundo. Nunc autem ſemel ſub conſummationem ſeculorum, ad
profligationem peccati, per immolationem ſuiipſius adparuit. Et
quatenus illud manet omnes homines, ut ſemel moriātur, poſt hoc
Rhom.5.a autem iudicium: ita & Chriſtus ſemel oblatus, * ut multorum pec
1.Pet.3.c cata tolleret, ſecundariò ᵇ abſq; peccato conſpicietur ijs, qui illū
expectant in ſalutem.

ᵃ ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν *id eſt, deformationes aut defigurationes uerorū.* ᵇ *Glorioſus adparebit, & illuſtris. Non autem ut piaculum ſit mundi, ſed iudex.*

CAPVT DECIMVM.

Coll.2.c NAm ᵃ lex * umbram obtinens futurorum bonorum, non A
ipſam imaginem rerum, his hoſtijs, quas ſingulis annis eaſ-
dem continenter offerunt, nunq; poteſt accedentes perfe-
ctos reddere. Alioqui nonne deſijſſent offerri? Propterea quòd
nullam iam habuiſſent cōſcientiam peccatorum qui ſacrificaſſent,
ac ſemel purgati eſſent. Atqui in iſtis commemoratio fit peccato-
Leuit.19.e rum quotannis. * Non enim poteſt ſanguis taurorum & hircorū
auferre peccata. Quapropter quum ingreſſurus eſt mundum, di-
Pſal.39.b cit: *Sacrificium & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mi-
Eſa.50.b hi, holocautomata & pro peccato non comprobaſti. Tunc dixi:
Ecce adſum, in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam Deus uo-
luntatem tuam. Superius quum dicit: Sacrificium & oblationem
& holocautomata, & pro peccato noluiſti, neq; comprobaſti, quę
iuxta legem offeruntur, tunc dixit: Ecce adſum, ut faciā Deus uo-
luntatem tuam, tollit prius, ut poſterius ſtatuat: per quam uolun-
tatem ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſe-
mel peractam.

Et omnis quidem ſacerdos adſiſtit quotidie, ſacra peragens, & B
eaſdem ſæpius offerens hoſtias, quæ nunquam poſſint auferre
peccata.

peccata. Hic uerò una pro peccatis oblata uictima, perpetuò ſe-
det ad dexteram Dei, id quod ſupereſt expectans, *donec reddã- Pſal.109.
tur inimici ipſius ſcabellum pedum eius. Vnica enim oblatio-
ne perfectos effecit in perpetuum, eos qui ſanctificantur. Teſtifi-
catur autem nobis & ipſe ſpiritus ſanctus, nimirum quum præ-
dixerit: *Hoc *eſt* teſtamentũ, quod condam erga illos, poſt dies Hier.31.
illos, dicit Dominus, dans leges meas in corda illorum, & in men
tibus illorum inſcribam eas, & peccatorum & iniquitatum illo-
rum non recordabor amplius. Porrò ubi horum eſt remiſſio, nõ
eſt amplius oblatio pro peccato.

C Quum igitur fratres habeamus libertatem * adeundi in ſan-
cta, per ſanguinem Ieſu, ea uia quam dedicauit nobis recentem ac Ioan.10.a
uiuentem per uelamentum, hoc eſt, *per* carnẽ ſuam: quumq́ ha 14.a Rhom.5.a
beamus ſacerdotem magnum præfectum domui Dei, acceda- Heb.9.6.
mus cum uero corde, in certitudine fidei, *aſperſi cordibus, ac de Exo.24.b
pulſa conſcientia mala, & abluti corpore aqua pura, teneamus cõ 1.Pet.1.a
feſſionem ſpei, non uacillantem (fidelis enim qui promiſit) & con-
ſideremus nos inuicem, in hoc, ut prouocemus ad charitatem &
bona opera, non deſerentes adgregationem noſtri mutu-
am, (ſicuti mos *eſt* nonnullis) ſed adhortantes inuicẽ: * idq́ hoc Rho.13.b
magis, quòd uidetis adpropinquantem diem. * Nam ſi uolentes Num.15.c
peccauerimus poſt acceptam cognitionem ueritatis, non ultra Heb.6.a
pro peccatis reliqua eſt hoſtia, ſed formidabilis quædam expecta
tio iudicij, & ignis uehementia, qui deuoraturus eſt aduerſarios.
D Qui *aſpernatus fuerit Moſi legem, abſq́ miſericordia, ſub duo- Deut.17.b
bus aut tribus teſtibus moritur. Quanto putatis peioribus adfi- 19.c
cietur ſupplicijs, qui filium Dei conculcârit, & ſanguinem teſta- Matt.18.b
menti *commune exiſtimârit, per quem fuerat ſanctificatus, & ſpi 2.Cor.13.a
ritum gratiæ contumelia adfecerit? Nouimus enim eũ qui dixit: Deut.32.e
Mihi uindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Et rurſum: * Do- Rhom.12.c
minus iudicabit populum ſuum. Horrendum eſt incidere in ma- *Deut.32.a
nus Dei uiuentis.

Redeant autem uobis in memoriam ſuperiores dies, in quibus
illuminati, ingens certamen ſuſtinuiſtis adflictionum: partim qui
dem dum & probris & preſſuris adfecti, ſpectaculo fuiſtis omni

Act.21. bus,partim dum conſortes ita conuerſantium facti eſtis.Siquidē
Eph.e.4.a & adflictionum,*quæ ex uinculis meis contigerunt, participes
Philip 1.a fuiſtis, & direptionem facultatum ueſtrarum cum gaudio accepi
2.Tim.2 b ſtis,*ſcientes uos habere in uobis potiorem ſubſtantiam in cœlis,
*Matt.5.a ac manentem. Ne abieceritis igitur fiduciam ueſtram, quæ ma-
gnam habet præmij retributionem.* Nam patientia uobis eſt
*Heb.12.a opus,ut ubi uoluntatem Dei peregeritis, reportetis promiſſio-
*Abac.1.a nem.*Adhuc enim perpuſillum temporis,& qui uenturus eſt,ue-
1 Pet.1.a niet,& non tardabit.*Iuſtus aūt ex fide uicturus eſt, & ſi ſe ſub-
*Rho.1.b duxerit,ᶜnon ſibi bene placet anima mea in illo .ᴰ At nos non ſu-
Gala.3.b mus,qui ſubducamus nos in perditionem, ſed ad fidem pertine-
mus in acquiſitionem animæ.

[a] Hic repetitione utitur,& ſeipſum explanans, umbras & res ueras inter ſeſe cōfert. Legem autem Moſaicam quæ ſacrificia ſacerdotum Leuiticorum præſcripſit, ait obtinuiſſe umbram futurorum bonorum,& non ipſam ueram imaginem rerum,hoc eſt,non uiuam rerum imaginem. Si enim ueræ hoſtiæ fuiſſent,& perfectos reddidiſſent,nonne deſiſſent offerri? quorſum ablatis peccatis,continenter eorum uſus fuiſſet?

[b] Commune Hebraica conſuetudine dictum eſt,pro eo quod non ſit ſanctum.[c] Non cōplacitum eſt animæ meæ in illo,aut ut nonnulli interpretantur, non placatur anima mea per illum.[D] Græca ad uerbum habent : At nos non ſumus ſubtractionis in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ,hoc eſt,à Chriſti Eccleſia propter adflictiones non deficimus,idq; in perditionem animarum noſtrarum, ſed infracta fide perſiſtimus, qua etiam uitam perditam reſtauramus. Hic enim morimur,ut in futuro ſeculo uiuamus.

CAPVT VNDECIMVM.

Rho.1.b ESt autem fides ſperandarum rerum ſubſtantia,argumen-
tum eorum* quę non uidentur. Per hanc enim teſtimoni- A
Collo 1.b um meruerunt ſeniores.*Per fidem intelligimus perfecta
1.Tim.1.c fuiſſe ſecula uerbo Dei,ut ex his quæ non adparebant,ea quæ ui
*Gene.1.a dentur fierent.*Per fidē uberiorem hoſtiam Abel obtulit Deo,
Gene.4.a quàm Cain,per quam teſtimonium meruit,*quòd eſſet iuſtus,te-
Matt.23.e ſtimonium perhibente de donarijs illius Deo, & per hanc mor-
Gene.5.c tuus adhuc loquitur. Per*fidem Enoch fuit translatus, ne uide-
Sap.4.b ret mortem:nec fuit inuentus,propterea quòd tranſtulerat illum
Eccl.44.c Deus:priuſquam eñ transferretur, teſtimoniū meruerat, quòd
49 c placuiſſet Deo.

At ſine fide impoſſibile eſt benè placere*illi*. Credere enim B
oportet

oportet illum,qui accedit ad Deum, quo'd Deus, & quo'd ijs qui
exquirunt eum,mercedis retributor ſit. Per fidem admonitus ora Gene.6.d
culo Noë,ea quæ nondũ uidebantur, ueritus, adparauit arcam Eccli.44.b
ad ſalutẽ domus ſuę,per quam *arcam* * condemnauit mundũ, Mat.12.d
& eius quæ ſecundum fidem eſt,iuſtitiæ factus eſt hæres.*Per fi- *Gene.12.
dem adpellatus Abraham,obediuit,ut exiret in locum, quem acce 13.
pturus erat in hæreditatẽ:& exiuit,neſciens quo' eſſet uenturus.

Per fidem commigrauit in terram promiſſionis, ueluti pere-
grinam,quum in tabernaculis cum Iſaac & Iacob, cohæredibus
eiuſdem promiſſionis. Expectauerat enim habentem fundamen-
ta ciuitatem,cuius opifex & conditor eſt Deus.

C *Per fidem & ipſa Sara uim ad concipiendum ac retinendum
ſemen accepit:*ac præter ætatis rationem peperit, quo'd fidelem Gene.21.a
iudicaret eum,qui promiſerat. Quapropter & ex uno nati ſunt *Luc.1.b
poſteri,eoq́ iam annis effœto,tãto numero,*quanto' ſunt ſtel- Gene.15.a
læ cœli,& uelut harena quæ eſt iuxta marginem maris innume- Ioan.8.c
rabilis.

*Iuxta fidem mortui ſunt hi omnes, quum nõ accepiſſent pro-
miſſiones:ſed procul eas uidiſſent, & credidiſſent ſalutaſſentq́, Gene.47.b
&*confeſſi fuiſſent,ſe hoſpites atq́ aduenas eſſe in terra. Nam
hęc qui dicunt,declarant ſe patriam inquirere. Et ſi illius quidem
memores fuiſſent,unde fuerant profecti, habebant oportunita-
tem reuertendi. Nunc autem meliorem expetunt,hoc eſt, ſuper-
cœleſtem. * Quapropter non erubeſcit ipſe Deus, uocari Deus Exo.3.c
illorum. Parauerat enim illis ciuitatem. Matt.22.d

D *Per fidem obtulit Abraham Iſaac,quum tentaretur, & uni-
genitum obtulit,in quo promiſſiões acceperat, ad quem dictum
fuerat:In Iſaac uocabitur tibi ſemen,quum illud ſecum perpendiſ- Gene.22.a
ſet, Deum uel a mortuis excitare poſſe:*unde illum etiam reſurre Eccl 44.c
ctionis typo reduxit. Gene.12.d

*Per fidem de futuris benedixit Iſaac filio Iacob & Eſau. Per
*fidem Iacob moriens,ſingulis filijs Ioſeph benedixit,& adorauit Gene.48.c
faſtigium uirgæ illius.

*Per fidem Ioſeph moriens,de egreſſione filiornm Iſraël memi- Gene.50.d
nit,deq́ oſſibus ſuis mandauit.* Per fidem quum natus eſſet Mo Exo.2.a

ſes,

Exo. 12. b ſes,occultatus eſt menſes tres à parentibus ſuis: propterea quòd
Luc. 12. b uiderent elegantem puellum,nec ueriti ſunt edictum regis. * Per
Exo. 12. f fidem Moſes iam grandis renuit uocari filius filiæ Pharaonis,po
Exo. 12. b tius eligẽs ſimul malis adfici cum populo Dei,quàm* temporarijs
*Exo. 14. e peccati commodis frui,maiores arbitratus diuitias probrũ Chri
Ioſu. 6. e ſti,quàm Aegyptiorum theſauros. Reſpectum enim habebat re=
muneratiοnis.

*Per fidem reliquit Aegyptum, haud ueritus ferociam regis. E
Perinde enim quaſi uidiſſet eum,qui eſt inuiſibilis,ita obdurauit.
Exo. 2. b *Per fidem fecit Paſcha,& effuſionem ſanguinis:ne is qui perime
*Exo. 14. e bat primogenita,tangeret ipſos.*Per fidem tranſierunt rubrum
*Io. 2. 4. 6. d mare ,ueluti per ſiccam *terram*:quod cum tentaſſent Aegiptij,
Iud. 17. abſorpti ſunt.

*Iud. 14 Per fidem mœnia Hiericho conciderunt, circundata ad dies
*Iud. 14. ſeptem.*Per fidem Rhaab meretrix non perijt unà cum his, qui
*Iud. 11. non obedierant,quum excepiſſet hoſpitio exploratores pacificè.
*1 Reg. 17. Et quid præterea loquor? Deficiet enim me tempus comme=
*1 Reg. 12. morantem de*Gedeone,de*Barac,&*Sampſone,&*Hiephthaẽ,
*Dani. 14. nec nõ Dauid & *Samuele,ac prophetis:qui per fidem expugna
*Dani. 3. uerũt regna, operati ſunt iuſtitiam, adſequuti ſunt promiſſio= F
*3 Reg. 19. nes,*ocluſerunt ora leonum, * extinxerunt uim ignis,*effuge=
*Eſa 38. runt acies gladij, ualidi facti ſunt ex imbecillitate,effecti*ſunt ro
*Iud. 3. 15. buſti in bello,[b]*caſtra inclinàrunt exterorum.*Mulieres accepe=
2. Para. 12 runt ex reſurrectione mortuos ſuos.*Alij uerò diſtẽti ſunt,aſper
2. Reg 14. nati redemptionem,ut potiorem ſortirentur reſurrectionem.
2. Para. 14. 20. Alij rurſus ludibrijs & flagris explorati ſunt,inſuper & uincu
3. Reg. 17. lis & carcere,* lapidati ſunt, diſſecti ſunt,tentati ſunt, occiſione
4. Reg. 4 gladij occubuerunt:*oberràrunt in ouillis & caprinis pellibus,
*Hier. 20. deſtituti,preſſi,adflicti,quibus indignus erat mundus:in deſertis
3. Reg. 21. b errantes,& montibus,ac ſpeluncis & cauernis terræ. Atque om=
4. Reg. 1. b nes hi teſtimonio comprobati per fidem,non acceperunt promiſ=
Matt. 3. a ſionem,quod Deus de nobis melius quiddam prouiderat,ut ne ſi
ne nobis conſummarentur.

[b] *Græca ad uerbum ſic habent: Vnde illum & in ſimilitudine reduxit,hoc eſt,quemadmodum Iſaac ex altari acceptus fuit,& ſuo patri redditus,ita Chriſtus in ſua reſurre-*

ctione

ctione ſuo cœleſti patri Abrahamo redditus, ſuoq; glorioſo regno inauguratus eſt, atque conſtitutus omnium hæres ac Dominus. Factus autem totius Iſraeliticæ ſtirpis parens, ſpiritualis quidem, ut Iſaac carnalis. [b] Græcè παρεμβολὰς ἀπὸ τοῦ παρεμβάλλειν *de quo apud Budæum.*

CAPVT DVODECIMVM.

PRoinde[a] nos quoque, quum tanta ſepti ſimus nube teſti- *Ephe.4.c*
A um, *depoſito onere omni, & tenaciter inhærente pecca- *Col.3.a*
to, per tolerantiam curramus in propoſito nobis certami- *1.Pet.2.a*
ne, reſpicientes ad fidei ducem, & conſummatorem Ieſum, * qui *Phil.2.a*
propoſito ſibi gaudio, pertulit crucem, ignominia contempta, &
ad dexteram throni Dei conſedit. Reputate enim quod is talem
ſuſtinuerit à peccatoribus aduerſus ſe contradictionem, ne defa-
tigemini animis ueſtris deficientes. Nondum uſq; ad ſanguinem
reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes: & obliti eſtis exhor-
tationis, quæ uobis tanquam filijs loquitur: *Fili mi, ne neglexe- *Pro.3.b*
ris correptionem Domini, neq; deficias, quum ab eo argueris.
Quem* enim diligit Dominus, corripit, flagellat autem omnem *Apo.3.d*
filium, quem recipit.

B Si caſtigationem ſuſtinetis, ueluti filijs uobis offert ſe Deus.
Quis enim eſt filius, quem nõ caſtigat pater? Quod ſi alieni eſtis
à caſtigatione, cuius participes facti ſunt omnes, profecto ſpurij
eſtis, non filij. Itaq; quum carnis noſtræ patres habuerimus caſti-
gatores, & reueriti ſimus illos, an nõ multo magis ſubijciemur pa-
tri ſpirituum, & uiuemus? Atq; illi quidem ad paucos dies pro ar-
bitratu ſuo nos erudiebant: hic autem ad commodum noſtrum
in hoc, ut impertiat nobis ſanctimoniam ſuam. Omnis autem ca-
ſtigatio in præſens quidem non uidetur eſſe gaudij, ſed moleſtiæ.
At poſtea fructum tranquillum iuſtitiæ reddit his, qui per illam
fuerint exercitati.* Quapropter manus remiſſas, & genua ſoluta *Eſa.35.a*
ſurrigite, & facite ut recti ſint greſſus pedibus ueſtris: ne claudi-
catio aberret à uia, imò ſanetur potius.

*Pacem ſectemini cum omnibus, & ſanctimoniam, * ſine qua *Rom.12.c*
C nemo uidebit Dominum, curam agentes, nequis ſit, qui deficiat à **Matt.5.a*
gratia Dei, ne qua radix amarulentiæ, ſuppullulans obturbet,
& per hanc inquinentur multi, ne quis ſcortator, aut prophanus,

uelut Eſau,* qui unico edulio permutauit ius primogeniti. Scitis
Gene.25.d enim quod & poſtea quum uellet hæreditario iure benedictionẽ
Gene.27.f adſequi, reprobatus ſit.* Non enim reperit pœnitentiæ locum,
Exo.20.c tametſi cum lachrymis quæſiuiſſet eam. Non* enim acceſſiſtis ad
contactum montem, & incenſum ignem ac turbinem, & caligi-
nem & procellam, tubæq́ſ ſonitum, & uocem uerborum, quam
qui audierant, deprecati ſunt, ne ipſis adderetur ſermo. Non ẽm
Exo.19.b ferebant quod edicebatur:* Si beſtia tetigerit montem, lapidabi-
tur, aut iaculo configetur: & adeo terribile erat uiſum, quod ad-
parebat. Moſes dixit: Expauefactus ſum, ac tremebundus: ſed ac-
ceſſiſtis ad montem Sion, & ad ciuitatem Dei uiuentis,* Hieruſa
Apo.21.b lem ſupercœleſtem, & ad innumerabiliũ angelorũ cœtum, & ad
concionem primogenitorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, & ad
iudicem uniuerſorum, Deum, & ad ſpiritus iuſtorum perfecto-
rum, & ad noui teſtamenti conciliatorem, Ieſum, & ad ſanguinẽ D
Gene.4.b aſperſionis meliora loquentẽ, quam* loquebatur* ſanguis* Abel.
Videte ne aſpernemini eum, qui loquitur, nam ſi illi non effu-
gerunt, qui auerſabantur eum, qui oracula loquebatur in terra,
multo magis nos, ſi eum qui de cœlis eſt, auerſemur, cuis uox tum
Hag.2.b concuſſit terram. At nunc denunciauit, dicẽs:* Adhuc ſemel ego
concutio, non modo terram, uerumetiã cœlum. Porrò illud quòd
dicit: Adhuc ſemel, ſignificat eorum quæ concutiuntur translati-
onem, utpote quæ facta ſint, ut maneant ea, quæ non concutiun-
tur. Quapropter regnum adſumentes, quod concuti non poſſit,
1.Pet.2.a habeamus gratiam*. Per quam ita colamus Deum, ut illi placea-
mus cum reuerentia & religione.

** Adpellat nubem teſtium, multitudinẽ eorum, qui teſtificati ſunt ſe uerã habuiſſe fidem: qua & tolerârint & uicerint uniuerſa, hortaturq́; nos ad imitandum exemplum eorum, & potiſsimum principis fidei Chriſti Ieſu, cuius patientiam ſi imitati fuerimus, gloriam quoque immortalem conſequemur. Simus autem in hac uita conformes imaginis Chriſti in humilitate & miſeria, & conformes illius erimus in gloria, inq́; fœlicitate æterna. Adflictio enim & humilitas (ut eſt in prouerbijs) præcedunt gloriam.*

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

ETenim* Deus noſter, ignis conſumens eſt. Fraterna cha- Deut 4.d
ritas maneat.* Hoſpitalitatis ne ſitis immemores. Per *Gene.18.a
A hanc enim quidam inſcientes exceperunt angelos hoſpi- 19.a
tio.* Memores eſtote uinctorum, tanquam unà cum illis uincti, Rho.12.b
eorum qui adfliguntur, uelut ipſi quoque uerſantes in corpore. 1.Pet.4.b
Honorabile* eſt* inter omnes coniugium, & cubile impollutum. *Mat.25.c
Scortatores autem & adulteros iudicabit Deus. Sint mores alie- Eccle.29.d
ni ab auaritia,* contenti his quæ adſunt. Siquidẽ ipſe dixit:* Non *Deut.31.b
te deſero, neque derelinquo, ut fidentes dicamus;* Dominus mi- Ioſ.1.a
hi auxiliator, nec timebo quid faciat mihi homo. Memores eſtote *Pſal.55.a 117.a
eorum, qui pręſunt uobis, qui loquuti ſunt uobis ſermonem Dei, Matt.23.o
quorum* imitemini fidem, conſiderantes qui fuerint exitus con-
uerſationis* illorum*.

B Ieſus* Chriſtus heri & *hodie, idem* eſt* etiam in ſecula. Doctri Heb..3.b
nis uarijs ac peregrinis ne circumferamini.* Bonum eſt enim, gra Ioan.6.f
tia conſtabiliri cor, non eſcis quæ non profuerunt his, qui uerſa-
ti ſunt in illis. Habemus altare, de quo non eſt fas edere his, qui ta
bernaculo deſeruiunt.* Animalium enim quorum ſanguis infer- Exo.29.c
tur pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cre- Leuit.4.c
mantur extra caſtra.* Quapropter & Ieſus, ut ſanctificaret per Num.19.a
proprium ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Exea- *Ioan.19.b
mus igitur ad eum extra caſtra, opprobrium eius portãtes.* Non *Phili.3.c
enim habemus hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Pſal.91.a
*Per ipſum igitur offerimus hoſtiam laudis ſemper Deo, hoc eſt, Philip.4.c
C fructum labiorum, confitentium nomini eius. Cæterũ beneficen- Act.4.c 12.a
tiæ & communicationis ne obliuiſcamini. Talibus enim* uicti-
mis[b] conciliatur Deus. Parete his qui præſunt uobis, & concedi-
te, ſiquidem illi uigilant pro animabus ueſtris, tãquam rationem
reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & nõ gemẽtes: nam id* eſt*
inutile uobis.* Orate pro nobis.[c] Confidimus enim, quòd bonam
habemus conſcientiam inter omnes cupientes honeſtè conuerſa- Ephe.6.
ri. Magis autem obſecro uos, ut id faciatis, quo celerius reſtitu-
ar uobis.

D Deus autem pacis, qui reduxit à mortuis* paſtorem ouium il- Ezech.34.b
lum magnum, per ſanguinem teſtamenti æterni, Dominum no- Ioan.10.a

 ſtrum 1.Pet.5.a

Deut. 8. d
Philip. 2. b

ſtrum Ieſum, abſolutos uos reddat in omni opere bono, * ad faciendum uoluntatem ipſius: efficiens ut quod agitis, acceptum ſit in conſpectu ſuo per Ieſum Chriſtum, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Obſecro aūt uos fratres, ſufferte ſermonem exhortationis. Etenim paucis ſcripſi uobis. Cognoſcitis fratrem Timotheum [b] ſolutum eſſe, cum quo, ſi celerius uenerit, uiſam uos. Salutate omnes qui præſunt uobis, & omnes ſanctos. Salutant uos Itali. Gratia cum omnibus uobis, Amen.

[a] Confutaturus falſam religionem proponit Chriſtum ueræ religionis ſcopum, qui ab æterno fuit, eſt & erit idem ipſe Deus & non alius, ita immutabilis res eſt quæ nos ſeruat, iuſtificat & reconciliat patri. Eſt ſanè peregrina doctrina & non domeſtica, quæ docet aliunde, quàm ab uno Chriſto ſalutem petere, Chriſto (inquam) deo æterno. Nam umbræ ac ceremoniæ res mutabiles ſunt. [b] Delectatur ac placatur Deus. [c] Confidimus enim, quòd quicunque honeſtè conuerſari cupiunt, bene de nobis ſentiant. [b] Hæc uox ἀπολελυμένον Græcis polyſema eſt, ad delegatum & ad illum, qui poſtquam crimina refutârit diluerítq; à iudice abſolutus eſt, aut certè qui alio modo dimiſſus eſt.

MISSA FVIT AB ITALIA
PER TIMOTHEVM.

EPISTOLA E D. IA-
COBI APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

A IAcobus Dei ac Dñi Ieſu Chriſti ſeruus,[a] duodecī tri- Act.8.a
bubus,* quę ſunt in diſperſione,ſalutē. Pro ſummo gau
dio ducite fratres mei, quoties in tentationes incideri-
tis uarias,illud ſcientes, quòd* exploratio fidei ueſtræ Rhom.5.a
parit patientiam. Cæterùm patientia opus perfectum 1.Pet.1.b
habeat,ut ſitis perfecti & integri,nullaq; in re diminuti.* Quòd ſi Zach.13.b
cui ueſtrûm deeſt ſapiētia,poſtulet ab eo qui dat, +nēpe+ Deo+,qui Prou.2.a
dat, +inquam,omnibus ſimpliciter, nec exprobrat: ac dabitur ei, Ioan.16.c
[b] * ſed poſtulet cum fiducia nihil hæſitans. Nam qui hæſitat is ſi- Mar.11.c
milis eſt fluctui maris,qui uentis agitur,& impetu rapitur. Neq;
enim exiſtimet homo ille ſe quicquam accepturum à Domino.
Vir animo duplici,inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis.

B Glorietur autem frater,qui eſt humilis, in ſublimitate ſua.Con
tra qui diues eſt,in humiliatione ſui : quoniam ueluti flos herbæ
præteribit*.Exortus eſt enim ſol cum æſtu, & exaruit herba, & Eccl.14.b
flos illius decidit,& decor aſpectus illius perijt.Sic & diues in uijs Eſa.40.a
ſuis marceſcet.* Beatus uir qui ſuffert tentationem,quoniam quū 1.Pet:1.d
probatus fuerit,accipiet coronam uitæ,quam promiſit Dominus *Iob.5.b
his,qui diligunt ipſum.Ne quis quum tentatur,dicat ſe à Deo ten
tari.Nam Deus ut à malis tentari non poteſt, ita nec ipſe quenq;
tētat.Imò unuſquiſq; tentatur, dum à propria concupiſcentia ab-
ſtrahitur & ineſcatur. Deinde concupiſcentia poſteaq̄ concepit,
parit peccatum,peccatum uerò perfectum, progignit mortem.
Ne erretis fratres mei dilecti.

*Omnis donatio bona, & omne donum perfectum, è ſupernis Prou.2.a
eſt,deſcendens à patre luminum:apud quem non eſt trāſmutatio, Ioan.3.d
aut conuerſionis obumbratio.* Is deſtinata uoluntate, progenuit Ioan.1.a
nos ſermone ueritatis,ut eſſemus primitiæ quædam ſuarum crea- 1.Cor.4.c
turarum.* Itaq; fratres mei dilecti,ſit omnis homo uelox ad audi Proue:17.d

 endū *Eccli.5.b

endum, tardus ad iram. Nam ira uiri iuſtitiam Dei non efficit.
Quapropter depoſita omni immunditia & redũdantia malitię, C
cum manſuetudine recipite inſitum ſermonem, qui poteſt ſaluas
Rhom.2.b reddere animas ueſtras.* Sitis autem effectores ſermonis, & non
Luc.6.e auditores tantum, fallentes uoſmetipſos. * Quoniam ſi quis audi-
at ſermonem, nec cum factis exprimat, hic ſimilis eſt uiro conſide-
ranti faciem natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Cõſiderauit enim ſeipſum,
Matt.5.b & abijt, & cõtinuò oblitus eſt qualis eſſet. * At qui proſpexerit in
legem perfectam, quæ eſt libertatis, & permanſerit, hic quum nõ
ſit auditor obliuioſus, ſed effector operis, beatus facto ſuo erit.
1.Pet.3.b Si quis uidetur religioſus eſſe inter uos, qui non frenat * linguam
Iaco.3.a ſuam, ſed aberrare ſinit cor ſuum, huius uana* eſt* religio. Religio
pura & im̃aculata apud Deũ & patrẽ hæc eſt, inuiſere orphanos,
1.Ioan.2.c & uiduas in adflictione ſua, * im̃aculatum ſeipſum ſeruare à mũdo. C

[a] *Hæc epiſtola ſcripta ad Iſraëlitas fratres, qui Chriſtum per fidem adpræhenderant, tota eſt protreptica: inuitat enim eos, ad perfectionem & obedientiam fidei, repræhendẽs interim eos, qui duntaxat titulo & nomine Chriſtiani erant.* [b] *Græca ad uerbum: Poſtulet autem in fide, nihil dijudicans. Nam qui dijudicat, ſimilis eſt fluctui maris, qui uentis agitatur & iactatur.*

CAPVT SECVNDVM.

FRatres mei, ne cum reſpectu perſonarum habeatis fidem
Domini noſtri Ieſu Chriſti * ex opinione. Nam ſi ingre- A
diatur in cœtum ueſtrum uir, aureum geſtans annulum,
Leuit.19.d ueſte indutus ſplendida: ingrediatur autem & pauper in ſordida
ueſte, & reſpexeritis ad illum qui ueſtem geſtat ſplendidam, &
dixeritis illi: Tu ſede hîc bene, & pauperi dicatis: Tu ſta illic, aut
ſede hîc ſubter ſcabellum meũ, & nõ dijudicati eſtis in uobiſipſis,
& facti eſtis iudices cogitationum malarum.
Audite fratres mei dilecti, * nónne Deus elegit pauperes mũdi
huius, diuites in fide, & hæredes regni, quod promiſit his, q̃ ipſum
Matth.5.a diligũt? Vos aũt contẽptui habuiſtis pauperẽ. Nónne diuites ty-
rannidẽ exercent in uos, & ijdẽ trahũt uos ad tribunalia? & ijdẽ
malè loquuntur de bono nomine, quod inuocatum eſt ſuper uos?
Si legem quidem regiam perficitis iuxta ſcripturam: * Diliges
proximum tuum, ſicut te ipſum, benè facitis. Si uerò perſonam re- B
Leuit.19.e ſpicitis, peccatum committitis, & redarguimini à lege, ueluti trãſ-
greſſores

greſſores.* Quiſquis enim totã legem ſeruauerit, offenderit autẽ
in uno, factus eſt omnium reus. Nam qui dixit: * Ne adulterium
commiſeris, dixit etiam: Ne occidas. Quòd ſi non commiſeris ad- Eze. 18.b
ulterium, occideris autẽ, factus es trãſgreſſor legis. Ita loquamini, Exod. 20.c
& ita faciatis, ueluti per legem libertatis iudicandi. *Siquidem iu- Matth. 18.d
diciũ abſq; miſericordia * erit * ei, qui non præſtiterit miſericordi
am. Et gloriatur miſericordia aduerſus iudicium. * Quæ [b] utili- Matth. 7.c.
tas fratres mei, ſi fidẽ aliquis dicat habere * ſe *, facta uerò non habe
at? Num poteſt fides ſaluum facere illum? * Quòd ſi frater aut ſo-
ror nudi fuerint, & egentes quotidiano uictu, dicat autem aliquis 1. Ioan. 3.e
ueſtrûm illis: Abite cum pace, caleſcite, & ſaturamini: non tamẽ
dederitis illis, quæ ſunt neceſſaria corpori, quæ * erit * utilitas? Sic
& fides, ſi facta non habuerit, mortua eſt per ſe. Sed dicet aliquis:
Tu fidem habes, & ego facta habeo. Oſtende mihi fidem tuam ex
factis tuis, & ego oſtẽdam tibi ex factis meis fidem meam. Tu cre
C dis, quòd Deus unus eſt? Rectè facis. * Et dæmonia credunt, ac
contremiſcunt. Matt. 8.d

Vis uerò ſcire ô homo inanis, quòd fides abſq; factis mortua Mar. 1.c
ſit? Abraham pater noſter, nónne ex factis iuſtificatus eſt, quum
obtuliſſet Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quòd fides [c] co-
operabatur factis illius, & ex factis fides perfecta fuerit? Et imple
ta eſt ſcriptura quæ dicit: * Credidit Abraham Deo, & imputatũ
eſt illi ad iuſtitiã, & amicus Dei uocatus eſt. Videtis igitur, quòd
ex factis iuſtificetur homo, & non ex fide tantum? *Similiter autẽ Gene. 15.b.
& Rhaab meretrix, an non ex factis iuſtificata eſt, quum excepiſ- Rhom. 4.a
ſet nuncios, et alia uia emiſiſſet? Nam quẽadmodum corpus abſq; Gala. 3.a
ſpiritu mortuum eſt, ita & fides abſq; factis mortua eſt. *Ioſ. 2. & 6. d

[a] *Quia δόξα gloriã ſignificat & opinionem, diuerſa eſt hic interpretum ſententia. Alij enim (omiſſo Hebraiſmo) uertunt: Domini noſtri Ieſu Chriſti glorioſi.*

[b] *Huc ſpectat & Pauli doctrina. 1. Corin. 13. ſi linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam &c. ita uera fides eſt, quæ per dilectionem operatur, ficus autem habens folia, & nullos fructus, à Chriſto. Matth. 21. maledicitur.* [c] *Græcè legitur συνήργει id eſt, efficax erat unà cum factis illius.*

CAPVT TERTIVM.

Nolite

Matth.23.a Eccle.1.a 19.c25.b NOlite *plures magiſtri fieri fratres mei, ſciẽtes quòd maius A iudiciũ ſumpturi ſimus. In multis enĩ labimur oẽs.*Si quis in ſermone nõ labitur, hic perfectus *eſt* uir, qui poſſit freno moderari totũ etiam corpus. Ecce, equis frena in ora immittimus, ut obediant nobis: & totum corpus illorum circumagimus. Ecce naues quoq;, quum tantæ ſint, & [a] à duris uentis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quocunq; impetus dirigẽtis uoluerit. Ita & lingua puſillum membrum eſt, & magna iactat. Ecce, exiguus ignis quantam materiam incendit.

Et lingua ignis eſt, mundus iniuſtitiæ: ſic lingua conſtituitur B in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis, & inflammatur à gehenna.

Omnis enim natura & ferarum & uolucrum ſerpentiumq;, & marinorum domatur, & domita eſt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare poteſt, incoërcibile malum, plena ueneno mortifero. Per ipſam benedicimus Deo & patri, & per Gene.1.d ipſam maledicimus hominibus: *qui ad ſimilitudinem Dei conditi ſunt. Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodẽ foramine emittit dulcem & amarã aquam? Nũquid poteſt fratres mei, ficus oleas gignere, aut uitis ficus? Sic nullus fons ſalſam ac dulcem poteſt ædere aquam.

Quis ſapiens & ſcientia præditus inter uos? [b] oſtendat ex bo- C Rhom.13.b na conuerſatione opera ſua, cum manſuetudine ſapiẽtiæ.* Quòd ſi æmulationem amaram habetis, & contentionẽ in corde ueſtro, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus ueritatem. Non eſt enĩ iſta ſapientia è ſupernis deſcendens, ſed terrena, animalis, dæmoniaca. Vbi enim æmulatio & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum. Quæ autem è ſupernis eſt ſapientia, primum quidẽ caſta eſt, deinde pacifica, æqua, morigera, plena miſericordia & fructibus bonis, nihil diiudicans, nihil ſimulans. Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem

[a] *Per duros uentos intellexit uentos ſæuos, à quibus minimè indulgenter naues uehantur.* [b] *Nemo in paſtorem gregis Chriſti deligendus, niſi probatus ſit Deo & hominibus.*

nibus

*nibus. Siquidem nemo diuinitus doctus eſt, niſi in lege Domini ex libertate ſpiritus uerſe-
tur. Faciat autem aut operetur priusq́ doceat, ſed primo omnium diſcat, deinde operetur.*

CAPVT QVARTVM.

A VNde * bella, & pugnæ in uobis? Nonne hinc? * Nimirū
ex uoluptatibus ueſtris, quæ militant in membris ueſtris.
Concupiſcitis, & non habetis: inuidetis & æmulamini, &
non poteſtis adipiſci: pugnatis & bellatis, non habetis, propterea
quod non poſtulatis. Petitis & non accipitis, eo quod male pe
B tatis, ut in uoluptatibus ueſtris inſumatis. Adulteri & adulteræ,
neſcitis quod amicitia * mundi, inimicitia eſt cum Deo? * Qui- 1. Ioan. 2. c
cunq; ergo uoluerit amicus eſſe mundi, inimicus Dei cōſtituitur. *Gala. 1. b
An putatis, quod inaniter ſcriptura dicat: * Ad inuidiam concu- *Rhom. 8. d
piſcit ſpiritus, qui habitauit in nobis? Maiorem * autem dat gra- Prou. 3. d
tiam. Subditi ergo eſtote Deo, * reſiſtite autem diabolo, & fugiet 1. Pet. 5. b
à uobis. Adpropinquate Deo, & adpropinquabit uobis.
B Emūdate manus ⁺ô⁺ peccatores, & purificate corda duplices a-
nimo. Adfligite uos & lugete, & plorate. Riſus ueſter in luctum
conuertatur, & gaudium in mœrorem. * Humiliate uos in conſpe 1. Pet. 5. a
ctu Domini, & exaltabit uos. Nolite detrahere uobis inuicem fra
tres. Qui detrahit fratri, quiq; iudicat fratrem ſuum, detrahit legi,
& iudicat legem: Quod ſi iudicas legem, non es effector legis, ſed
C iudex. Vnus eſt legislator, qui poteſt & ſeruare & perdere. Tu
* quis es, qui iudicas alium? Rhom. 14. a
* Age, nunc qui dicitis: Hodie & cras eamus in hanc ciuitatem, *Eze. 28. b
& faciamus ibi annum unum, & mercemur, & lucrum faciamus: Luc æ. 12. b
qui ignoratis, quid futurum ſit poſtero die. Quæ ⁺eſt⁺ enī uita ue-
ſtra? Vapor enim eſt, ad exiguum tēpus adparens, & deinde eua-
neſcens: pro eo quod dicere debueritis: * Si Dominus uoluerit, &
ſi uixerimus, faciamus hoc aut illud. Nunc autem gloriamini in Act. 8. a
ſuperbijs ueſtris. Omnis gloriatio talis, mala eſt. * Igitur qui noue- Heb. 6. a
rit recte facere, nec facit, hic peccato tenetur. *Luc. 12. e

a

*Bella & pugnæ in uobis, non quidem è ſapientia diuina manant, ſed uoluptatibus ue-
ſtris. Hoc eſtis ingenio, quo Core eiusq; conciliabulum. Item quo Simon ille magus, & no-
mine Chriſti abutimini in ueſtram gloriam.*

CAPVT QVINTVM.

1.Tim.6.b AGite * nunc * diuites, plorate, ululantes ſuper miſerijs ue- A
ſtris, quæ aduenient uobis. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ
ſunt, ueſtimenta ueſtra tinearum cibi facta ſunt: aurum &
argentum ueſtrum ærugine uitiatum eſt, & ærugo eorum in te-
Leui.19.e ſtimonium uobis erit, & exedit carnes ueſtras ſicut ignis. The-
Deut.24.c ſaurum recondidiſtis in extremis diebus.* Ecce merces operari-
Tob.4.c orum, qui meſſuerunt regiones ueſtras, quæ fraude non reddita
eſt à uobis, clamat: & clamores eorum qui meſſuerant, in aures
Domini Sabaoth introierunt. * In delicijs uixiſtis ſuper terram,
Luc.16.e & laſciuiſtis: enutriſtis corda ueſtra, ut in die mactationis. Con-
demnaſtis, & occidiſtis iuſtum, & non reſiſtit uobis.

Patientes igitur eſtote fratres, uſq; ad aduentũ Dñi. Ecce agri B
cola expectat pretioſum fructum terrę, patienter expectãs illum,
donec accipiat pluuiam tempeſtiuam & ſerotinam. Patientes igi-
tur eſtote & uos, & confirmate corda ueſtra, quoniam aduentus
Domini adpropinquat. Nolite ingemiſcere alius aduerſus alium
fratres, ut ne condemnemini. Ecce iudex ante ianuam adſiſtit.
Exemplũ accipite fratres mei, adflictionis ac patiẽtię prophetas,
qui loquuti ſunt * in * nomine Dñi. Ecce, * beatos ducimus eos,
Mat.5.a qui ſuſtinent *. Tolerantiam Iob audiſtis, & finem Domini uidi-
* Iob.1.c ſtis, quòd ualde miſericors ſit Dominus ac commiſerans.
2.b
Matt.5.d * Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cœ- C
2.Cor.1.c lum neque per terram, neque aliud quodcunque iuſiurandum. Sit
autem ueſtrum, eſt, eſt: & non, non, ut ne in ſimulationẽ incidatis.
Afligitur aliquis inter uos? oret. Aequo animo eſt aliquis? pſal-
lat. Infirmatur quis inter uos? accerſat presbyteros eccleſiæ, &
orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & obſe-
cratio fidei ſaluum reddet laborantem, & eriget eum Dominus:
& ſi peccata fuerit operatus, remittentur ei. Cõfitemini inuicem
3.Reg.17.a alius alij errata, & orate pro uobis inuicem, ut ſanemini. Multum
Luc.4.c enim ualet deprecatio iuſti intenta. * Helias homo erat ſimiliter
*3.Re.18.a obnoxius adfectiõibus ut uos, & precatione precatus eſt, ne plue
ret: & non pluit ſuper terram annos tres & menſes ſex. * Et rur-
ſum orauit, & cœlum dedit pluuiã, et terra produxit fructũ ſuũ.

Fratres,

Fratres, ſiquis inter uos errauerit à ueritate, & conuerterit
A quis eum, ſciat quòd qui conuerti fecerit peccatorem ab errore
uiæ ſuæ, ſaluam faciet animam à morte, & operiet multitudinem
peccatorum.

[a] *Vt eſt initium ſapientiæ, timor Domini, Ita ſecuritas ſupina & oſcitabunda, principium eſt inſipientiæ Vnde diuites qui ſuis fidunt opibus neglecta dilectionis lege, perſeuerant in uoluptatibus. Atque hos quidem manet exitus multo infœlicior, quam fuit ille Tyrorum & Sidoniorum. Recondendo enim theſaurum Mammonæ, recondunt ſibi theſaurum iræ diuinæ* [b] *Quæ efficax eſt, & uim ſuam exerit.*

D. IACOBI EPISTO-
LAE FINIS.

B

EPISTOLAE D. PETRI APOSTOLI, PRIORIS.

CAPVT PRIMVM.

PETRVS Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis di- Act.8.a
A ſperſis* Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ & Bithy- Heb.9.b
niæ iuxta præſcientiam Dei patris, per ſanctificatio- 10.c
C nem ſpiritus in obedientiam,* & aſperſionem ſangui- *2. Pet.1.a
nis Ieſu Chriſti. Gratia * uobis & pax multiplicetur. *2.Cor.1.a
Laudandus* eſt* Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui Ephe.1.a
iuxta copioſam ſuam miſericordiã regenuit nos in ſpem uiuam, 1.Cor.15.e
per* hoc quòd reſurrexit Ieſus Chriſtus ex mortuis,* in hæredita *Rho. 8.c
tem immortalem & incontaminabilem, atque immarceſcibilem, 2. Tim.1.b
*conſeru atam in cœlis erga uos, qui uirtute Dei cuſtodimini per *Col.3.a
fidem ad ſalutem, quæ in hoc parata eſt, ut pateſiat in tempore ſu Ioan.16.e
premo, in quo exultatis,* nunc* ad tempus breue, ſi neceſſe ſit, ad- 1.Pet 5.b
B flicti in uarijs experimentis,* quo exploratio fidei ueſtræ multo Heb.10.d
pretioſior auro, quod perit, & tamen per ignem probatur, repe- *1.pet.3.c
riatur in* laudem & gloriam & honorem; tum quum reuelabitur Iob.23.a
Iaco.1.a
Matt.25.c

Ioan. 20.d Ieſus Chriſtus:quem quum nō uideatis,diligitis,*in quem in prę
ſentia,quum non uideritis, credentes tamen exultatis gaudio in-
effabili,& glorificato,reportātes finem fidei ueſtræ,ſalutem ani-
Gene.49. marum,de qua ſalute exquiſierūt,& ſcrutati ſunt* prophetę, qui
Dani.2. de uentura in uos gratia uaticinati ſunt:ſcrutantes ad quam, aut
Hag.2 cuiuſmodi temporis oportunitatem ſignificaret, qui in illis erat
Zach.6. ſpiritus Chriſti, qui præteſtabatur uenturas in Chriſtum adfli-
ctiones,& quæ poſt has forent, glorias:quibus & illud reuelatū A
eſt,quod haud ſibiipſis,imò nobis miniſtrarēt,hęc quæ nūc annū
Act.2.a ciata ſunt uobis per eos,qui uobis prædicauerūt Euāgeliū,* per
*Luc.2.b ſpūm ſanctū emiſſum è cœlo,in quę deſiderāt angeli *proſpicere.
Leuit. 11.8 Quapropter * ſuccincti lumbis mentis ueſtræ, ſobrij, perfectè
19.a ſperate in eam,quæ ad uos defertur, gratiam, per reuelationem C
Ieſu Chriſti,tanquam filij obedientes,non accōmodantes uos his
in quibus prius per ignorantiā ueſtrā eratis cōcupiſcentijs,ſed
Exo.11.6 quemadmodum is qui uos uocauit,ſanctus eſt,ita *ipſi* quoq; ſan
*Matt.25. cti in omni conuerſatione reddamini, propterea quòd ſcriptum
1.Cor.6.c eſt: Sancti eſtote,nam ego ſanctus ſum.
7.c Et ſi patrem cognominatis * citra perſonarū reſpectum iudi-
cantem*iuxta cuiuſq; opus,uidete ut in timore conuerſantes,in-
colatus ueſtri tempus tranſigatis.*Quum ſciatis uos non caducis
Heb.9.b *rebus,uelut*argento & auro,fuiſſe redemptos à uana ueſtra cō-
1.Ioan.1.b uerſatione, quam ex patrū acceperatis traditione, * ſed pretioſo B
Apoc.1.a ſanguine,uelut agni im̄aculati,& incōtaminati Chriſti:qui præ-
cognitus quidē fuerat antequàm cōditus eſſet mūdus:ſed manife-
ſtatus fuit extremis tēporibus * propter uos,qui per illū creditis D
Eſa.9.b in Deum,qui illum excitauit è mortuis, * & gloriam ei dedit, ut
Luc.2.b uos fidem ac ſpē haberetis erga Deum,qui animas ueſtras purifi-
*Phili.2.a caſtis*obediēdo ueritati,per ſpiritū cū charitate fraterna,ab om
*Act.15. b ni ſimulatione aliena,ex puro corde uos inuicem diligite impen-
Eſa.40.a ſè,renati nō ex ſemine mortali,ſed*ex*immortali,per ſermonē ui
Eccl.14. b uētis Dei,& manētis in ęternū.Propterea * quòd oīs caro ueluti
Iacob.1.b gramen*ſit*,& oīs gloria hominis, quaſi flos graminis. Exaruit
gramen,& flos decidit:at uerbum Domini manet in ęternū. Hoc
*Deu.30.c autem eſt uerbum, * quod per Euangelium delatum eſt ad uos.

Detinere

**Detinere fratres ſub cruce, ne quid deſperent, aut animum deſpondeant, imò perſuadere crucem probandis electis Dei, neceſſarium eſſe officium ueri paſtoris eſt. Petrus itaq; ad hoc adnitens, propoſita corona immarceſcibili, & hæreditate immortali, in aduentu Ieſu Chriſti obtinenda ſuorum animos erigit & conſolatur.*

CAPVT SECVNDVM.

PRoinde* depoſita omni malitia, & omni dolo, & ſimulati
A onibus, & inuidētijs, & omnibus obtrectatiōibus, *ut mo Ephe. 4.c
dò nati infantes, lac illud nō corporis, ſed animi, quod do Colo.3.a
lum neſcit, adpetite, ut per illud ſuboleſcatis. * Siquidē guſtaſtis, Heb.12.a
quod benignus* ſit* Dn̄s: ad quem accedentes, *qui lapis eſt uiuus, *Mat. 18.a
ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum uerò electus ac *Pſal.33.a
C pretioſus: ipſi quoq; ueluti uiui lapides ædificemini, domus ſpūa- *Ephe. 2.c
lis, *ſacerdotiū ſanctū, ad offerendū *ſpirituales hoſtias, *accepta Eſa.66.
biles Deo per Ieſum Chriſtum, quapropter & continet ſcriptu- *Rho. 12.a
ra: *Ecce pono in Sion lapidē ᵃſummū angularem, electum, preti *Heb. 2.d
oſum. Et qui crediderit in illo, non pudefiet. Vobis igitur pretio *Eſa.28.c
ſus eſt, qui creditis. Cæterū ijs, qui nō credunt, *lapis quem repro Matt.21.c
bauerāt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli: *& lapis in quē Act.4.a
impingitur, & petra ad quam offendant, *nempe, his* qui impin- *Pſal.117.e
gunt in ſermonē, neq; credunt in id, ad quod & inſtituti fuerant. *Eſa.8.b

*Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, *gens ſancta, Exo.19.a
B ᵇpopulus acquiſitus, *ut uirtutes annuncietis illius, qui è tenebris *Deut. 7.a
uos uocauit in admirabilem ſuam lucem. *Qui quondam eratis *Eſa. 40.b
non populus, nunc autem populus Dei: qui quondam non conſe- 43.
D quuti miſericordiam, nunc uerò eſtis miſericordiam conſequuti. *Oſee. 2.c Rho.9.e

Dilecti, obſecro tanquam aduenas ac peregrinos, *abſtinete à *Rho.13.b
carnalibus concupiſcentijs: quæ militant aduerſus animā, *& cō- Gala.5.e
uerſationē ueſtrā habete honeſtā inter gentes, ut in hoc quod ob *Matt.5.b
trectāt uobis quaſi maleficis, ex bonis operibus ęſtimātes uos, glo *1.Pet.3.b
rificēt Deū ī die uiſitatiōis. *Proīde ſubditi eſtote cuiuis humanę Rho.13.a
creaturę propter Dn̄m: ſiue regi tanq; pręcellēti, ſiue pręſidibus, Tit.3.a
ut q per eū mittātur, ad uindictā quidē nocētiū, laudē uerò rectè
agentiū: qm̄ ſic eſt uolūtas Dei, ut bn̄faciendo obturetis os homi
nibus ſtultis & ignorātibus, tanquā liberi, & non ueluti prętextū

*Rho.12.b habentes malitiæ libertatem, ſed tanquam ſerui Dei. * Omnes hono-
matt.22.e rate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorate.
Ephe.6.a *Famuli ſubditi ſint cum timore dominis, non ſolum bonis, ac
Collo.3.c humanis, uerum etiam prauis. Nam * hæc eſt gratia, ſi quis pro- C
Tit.2.b pter conſcientiam Dei ſuffert moleſtias, prӕter meritum adfectus
*Cor.7.b malis. Quæ enim *eſt* laus, ſi cum peccantes alapis cædimini, ſuffer
Matt.5.a tis? * At ſi quum benefacitis, & tamen malis adficimini, ſuffertis.
1 Pet.3.a Hæc enim eſt gratia apud Deum. Siquidem in hoc uocati eſtis,
*Ioan.13.b. quoniam & Chriſtus adflictus eſt pro nobis, * relinquens nobis
Phili.2.a exemplum, ut inſequeremini ueſtigia ipſius, qui peccatum non fe-
Mat.27.d cerat, nec inuentus eſt dolus in ore illius, * qui quum conuicijs in-
Ioan.8.e ceſſeretur, non reconuiciabatur: quum malis adficeretur, non mi-
*Eſa.53.a nabatur. Sed tradidit uindictam ei, qui iudicat iuſte, * qui
1.Ioan.3.a peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, quo
Eſa.53.b peccatis mortui, iuſtitiæ uiueremus. Cuius eiuſdem uibice ſa-
Eze.34.b nati fuiſtis. * Nam eratis uelut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc
Luc.15.a ad paſtorem, & [c] epiſcopum animarum ueſtrarum.

[a] Id eſt, qui ſit in ſummo angulo. Græcè ἀκρογωνιαῖον. [b] Populus peculiaris, ſeu adoptatus, qui inſitus eſt in populum Dei, & lucro acceſſit. [c] Inſpectorem uulgò uiſitatorem. Proinde Eraſmus fideliter uertit per curatorem.

CAPVT TERTIVM.

1.Cor.11.a SImiliter * uxores, ſubditæ ſitis proprijs uiris, ut etiam qui A
Ephe.5.c non obtemperant ſermoni, per uxorum conuerſationem
Colo.3.c abſque ſermone, lucrifiant, dum conſiderant cum reueren-
1.Tim.2.b tia coniunctam caſtam conuerſationem ueſtram. * Quarum orna-
tus ſit, non externa criſpatura capillorum, & circumpoſitio auri,
aut amictus palliorum: ſed occultus cordis homo in incorruptibili
parte, manſueti & quieti ſpiritus, qui eſt coram Deo ſumptuo-
ſus. Nam ad eum modum olim & ſanctæ illæ mulieres, ſperantes
in Deum ornabant ſeſe, & ſubditæ erant ſuis uiris, quemadmodum
Gene.18.b Sara obediuit Abrahæ, * dominum illum adpellans: cuius factæ
eſtis filiæ, dum benefacitis, & non terremini ullo pauore.
Viri ſimiliter cohabitent ſecundum ſcientiam, ueluti infirmiori
uaſi

uaſi muliebri impertientes* honorem, tanquam etiam cohæredes 1.Theſſ.4.a
gratiæ uitæ, ne interrumpantur preces ueſtræ.
B In [a] ſumma uerò ſitis omnes unanimes, ſimiliter adfecti, frater-
na præditi charitate, intimè miſericordes, affabiles, non *retaliã- Prou.20.c
tes malum malo, aut conuicium conuicio: ſed contra benedicẽtes, Matt.5.c
ſciẽtes uos in hoc uocatos eſſe, *ut benedictionẽ hęreditate poſſi- Rhom.12.
deatis.* Nam qui uult uitam diligere, & uidere dies bonos, coër- ‡Gen.12.a
ceat linguam ſuam à malo, & labia ſua ne loquantur dolum. Decli- Matt.25.e
net à malo, & faciat bonum: quærat pacem, & perſequatur eam: * Pſal.33.b
quoniam oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad deprecatio- Iaco.1.c.3a
nem illorum. Rurſus aſpectus Domini ſuper eos, qui faciunt ma-
la. Et quis eſt, qui ſit adflicturus uos, ſi bonitatis ęmulatores fueri-
tis? Imò ſi quid etiam acciderit incommodi propter iuſtitiam, *bea Matt.5.a
ti* tamen eſtis*. *Cæterùm terrorę illorũ ne terreamini, neq; tur- ‡Eſa 8. c.
bemini, ſed * Dominum Deum ſanctificate in cordibus ueſtris. Matt.10.d
‡ Sitis autem parati ſemper ad reſpondendum cuilibet petenti, ut *Iob.1.c
loquamini de ea, quæ in uobis eſt ſpe, cum manſuetudine & reue- Pſa.118.f
rentia, conſcientiam habentes bonam, * ut in hoc quod uobis de- Act.4.a,
trahunt, tanq; ſceleroſis, pudefiant hi qui inceſſunt ueſtram bo- *1.Pet.2.b
nam in Chriſto conuerſationem.* Præſtat enim ut benè agentes, Tit.2.a ‡1.Pet.2.c
‡ſi ita uelit Dei uoluntas, malis adficiamini, quàm malè facientes. Matt.5.a
C * Quandoquidem & Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus eſt, iu- *1.Petr.1.a
ſtus pro [b] iniuſtis, ut nos adduceret Deo, mortificatus quidem ‡Rhom.5.a
carne, ſed uiuificatus ſpiritu, in * quo etiam ſpiritibus, qui erant Heb.9.c
in ‡ carcere, profectus prædicauit, *qui inobedientes fuerant quõ- 1 Pet.4.a
dam. Quum ſemel expectabatur Dei lenitas in diebus Noë, quũ ‡Luc.16.c
adparabatur arca, ‡ in qua paucæ, hoc eſt, octo animę ſeruatę fue *Gene.6.a
runt per aquam: cuius figuræ nunc reſpondens * baptiſmus, nos Matt.24.d
quoq; ſaluos reddit. Quo non carnis ſordes abiiciuntur, ſed [c] quo Luc.17.c
fit, ut bona conſcientia benè reſpondeat apud Deum, per reſurre- ‡Gene.7.c
ctionem Ieſu Chriſti: qui eſt ad dexteram Dei, profectus in cœlũ, Rhom.6.a
* ſubiectis ſibi angelis, & poteſtatibus, ac uirtutibus. Heb.1.b
2.b

[a] *τὸ δὲ τέλος Poſtremò autem.* [b] *Non modo pro iniuſtis tum adhuc uiuis, ſed & mortuis, adeoq; omnium ſeculorum hominibus, exceptis duntaxat iis qui ad mortem peccauère.*

De qui-

De quibus apud Ioannem in prima ſua epiſtola Canonica, cap. 5. ᶜ *Græca ad uerbum habent. Sed cõſcientiæ bonæ interrogatio in Deum. Vt uertit uetus interpres, at Hebraicã phraſim hic diligenter obſeruaueris.*

CAPVT QVARTVM.

QVũ igitur Chriſtus paſſus ſit pro nobis carne, uos quoq; A
Rhoma.6.a iuxta eandem cogitationem armemini: *quod qui patie-
*1.Ioan.2.c batur in carne, deſtitit a peccato, in hoc, ut iam non *con-
cupiſcentijs hominum, ſed uoluntati Dei, quod ſupereſt in carne
Ephe.4.b tempus uiuat. * Sat enim eſt nobis, quod anteacto uitæ tempore
uoluntatem gentiũ patrauerimus, quum uerſaremur in laſciuijs,
concupiſcentijs, uinolentijs, comeſſationibus, compotationibus,
& nepharijs ſimulachrorũ cultibus. Atq; id abſurdũ illis uidetur,
quod non accurratis una cum ipſis in eandem luxus refuſionẽ,
qui de uobis male loquuntur. Qui reddituri ſunt rationem ei, qui
1.Pet. 3.c paratus eſt ad iudicandum uiuos & mortuos. * Nam in hoc mor-
*Ioan.5.c tuis quoq; prædicatum eſt Euangelium, * ut iudicentur quidem
*2.Pet. 3.b ſecundum homines carne, uiuãt autem iuxta Deum ſpiritu. * Por-
1.Ioan 2.c ro rerum omnium finis imminet.

*mat.24.d * Sitis igitur ſobrij, & uigilantes ad orandum. Ante omnia ue- B
prou.10.b ro charitatem inter uos uehementem habentes. ᵃ * Nam charitas
*Heb.13.a operiet multitudinem peccatorũ. Hoſpitales * eſtote erga uos inui
2.Cor.8. b cem, * ſine murmurationibus, ut quiſq; accepit donum, ita alius in
proue.3.b aliũ illud miniſtrantes, ut boni diſpenſatores uariæ gratiæ Dei.
*Hier.23.c * Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei: * ſi quis miniſtrat, mi-
*Rho.12.b niſtret tanquam ex uirtute, quam ſuppeditat Deus, ut in omnibus
glorificetur Deus per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperiũ
Luc.12.f in ſecula ſeculorum, Amen. Chariſſimi ne miremini, dũ per * ignẽ
1.Cor. 3.b exploramini: quæ res ad experimentum ueſtri fit, perinde quaſi
1.pet.1.b nouum aliquid uobis obtingat: imo in hoc quod conſortes eſtis ad
*2.tim.2.b flictionũ Chriſti, * gaudete, ut in reuelatione quoq; gloriæ eiuſdẽ
gaudeatis exultantes. Si probris adficimini in nomine Chriſti,
Matthe.5.a * beati * eſtis *: quoniã gloria & ſpiritus Dei ſuper uos requieſcit.
Iuxta ipſos quidem maledictis adficitur, iuxta uos autem glorifi-
2.petri.3.c catur

*Ne quis enim ueſtrum adfligatur, ut homicida, aut fur, aut fa-

cinoro-

cinoroſus,aut tanq̃ᵇ alienorũ inſpector. Porroſi ut Christianus adfligitur aliquis,ne pudeſiat, imò glorificet Deum in parte hac. * Quandoquidem & tempus eſt, ut incipiat iudicium * a domo Hier..25.d
Dei,quo'd ſi primum incipit a' nobis, quis erit finis eorum,qui nõ 40.b
* credunt Dei Euangelio. Et * ſi iuſtus uix ſaluus efficitur, im- Ezech.9.d
pius & peccator ubi comparebit. Proinde qui adfliguntur iuxta *Heb.3.b
uoluntatem Dei,tanquam apud fidelem conditorem deponant a- *Luc.10.b
nimas ſuas benefaciendo. *Prou.11.d

a Nã charitas patiens eſt,benigna eſt. Charitas nõ inuidet,charitas nõ eſt procax, non inflatur,non eſt faſtidioſa,non quærit quæ ſua ſunt,non irritatur,non cogitat malum, non gaudet de iniuſtitia,ſed congaudet ueritati:omnia ſuffert.1.Corin.13. Proinde ſi charitatem inter uos mutuam ſeruaueritis,ſcelerum lernam effugietis. Huc ſpectat & illud Pauli ad Rhomanos.13.de dilectione. Dilectio(inquit)proximo malum non operatur.

b ἀλλοτριοεπίσκοπος qui alienis inhiat. Seditioſus ardelio,& pugnat ex diametro cũ uero epiſcopo.

CAPVT QVINTVM.

A

PResbyteros qui inter uos ſũt, obſecro,qui ſum et ipſe preſ Act.5.c
byter,*ac teſtis adflictionũ Chriſti,atq; idem conſors glo
B riæ quæ reuelabitur,*paſcite a quantum in uobis eſt,gre- Act.20.d
gem Chriſti,curam illius agentes non coacte', ſed uolentes; non
turpiter adfectantes lucrum,ſed propenſo animo, * neq; ceu do- Ezec.34.a
minium exercẽtes aduerſus cleros,* ſed ſic ut ſitis exemplaria gre Luc.22.d
gis. Et quum adparuerit ille paſtorum princeps, * reportabitis *Tit.2.a
immarceſcibilem gloriæ coronam. *1.Cor.9.d
Similiter iuniores,ſubditi eſtote ſenioribus, *ſic * ut oẽs alius 2.Tim.4.b
alij uiciſſim ſubijciamini. Humilitatem animi uobis infixam habe- Prou.11.a
te,*propterea quo'd Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat Mat.11.e
gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, ut uos extol- Iaco.4.a
lat quum erit opportunum:omni * cura ueſtra coniecta in illum. *Mat.6.c
Nam illi cura eſt de uobis. Luc.12.c
Sobrij eſtote,uigilate: * quoniam aduerſarius ueſter diabolus, *Iob.1.b
B tanq̃ leo rugiens obambulat,quærens quem deuoret, *cui reſiſti- Ephe.6.b
te ſolidi fide:ſcientes eaſdem adflictiones, ueſtræ quæ in mundo *Iaco.4.a
eſt fraternitati,conſummari. Sed Deus omnis gratiæ, qui uocauit Rhom.8.c
nos ad æternam ſuam gloriam per Chriſtum Ieſum * parumper 1.Pet.1.a
Heb.10.d

adflictos idem inſtauret uos, fulciat, roboret, ſtabiliat. Ipſi gloria, imperium in ſecula ſeculorum. Amen. Per Syluanum uobis fidelem fratrem, ut arbitror, paucis ſcripſi, adhortans & teſtificans, hanc eſſe ueram gratiã Dei, in qua ſtatis. Salutat uos ea, quę eſt Babylone coëlecta *ecclesia*, & Marcus filius meus. Salutate uos mutuo charitatis oſculo. Pax omnibus, qui eſtis in Chriſto Ieſu, Amen.

Pro gratia uobis data. Talenta enim ſua Dominus cum fœnore repoſcet. Porrò ubi dicitur: Paſcite gregem Chriſti, omnes presbyteri ſui admonentur officij, à quibus requiritur, ut doceant, & uerbo uitæ oues Chriſti reficiant.

EPISTOLAE D. PETRI APOSTOLI POSTERIORIS.

CAPVT PRIMVM.

SYmeon Petrus, ſeruus & apoſtolus Ieſu Chriſti, his qui A
1.Pet.1.a æquè pretioſam nobiſcum ſortiti ſunt fidem, per iuſtitiam Dei noſtri, & ſeruatoris Ieſu Chriſti, Gratia* uobis & pax multiplicetur per agnitionem Dei, & Ieſu Domini noſtri: ſic ut eius diuina uirtus omnia nobis largita eſt, quæ ad uitam ac pietatem pertinent, per agnitionem eius, qui uocauit nos per gloriam & uirtutem, per quæ pretioſa nobis ac maxima promiſſa donata ſunt, ut per hæc efficeremini
Ioan.1.a diuinæ * conſortes naturæ, ſi refugeritis a corruptione, quæ
Col.2.b eſt in

eſt in mundo per concupiſcentiam.

B Sed & in hoc omni adhibito ſtudio, ſubminiſtrate in fide ueſtra uirtutem, in uirtute uerò ſcientiam,* in ſcientia uerò temperantiam, in temperantia uerò patientiam, rurſus in patientia pietatem, in pietate autem fraternam charitatem, in fraterna uerò charitate dilectionem. Hæc enim quum uobis adſint & exuberent, haud otioſos, nec in irritum laborantes efficiunt, ad Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitionem. Nam cui non adſunt hæc, *is* cæcus eſt, manu uiam tentans, oblitus ſeſe à ueteribus peccatis ſuis fuiſſe purgatum. 1. Cor. 8. a

Quapropter fratres, potius operam date, ut uocationem & electionem ueſtram firmam efficiatis. Hæc enim ſi feceritis, nequaquam labemini unquam, ſic enim abundè ſubminiſtrabitur

C uobis introitus in æternum regnum Domini noſtri, & ſeruatoris Ieſu Chriſti.* Quapropter haud negligam, uos ſemper commonere de his, tametſi ſciatis, & confirmati ſitis in præſenti ueritate. Attamen iuſtum arbitror, quandiu ſum in hoc* tabernaculo excitare uos per commonitionem: *quũ ſciam breui futurum, ut deponam hoc tabernaculũ meum, quemadmodũ & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi. Quin & dabo ſemper operam, ut poſt exitum meum, horum mentionem facere poſſitis. Luc. 22. c 2. Cor. 5. a *Ioan. 21. d 2. Tim. 4. a

Non * enim arte compoſitas fabulas ſecuti, notam uobis fecimus Domini noſtri Ieſu Chriſti potentiam & aduentum: * ſed qui oculis noſtris aſpeximus illius maieſtatem. Acceperat enim à Deo patre honorem & gloriam, uoce ad illum delata huiuſmodi:

D * Hic eſt ille filius meus dilectus, in quo mihi beneplacui. Et hanc uocem nos audiuimus è cœlo delatam, quum eſſemus una cum illo in monte ſancto. Ioan. 1. b 1. Ioan. 1. a Matt. 17. a Mar. 9. a Luc. 9. d

Et habemus firmiorem ſermonem propheticum: cui dum attenditis, ceu lucernæ* adparenti in obſcuro loco, rectè facitis, donec dies illuceſcat, & lucifer exoriatᷣ in cordibus ueſtris. Hoc prius ſcientes, * quòd omnis prophetica ſcriptura, propria interpretatione non fit. * Non enim uoluntate hominis allata eſt olim prophetia: ſed à ſpiritu ſancto impulſi, loquuti ſunt ſancti Dei homines. 2. Cor. 4. b Dani. 9. b Zach. 7. b 2. Tim. 3. d

[a] Non enim argutas & fallaces fabulas ſecuti. [b] Proinde prudentia humana cæcutit in rebus diuinis. Spiritus ſanctus eſt, qui interpretatur conſilia Dei, non quidem omnibus, ſed iis duntaxat, qui ueritatis amore, perquirunt placere Deo, quiq; in innocentia ſpiritus ſui, iuſtitiam eſuriunt & ſitiunt.

CAPVT SECVNDVM.

Matt.24.a — FVerunt autem & pſeudoprophetæ in populo, *quemad- A
Act 20.d — modum & inter uos erunt falſi doctores: qui clam indu-
1.Tim.4.a — cent ſectas pernitioſas, etiam Dominum qui illos merca-
*Matt.7.b — tus eſt, abnegantes: accerſentes ſibi ipſis celerem interitum, &
*Iob 4.b — plærique * ſequentur illorum exitia, per quos uia ueritatis maledi-
Apoc.20.a — ctis adficietur, & per auaritiam factitiis ſermonibus de uobis ne-
*Eſa.14.b — gotiabuntur: quibus iudicium iam olim non tardat, & perditio
illorum non dormitat.

*Nam ſi Deus angelis, *qui peccauerant non pepercit, ſed ca-
tenis caliginis in tartarum præcipitatos, tradidit ſeruatos in iudi B
Gene.7.a — cium: * & priſco mundo non pepercit, ſed octauum iuſtitiæ præ-
conem Noë ſeruauit, diluuio in mundum impiorum inducto: &
Gene.19.e — *ciuitates Sodomorum & Gomorrhæ, in cinerem redactas ſub-
Gene.19.cb — uerſione condemnauit, *eoſque *fecit exemplũ his, qui impiè forēt
acturi: & * iuſtum Lot, qui opprimebatur à nephariis per libidi-
1.Cor.10. — noſam conuerſationem, eripuit. Is enim oculis & auribus iuſtus,
Iudæ.1.b — quum habitaret inter illos, quotidie animam iuſtam iniquis illo-
rum factis excruciabat. * Nouit Dominus pios è tentatione eri-
Hier.12.a — pere, iniuſtos autem in diem iudicii puniendos ſeruare: maximè
Iudæ.1.b — uerò illos, qui carnem ſequētes, in concupiſcentia pollutionis am-
bulant, ac dominationē contemnunt, audaces, præfracti, qui glo C
ria præcellentes non uerentur conuitiis inceſſere. * Quum ipſi an
geli, qui ſunt robore ac uirtute maiores, non ferunt aduerſus ſeſe
apud Dominum, maledicum iudicium. * At iſti ueluti bruta ani-
mantia, natura genita in capturam, & in pernitiem, * in his quæ
non intelligunt maledicentes, in perditione ſua peribunt, repor-
tantes mercedem iniuſtitiæ, uoluptatem putātes eas quæ in diem
ſunt, delitias, labes ac maculæ: qui conuiuantes in erroribus ſu-
is, inſultant uobis, oculos habentes plenos adulteræ, & qui à pec
cando ceſſare neſciant, ineſcantes animas inſtabiles, cor habentes
exercitatum

exercitatum rapinis, execrabiles filij, qui relicta recta uia, aber- Num 22.
rauerunt *ſequuti uiam Balaam filij Boſor, qui mercedem iniqui- 23. 24.
tatis dilexit, *ſed redargutus fuit de ſua iniquitate. Animal ſubiu- Num. 31.b
gale, mutum, humana uoce loquens, prohibuit prophetæ demen-
tiam.

Iſti ſunt fontes aqua carentes, *nebulę quæ à procella ferun- Iudæ .1.c
D tur, quibus caligo tenebrarum in æternum ſeruata eſt. Siquidem
ubi uehementer faſtuoſa uanitatis uerba ſonuerint, ineſcant ho-
mines per concupiſcentias carnis uoluptatibus, eos qui uerè aufu-
gerant, qui ab his in errore conuerſantur, dum illis liber-
tatem pollicentur, quum ipſi ſerui ſint corruptionis. *Siqui- Ioan. 8.c
dem à quo quis ſuperatus eſt, huic etiam ſeruus effectus eſt. Rho. 6.b
*Nam ſi poſteaquam refugerunt ab inquinamentis mundi, per *Luc. 9.f
agnitionem Domini & ſeruatoris Ieſu Chriſti: *tamen his rur-
ſum inuoluti ſuperātur, *facta ſunt illis poſtrema peiora primis. Mat. 12.e
Satius enim fuiſſet illis, non cognouiſſe uiam iuſtitiæ, quàm ubi Heb. 6.a
cognouerunt, *conuerti ab eo, quod illis traditū fuit, ſancto præ- Act. 5.a
cepto. Verùm accidit illis id quòd uero prouerbio *dici ſolet*: * Prou. 26.b
Canis reuerſus ad ſuum ipſius uomitum: & ſus lota, reuerſa ad Eccl. 34.d
uolutabrum cœni.

** Hi qui ſponte à ſancto præcepto, quod illis traditum fuit digrediuntur, apoſtatæ propriè nominantur.*

CAPVT TERTIVM.

A HAnc iam, dilecti, alteram uobis ſcribo epiſtolam, * in qui-
bus extimulo ueſtram per commonitionem, ſynceram
mentem: ut memores ſitis uerborum, quæ prædicta ſunt
à ſanctis prophetis, & mandati noſtri, qui ſumus Apoſtoli Domi-
ni & ſeruatoris.

*Illud primùm ſcientes, uenturos in extremis diebus illuſores, 1 Tim. 4.a
qui iuxta proprias concupiſcentias ambulent, & dicant: *Vbi eſt 2 Tim. 3.a
pollicitatio aduentus eius? Siquidem ex quo die patres dormie- Iudæ.1.c
runt, omnia ſic permanent *ut *ab initio creationis *erant*. Nam *Eze. 12.d
illud uolentes neſciunt, * quòd cœli iam olim fuerint ac terra, ex 2. Theſ. 2.a
aqua & per aquam conſiſtentes Dei ſermone, *per quæ is qui tū Gene. 1.a
erat mundus, aqua inundatus perijt. *At qui nunc ſunt cœli ac Gene. 7.a

 terra, *Eccl. 16.e

terra, eiuſdem ſermone repoſiti ſunt, [a]* & ſeruantur igni in diem
2.Theſ.1.b iudicij, & perditionis impiorum hominum.
Pſal.89.a Vnum autem hoc ne lateat uos dilecti,[b] quod* unus dies apud B
Ezech.12.d 1.Pet.4.a Dominum perinde eſt, ut mille anni: & mille anni, ut dies unus.
Rhom.2.a Haud tardat Dominus qui promiſit, quemadmodum nõnulli tar
Exec.18.d ditatem exiſtimant. Verum patiens eſt erga nos, *dum non uult A
Mat.24.d ullos perire, ſed omnes ad pœnitentiam recipere. Veniet autem
1.Theſſ.5.a dies Domini, ſicut fur in nocte, *quo cœli procellę in morem trã
Apo.3.a ſibunt: elementa uerò æſtuantia ſoluentur, terraq́ue & quæ in ea
*Eſa 51.b ſunt opera, exurentur.
Pſal.101.b Quum igitur hæc omnia ſoluantur, quales oportet eſſe uos in
Heb.1.b ſanctis conuerſationibus ac pietatibus, expectantes & accele-
*Eccl.16.d rantes aduentũ diei Dei, *per quẽ cœli incẽſi ſoluẽtur, & elemen
*Eſa.65.c Apo.21.a ta ęſtuantia liqueſcent? *Sed cœlos nouos ac terram nouam* iux B
*Eſa.66.d 30.e ta promiſſum illius expectamus, in quibus iuſtitia inhabitat.
Matt.13.e Quapropter dilecti: hæc expectantes, date operam, ut imma- C
culati & incontaminati ab illo reperiamini in pace, dominiq́ue no-
ſtri patientiam, ſalutem arbitremini: quemadmodum & dilectus
frater noſter Paulus, iuxta ſibi datam ſapientiam ſcripſit uobis,
etiam in omnibus ferè epiſtolis, loquens de his, inter quę ſunt nõ-
nulla difficilia intellectu, quæ indocti parumq́ue firmi detor-
quent, ſicut & cęteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum per-
nitiem. Vos igitur dilecti, poſteaquàm præmoni-
ti eſtis, cauete ne ſimul cum alijs nephariorũ
errore abductis, excidatis à propria
ſtabilitate, ſed creſcite in gratia, & co
gnitione Dñi noſtri, & ſeruatoris
Ieſu Chriſti. Ipſi gloria &
nũc & in diem æter-
nitatis. Amen.

[a] ἐν ὅτο *in quibus, id eſt, per quas aut quibus extimulo: & refertur ad binas literas.*
[b] *Hinc nonnulli collegiſſe uidentur, ſex chiliadas ætatis mundi, ita ut ſex dies, quibus Dominus occupatus fuit in condendo mundo, nobis adumbrent occupationem noſtram per tot millenarios annos ante Sabbatum noſtrum, glorioſum quidem illud & æternum.*

ANNIS APOSTOLI PRIMAE.

CAPVT PRIMVM.

A QVOD * erat ab initio, quod audiuimus, * quod uidimus Ioan.1.b
oculis noſtris, quod perſpeximus, * & manus noſtræ 2.Pet.1.c
contrectauerũt de uerbo uitæ, & uita manifeſtata eſt: *Ioan.20.d
& uidimus, etiam teſtamur, & annunciamus uobis * ui Ioan.17.a
tam æternam, quæ erat apud patrem, & manifeſtata
eſt nobis. Quod uidimus & audiuimus annunciamus uobis ut &
uos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra * ſit * cum pa-
tre, & cũ filio eius Ieſu Chriſto. Et hæc ſcribimus uobis, * ut gau- Ioan.16 c
dium ueſtrum ſit plenum. 17.b

B Et hæc eſt * annunciatio, quam audiuimus ex ipſo, & annunci- 2.Ioan.1.b
amus uobis, quòd Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ. *Ioan.17.b
* Si dixerimus quòd ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris
ambulamus, mentimur, & ueritatẽ non facimus. Quòd ſi in luce
ambulamus, ſicut ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus inter nos
mutuam, * & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni *Pſal.14.d
peccato. * Si dixerimus, peccatum nõ habemus, nosipſos fallimus, Eſa.33.b
& ueritas in nobis non eſt. * Si confiteamur peccata noſtra, fide-
lis eſt & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos
ab omni iniquitate. Si dixerimus, non peccauimus, mendacem fa-
cimus eum, & ſermo eius non eſt in nobis.

* *Hic locus palam nos docet, quidnam Chriſtus ſit, & quomodo uerbum illud æternum, quod ab initio erat, de quo primùm tanquam de re inuiſibili tantum audiuimus, factũ ſit caro, adeóq; & uiſibile & contrectabile.*

CAPVT SECVNDVM.

A FIlioli mei, hæc ſcribo uobis ne peccetis, & ſi quis pecca-
uerit, * aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chri- Heb.2.d
ſtũ iuſtũ *. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nõ Rho.3.c
pro noſtris aũt tm̃, ſed etiam pro totius mũdi. Et per hoc ſcimus,
quòd

1 Ioan.4. c quod cognouimus eum, ſi mandata ipſius obſeruamus. *Qui dicit: Noui eum, & præcepta eius non ſeruat, mēdax eſt, & in eo ueritas non eſt. Qui autem ſeruat ſermonem eius, uere in hoc charitas
Ioan 13 d Dei perfecta eſt. * Per hoc ſcimus, quod in ipſo ſumus. ✝ Qui di-
✝1 Pet.2 cit ſe in eo manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.
Ioan.13.c Fratres, non præceptum nouum ſcribo uobis, ſed præceptum uetus, quod habuiſtis ab initio. Præceptum uetus eſt ſermo, quē
Ioan.13. d audiſtis ab initio. Rurſum * præceptum nouū ſcribo uobis, quod
15. b uerum eſt in ipſo, idem uerum eſt & in uobis: quia tenebræ præte reunt, & uerum lumen iam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fra trē ſuum odit, ⁺is⁺ in tenebris eſt uſq; adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & offendiculum in eo non eſt. Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. B
Luc.24.d Scribo uobis filioli, *quoniā remittūtur uobis peccata, propter
Act.4.a nomen eius. Scribo uobis patres, quoniā cognouiſtis eum, qui ab initio eſt. Scribo uobis adoleſcentes, quoniam uiciſtis illum malū. Scribo uobis puelli, quoniam cognouiſtis patrem. Scripſi uobis patres, quoniam cognouiſtis eum, qui ab initio eſt. Scripſi uobis adoleſcentes, quoniam fortes eſtis, et uerbum Dei manet in uobis, & uiciſtis illum malum.

Ne diligatis mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo. Quoniam omne quod eſt in mundo, ⁺uidelicet⁺ cōcupiſcentia carnis, & cōcupiſcētia ocu
Pſal.87.a lorū, & faſtus uitæ, non eſt ex patre, ſed ex mūdo eſt. *Et ✝ mū-
Eſa.40.a dus tranſit, & concupiſcentia eius. ✝ Qui autem facit uolun-
1.Cor.7. d tatem Dei, manet in æternum.
✝Ioan.6.e Puelli, nouiſſimum tempus eſt, & ſicut audiſtis, *quod Antichri
1.Theſ.4. a ſtus uenturus ſit, etiam nunc Antichriſti multi cœperunt eſſe.
*mat.24.a Vnde ſcimus nouiſſimū tempus eſſe. ✝ E nobis egreſsi ſunt, ſed
Ioan 5.d non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq;
*Ioan.13.c nobiſcum. Sed * ut manifeſti fierent, quod non ſint omnes ex no-
Act.20.d bis. Sed uos *unctionem habetis a ſancto illo, & noſtis omnia
2.Cor.11.b Non ſcripſi uobis, quaſi ignorantibus ueritatem, ſed tanquam
Heb.1.b ſcientibus eam. Et quoniam omne mendacium ex ueritate nō eſt. C quis eſt mēdax, niſi ⁺is⁺, qui negat Ieſum eſſe Chriſtū? Hic eſt Antichri-

tichri-

chriſtus, qui negat patrem & filium. Quiſquis negat filiū, *is* ne
patrem quidem habet. Vos igitur quod audiſtis ab initio, in uobis
permaneat. Si in uobis permanſerit, quod audiſtis ab initio, & uos
in filio & patre permanebitis. Et hæc eſt promiſſio, quam ipſe pol
licitus eſt nobis, uitam æternam.

Hæc ſcripſi uobis de his, qui ſeducunt uos, * & unctio quam Eſa. 54. c
uos accepiſtis ab eo, manet in uobis. Et non neceſſe habetis, ut Ioan. 6. c
quiſquam doceat uos: ſed ſicut ipſa unctio docet uos de omnibus, 14. 16. b
& uerax eſt, & non eſt mendacium. Et ſicut docuit uos, manete in
ea. Et nunc filioli manete in eo, ut quum adparuerit, habeamus fi-
B duciam*, & non pudefiamus ab eo, in aduentu eius. Si ſcitis quod Sap. 5. a
iuſtus eſt, ſcitote quod omnis qui facit iuſtitiā, ex ipſo natus eſt.

** Huc referendum eſt illud Eccleſiaſtæ: Vanitas uanitatum, omnia uanitas. Atqui homo non in hoc quidem natus eſt, ut cum mundo pereat aut ætate occidat, ſed ut cum Deo perpetuo uiuat. Deum igitur timeamus, eiusq; mandata ſeruemus, quia hoc eſt omnis homo.*

CAPVT TERTIVM.

A VIdete qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij Dei uo-
cemur. Propter hoc mundus non nouit uos, quia non no-
uit eum. Chariſſimi, nunc* filij Dei ſumus, & nondum ad- Luc. 20. d
paruit, id quod futuri ſumus.* Scimus autem, quoniam ſi adpa- *Rhom. 8. c
ruerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. Et 1. Cor. 15. f
omnis qui habet hanc ſpem in eo, purificat ſe, ſicut et ille purus eſt. Col. 3. a
Omnis qui committit peccatum, idem & iniquitatē committit, & Phili. 3. e
peccatum eſt iniquitas.* Et ſcitis, quod ille adparuit, ut peccata no Eſa. 53. d
ſtra tolleret: & peccatum in eo non eſt. Omnis qui manet in eo, nō 1. Tim. 1. c
peccat: omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum. Tit. 2. b

B Filioli, nemo uos ſeducat.* Qui exercet iuſtitiam, iuſtus eſt, ſi- 1. Pet. 2. e
cut & ille iuſtus eſt. Qui committit peccatū, ex diabolo eſt: *quo- *Rhom. 2. b
niam ab initio diabolus peccat. Ad hoc adparuit filius Dei, ut diſ- Ioan. 8. d
ſoluat opera diaboli.* Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non 1. Ioan. 5. c
committit: quoniam * ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt *1. Pet. 1. d
C peccare, eo quod ex Deo natus eſt. * In hoc manifeſti ſunt filij *Ioan. 13. d
Dei, & filij diaboli. Omnis qui non facit iuſtitiā, non eſt ex Deo,

& qui non diligit fratrem ſuum. Quoniam hæc eſt annunciatio
quam audiſtis ab initio, ut diligatis uos inuicem.

Gene.4.b Non ſicut *Cain ex illo malo erat, & occidit fratrem ſuum. Et
propter quid occidit eum? quia opera eius mala erant, fratris au-
Ioan.15.b tem eius iuſta. *Ne miremini fratres mei, ſi odit uos mundus. Nos
ſcimus, quòd tranſlati ſumus de morte ad uitam, quia diligimus
Matt.5.c fratres. Qui non diligit fratrē, manet in morte. * Omnis qui odit B
fratrem ſuum, homicida eſt: & ſcitis, quòd omnis homicida non ha
bet uitam æternam in ſe manentem.

Per hoc cognouimus charitatem, quoniā ille animā ſuā pro no C
Ionan.15. b bis poſuit. *Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui*
Deut.15. a uerò habuerit ſubſtantiā mundi, & uiderit fratrē ſuum egentē, et
clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Fi
Iacob.2.b lioli mei, *ne diligamus uerbo, neq; līgua, ſed opere et ueritate. Et
per hoc cognoſcimus, quòd ex ueritate ſumus, & in cōſpectu eius
*ſuadebimus cordibus noſtris. Quoniā ſi cōdēnet nos cor noſtrū,
maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia. Chariſſimi, ſi cor
Ioan.16.c noſtrum non condemnet nos, fiduciam habemus erga Deum: *&
1.Ioan.5.b quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniā præcepta eius cu-
Iacob.4.a ſtodimus, & quæ ſunt placita coràm eo, facimus.

Ioan.13 c *Et hoc eſt præceptum eius, ut credamus nomini filij eius Ieſu
15.b Chriſti, & diligamus nos mutuò, ſicut dedit præceptum. * Et qui C
1.Ioan.4.b ſeruat pręcepta eius, in illo manet, et ipſe in eo. Et per hoc ſcimus,
quòd manet in nobis, è ſpiritu quem nobis dedit.

* *Græcè πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν id eſt. Suadebimus corda noſtra, aut ſuadendo flectemus & pacabimus. Auguſtinus autem uertit per uerbum perſuadendi.*

3.Reg.22. d
CAPVT QVARTVM.

Ind.8.e CHariſſimi, ne cuiuis ſpiritui credatis, * ſed probate ſpiri- A
Matt.7.b tus an ex Deo ſint: * quoniā multi pſeudoprophetæ exie-
*1.Ioan.2.c runt in mundum. Per hoc cognoſcite ſpiritum Dei. Om-
2.Ioan.1.b nis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtū in carne ueniſſe, ex Deo
eſt. Et omnis ſpiritus, qui nō confitetur Ieſum Chriſtum in carne
ueniſſe, ex Deo nō eſt. Et hic eſt ille ſpiritus * Antichriſti, de quo
audiſtis

audiſtis,quòd uenturus ſit:& nūc iam in mundo eſt. Vos ex Deo eſtis filioli,& uiciſti eos,quoniam maior eſt,qui in uobis+eſt+,quā qui in mundo.Ipſi è mundo ſunt,ideo è mundo loquuntur,& mū- dus eos audit.Nos ex Deo ſumus.* Qui nouit Deum, audit nos: Ioan.8.d qui non eſt ex Deo,non audit nos.Per hoc cognoſcimus ſpiritum ueritatis,& ſpiritum erroris.

B Chariſſimi,diligamus nos inuicem:quia charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt,& cognoſcit Deum. Qui nō diligit,non nouit Deum,qm̄ Deus charitas eſt.* In hoc adpa- Ioan.3.c ruit charitas Dei in nobis,quòd filium ſuum unigenitū emādauit Deus in mundum:ut uiuamus per eum. In hoc eſt charitas, non quòd nos dilexerimus Deū,ſed quòd ipſe dilexerit nos,*& eman dârit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

Chariſſimi,ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus nos mutuò diligere.*Deum nemo uidit unquam. *Si diligamus nos inuicem, Rhom.5.a Deus in nobis manet,& charitas eius perfecta eſt in nobis. In hoc 2.Cor.5.c cognoſcimus, quòd in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam Col.1.b. de ſpiritu ſuo dedit nobis.Et nos uidimus,et teſtamur,quòd pater Exo.33.d emādauit filium ſeruatorē mundi.*Quiſquis cōfeſſus fuerit,quòd Deut.4.b Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo.Et nos co- gnouimus,& credimus charitatem,quam habet Deus in nobis.

C Deus charitas eſt,& qui manet in charitate,in Deo manet, & Deus in eo.In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, ut fiduciam ha beamus in die iudicij:quòd ſicut ille eſt,et nos ſumus in mūdo hoc. Timor non eſt in charitate,ſed perfecta charitas foras eijcit timo rem, quoniam timor cruciatum habet.Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.

Nos diligimus eum,quoniam ipſe prior dilexit nos.* Si quis Ioan.1.b dixerit:Diligo Deum,& fratrem ſuum oderit,mendax eſt. Qui 1.Tim.6.c enim non diligit fratrem ſuum quem uidit, Deum quem non ui- *Ioan.3.c dit,quomodo poteſt diligere? Et hoc præceptum habemus ab eo, Ioan.6.ſ *ut qui diligit Deum,diligat & fratrem ſuum. 2.Ioan.2.a Leuit.19.c Ioan.13.d.

* *Loquitur de ſpiritu Antichriſti, qui temporibus apoſtolorum irrepſit in hominum mē- tes. Autor ſectarum, & plantationis ueteratoris ſerpentis, qui humanum genus miſerè per-*

& qui non diligit fratrem ſuum. Quoniam hæc eſt annunciatio,
quam audiſtis ab initio, ut diligatis uos inuicem.

Gene.4.b Non ſicut * Cain ex illo malo erat, & occidit fratrem ſuum. Et
propter quid occidit eum? quia opera eius mala erant, fratris au-
Ioan.15.b tem eius iuſta. * Ne miremini fratres mei, ſi odit uos mundus. Nos
ſcimus, quòd tranſlati ſumus de morte ad uitam, quia diligimus
Matt.5.c fratres. Qui non diligit fratrē, manet in morte. * Omnis qui odit B
fratrem ſuum, homicida eſt: & ſcitis, quòd omnis homicida non ha
bet uitam æternam in ſe manentem.

Per hoc cognouimus charitatem, quoniã ille animã ſuã pro no C
Ioan.15.b bis poſuit. * Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui *
Deut.15.a uerò habuerit ſubſtantiã mundi, & uiderit fratrē ſuum egentē, et
clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Fi
Iacob.2.b lioli mei, * ne diligamus uerbo, neq; ligua, ſed opere et ueritate. Et
per hoc cognoſcimus, quòd ex ueritate ſumus, & in cõſpectu eius
* ſuadebimus cordibus noſtris. Quoniã ſi cõdēnet nos cor noſtrũ,
maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia. Chariſſimi, ſi cor
Ioan.16.c noſtrum non condemnet nos, fiduciam habemus erga Deum: * &
1.Ioan.5.b quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniã præcepta eius cu-
Iacob.4.a ſtodimus, & quæ ſunt placita corãm eo, facimus.

Ioan.13.c * Et hoc eſt præceptum eius, ut credamus nomini filij eius Ieſu
15.b Chriſti, & diligamus nos mutuò, ſicut dedit præceptum. * Et qui C
1.Ioan.4.b ſeruat pręcepta eius, in illo manet, et ipſe in eo. Et per hoc ſcimus,
quòd manet in nobis, è ſpiritu quem nobis dedit.

* *Græcè πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν id eſt. Suadebimus corda noſtra, aut ſuadendo flectemus & pacabimus. Auguſtinus autem uertit per uerbum perſuadendi.*

3.Reg.13.d
CAPVT QVARTVM.

Iud.8.e CHariſſimi, ne cuiuis ſpiritui credatis, * ſed probate ſpiri- A
Matt.7.b tus an ex Deo ſint: * quoniã multi pſeudoprophetæ exie-
*1.Ioan.2.c runt in mundum. Per hoc cognoſcite ſpiritum Dei. Om-
2.Ioan.1.b nis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtũ in carne ueniſſe, ex Deo
eſt. Et omnis ſpiritus, qui nõ confitetur Ieſum Chriſtum in carne
ueniſſe, ex Deo nõ eſt. Et hic eſt ille ſpiritus * Antichriſti, de quo
audiſtis

audiſtis,quod uenturus ſit:& nũc iam in mundo eſt. Vos ex Deo
eſtis filioli,& uiciſti eos,quoniam maior eſt,qui in uobis+eſt+,quã
qui in mundo.Ipſi è mundo ſunt,ideo è mundo loquuntur,& mũ-
dus eos audit. Nos ex Deo ſumus.* Qui nouit Deum, audit nos: Ioan.8.d
qui non eſt ex Deo,non audit nos.Per hoc cognoſcimus ſpiritum
ueritatis,& ſpiritum erroris.

B Chariſſimi,diligamus nos inuicem:quia charitas ex Deo eſt.
Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt,& cognoſcit Deum. Qui
nõ diligit,non nouit Deum,qm̃ Deus charitas eſt.* In hoc adpa- Ioan.3.c
ruit charitas Dei in nobis,quod filium ſuum unigenitũ emãdauit
Deus in mundum:ut uiuamus per eum. In hoc eſt charitas, non
quod nos dilexerimus Deũ,ſed quod ipſe dilexerit nos,*& eman
dârit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

Chariſſimi,ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus nos mutuò
diligere.*Deum nemo uidit unquam.*Si diligamus nos inuicem,
Deus in nobis manet,& charitas eius perfecta eſt in nobis. In hoc Rhom.5.a
cognoſcimus, quod in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam 2.Cor.5.c
de ſpiritu ſuo dedit nobis.Et nos uidimus,et teſtamur,quod pater Col.1.b. Exo.33.d
emãdauit filium ſeruatorẽ mundi.*Quiſquis cõfeſſus fuerit,quod Deut.4.b
Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo.Et nos co-
gnouimus,& credimus charitatem,quam habet Deus in nobis.

C Deus charitas eſt,& qui manet in charitate,in Deo manet, &
Deus in eo.In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, ut fiduciam ha
beamus in die iudicij:quod ſicut ille eſt,et nos ſumus in mũdo hoc.
Timor non eſt in charitate,ſed perfecta charitas foras eijcit timo
rem, quoniam timor cruciatum habet.Qui autem timet, non eſt
perfectus in charitate.

Nos diligimus eum,quoniam ipſe prior dilexit nos.* Si quis Ioan.1.b
dixerit:Diligo Deum,& fratrem ſuum oderit,mendax eſt. Qui 1.Tim.6.c
enim non diligit fratrem ſuum quem uidit, Deum quem non ui- *Ioan.3.c Ioan.6.f
dit,quomodo poteſt diligere? Et hoc præceptum habemus ab eo, 2.Ioan.2.a
* ut qui diligit Deum,diligat & fratrem ſuum. Leuit.19.c Ioan.13.d

a *Loquitur de ſpiritu Antichriſti, qui temporibus apoſtolorum irrepſit in hominum mẽtes. Autor ſectarum, & plantationis ueteratoris ſerpentis, qui humanum genus miſerè per-*

didit & Euam imprudentem primò decepit.

CAPVT QVINTVM.

Matt.16.c Ioan.1.a OMnis qui credit Ieſum eſſe Chriſtum,* ex Deo natus eſt. A
Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui na
tus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus, quòd diligamus filios
Ioan.14.b Dei, quum Deum diligimus, & præcepta eius ſeruamus. * Hæc
*Matt.11.e eſt enim charitas Dei, ut præcepta eius ſeruemus: * & præcepta
*Ioan.16.d eius grauia non ſunt. * Quoniam omne quod natum eſt ex Deo,
1.Cor.15.f uincit mundum: & hæc eſt uictoria quæ uicit mundum, fides no-
ſtra. Quis eſt qui uincit mundum, niſi qui credit, quòd Ieſus eſt fi-
lius Dei?

Hic eſt qui uenit per aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſtus: non
per aquam ſolum, ſed per aquam & ſanguinem. Et ſpiritus eſt
Matth.3.b *qui teſtificatur, quoniam ſpiritus eſt ueritas. Quoniam tres ſunt,
17.a qui teſtimonium dant in cœlo, pater, uerbum & ſpiritus ſanctus:
Ioan.1.12.d & hi tres unum ſunt. Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra,
ſpiritus & aqua, & ſanguis: & hi tres unum ſunt.

Ioan.5.d *Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius B
eſt: quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quo teſtificatus eſt de filio
Ioan.3.e ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimoniũ in ſeipſo: qui non
Rhom.8.b credit Deo, mendacem fecit eum, quia non credidit in teſtimoniũ,
Gala.4.a quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium,
Ioan.1.a quòd uitam æternam dedit nobis Deus, * & hæc uita in filio eius
eſt. Qui habet filium, habet uitam: qui non habet filium Dei, uitã
non habet.

Ioan.6.d Hæc ſcripſi uobis, qui creditis in nomẽ filij Dei, ut ſciatis, quòd
*Ioan.16.c uitam habetis æternã, * & ut credatis in nomẽ filij Dei. Et hæc eſt
1.Ioan.3.c fiducia, quam habemus apud eum, * quòd ſi quid petierimus * ſe-
*Matt.5.c cundum uoluntatem eius, audit nos. Et ſi ſcimus, quòd audit nos,
quicquid petierimus, ſcimus quòd habemus petitiones, quas po-
ſtulauimus ab eo. Si quis uiderit fratrem ſuum peccare, peccatum C
Hier.7.b non ad mortem, petet & dabit ei uitam, peccantibus non ad mor-
Matth.12.c tem.* Eſt peccatum ad mortem, non pro illi dico ut roges. * Om-
Ioan.8.b nis iniquitas, peccatum eſt. Et eſt peccatum non ad mortem.
*1.Ioan.3.a

Scimus,

Scimus,*quod omnis qui*natus eſt ex Deo, nõ peccat:ſed qui *Rho.7.8
genitus eſt ex Deo, ſeruat ſeipſum, & malus ille non tangit eum. Gala.5
Scimus, quod ex Deo ſumus, & mundus totus in malo conſtitu- 1.Ioan.3.a
tus eſt. Scimus autem, quod filius Dei uenit,*& dedit nobis men- *Luc.24.d
tem, ut cognoſcamus illum, qui uerus eſt: & ſumus in uero, in fi-
lio Ieſu Chriſto. Hic eſt uerus Deus, & uita æterna. Filioli, caue-
te uobis à ſimulachris. Amen.

* *Athanaſius in quadam epiſtola hunc locum exponens, ait: Qui natus eſt ex Deo, non peccat, ſecundum illam charitatem dictum eſt, quæ ſola non peccat: ad natiuitatem quippe quæ ex Deo eſt, augenda & perficienda charitas pertinet, non ea quæ minuenda eſt & conſumenda cupiditas, quæ quandiu eſt in membris noſtris, lege quadã ſua repugnat legi mentis.*

BEATI IOANNIS EPISTOLA SE. CVNDA.

A SENIOR, electæ* dominę & filijs eius, quos ego dili-
go in ueritate, & non ego ſolus, ſed & omnes qui co-
gnouerunt ueritatem, propter ueritatem quæ perma
net in nobis, & nobiſcum erit in æternum. Erit uobiſ
cũ gratia, miſericordia, pax à Deo patre, & à Domi-
no Ieſu Chriſto, filio patris in ueritate & charitate. Matt.17.a
Gauiſus ſum ualde, quod inueni de filijs tuis ambulantes in ue *1. Ioã.2. a
ritate: ſicut præceptum*accepimus à patre. Et nunc rogo te dnã,
non tanquam mandatum*nouum ſcribo tibi, ſed quod habuimus
ab initio, ut diligamus nos mutuò. Et hæc eſt charitas, ut ambu-
lemus ſecundum præceptum eius. Hoc eſt præceptum, quemad- 1.Ioan.2. c
B modum audiſtis ab initio, ut in eo ambuletis: *quoniam multi ſe- 4.a
ductores ingreſſi ſunt in mundum, qui non confitentur Ieſum
Chriſtum, uenturum in carne: hic eſt ſeductor & Antichriſtus.
Intuemini uoſipſos, ne perdamus quæ operati ſumus, ſed ut mer-

cedem plenam recipiamus. Omnis qui tranſgreditur, & non manet in doctrina Chriſti, Deum non habet. Qui manet in doctrina Chriſti, hic & patrem & filium habet.

2. Theſ. 3. *Siquis uenit ad uos, & hanc doctrinam non adfert, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malis. Quum multa haberem uobis ſcribenda, noluit per chartam et atramentum: ſed ſpero me uenturum

Ioan. 16. c ad uos, & [b] ore ad os loquuturum, *ut gaudium noſtrum ſit com-

1. Ioan. 1. a pletum. Salutant te filij ſororis tuæ electæ. Amen.

a Per dominam hic Chriſtianam congregationem accipe: quæ uera domina eſt & regina, regis Chriſti uxor fœcunda. Proinde & filiorum meminit. [b] Ore ad os, nihil aliud eſt quam præſentem præſentibus Vt fideliter uertit Eraſmus.

BEATI IOANNIS THEOLOGI CATHOLICA EPISTOLA TERTIA.

SENIOR Gaio dilecto, quem ego diligo in ueritate. Dilecte, de omnibus opto, ut proſpere agant, & recte ualeãt, ſicut proſpere agit anima tua. Gauiſus ſum enim ualde uenietibus fratribus, & teſtimonium reddentibus ueritati tuæ, ſicut tu in ueritate ambulas. Maius his, non habeo gaudium, quam ut audiam filios meos in ueritate ambulare. A

Heb. 13. a Dilecte, *fideliter facis quicquid operaris in fratres, & in hoſpites, qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in cõſpectu eccleſię, quos, bene facies, ſi deduxeris digne Deo. Pro hoc eñ noĩe

1. Cor. 9. b profecti ſunt, *nihil accipientes a gentibus. Nos ergo debemus

2. Cor. 11. a recipere *huiuſmodi, ut cooperatores ſimus ueritati. B

*Matt. 10. a Scripſi eccleſiæ, ſed is qui amat primatum gerere in eis Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc ſi uenero, indicabo facta illius quæ facit, uerbis malitioſis garriens in nos: & nec his contentus,

tus,non ſolū non recipit fratres,uerumetiam uolentes*recipere*
prohibet,& é congregatione eijcit.
Dilecte,*ne imiteris quod malum eſt, ſed quod bonū eſt. Qui Pſal.36.a
bené facit,ex Deo eſt:qui autem malé facit, nō uidit Deum. De-
metrio teſtimonium redditum eſt ab omnibus, & ab ipſa uerita-
te:ſed & nos teſtimonium perhibemus,& noſtis,quód teſtimoni
um noſtrum uerum eſt. Multa habebam quæ ſcriberem,ſed nolo
per atramentum & calamum ſcribere tibi. Spero autem protinus
me uiſurum te,& ore ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici.
Saluta amicos nominatim.

EPISTOLAE IOANNIS THEO-
LOGI FINIS.

BEATI IVDAE
APOSTOLI, EPISTOLA
CATHOLICA.

A IVdas Ieſu Chriſti ſeruus, frater aūt Iacobi, his*qui in
Deo patre ſanctificati ſunt, quiq́ Ieſu Chriſto ſerua
ti ſunt uocatis. Miſericordia uobis & pax, & chari-
tas multiplicetur.
Dilecti, tantū mihi ſtudium fuit ſcribendi ad uos
de communi ſalute,ut nō potuerim non ſcribere uobis,obſecrās,
ut ueſtris laboribus adiumento ſitis fidei, quæ ſemel data eſt ſan-
ctis.*Obiter enim ſubierunt quidam homines impij,qui prius de
ſcripti fuerant in hoc iudicium, qui Dei noſtri gratiam transfe- 2.Pet.2.a
runt ad laſciuiam:ac Deum, qui ſolus eſt herus,ac dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum negant. Volo autem uos cōmonefacere,
B quum ſciatis ſemel illud,quód Dominus, poſteaquam populū ex
Aegypto ſaluum eduxerat,* rurſus eos qui non credebant,perdi Num.14.g
dit:*quódq́ angelos,qui non ſeruauerant ſuam originem,ſed re- Eſa.14.b
liquerant ſuum domicilium,ad iudicium magni illius diei, uincu
lis æternis ſub caligine ſeruauit.

*Sicut

Gene. 19.e *Sicut Sodoma & Gomorrha, et his finitimæ ciuitates, quę ad B
conſimilem modum cum illis ſtupris inquinatæ fuerant, ac ſequu
tę fuerant carnem alienam, propoſitæ ſunt exemplo, ignis æterni
pœnā ſuſtinētes. Similiter ſane & hi deluſi inſomnijs, carnē qui-
dē polluūt, dominationē uero ſpernūt: glorias aūt maledictis inſe
Zach.3.a ctātur. At* Michaël archangelus quū aduerſus diabolum certans,
diſceptaret de corpore Moſi, non auſus eſt illi iudicium impinge
re blaſphemiæ, ſed dixit: Increpet te Dominus.* At iſti quæ non
nouerunt, maledictis inſectantur: quæ uero natura ceu rationis
2.Pet.2.c. expertia animantia ſciunt, in his corrumpuntur. Væ illis, quoni-
Gene.4. am uiā *Cain ingreſſi ſunt, & deceptione mercedis, qua deceptus
Numeri.24 fuit Balaam, effuſi ſunt, & contradictione* Core perierunt.
*Num.16.

Hi ſunt inter charitates ueſtras maculæ, inter ſe conuiuantes, C
2.Pet.2.d abſq; *ullius* timore, ſe ipſos paſcentes, * nubes aquam non ha-
bentes, quæ a uentis circumagūtur, arbores autūno marceſcētes:
infrugiferæ, bis emortuæ & eradicatæ: undæ efferæ maris, de-
ſpumantes ſua ipſorum dedecora: ſtellę erraticæ, quibus caligo
tenebrarū in æternū ſeruata eſt. Prius autē & his uaticinatus eſt
Apo.1.a ſeptimus ab Adā Enoch, dicens: *Ecce uenit Dn̄s in ſanctis mili-
Eſa.3.a bus ſuis, ut faciat iudiciū aduerſus omnes, & redarguat oēs ex eis
qui ſunt impij, de factis omnibus, quæ impie patrarunt, deq; om-
nibus duris, quæ loquuti ſunt aduerſus eum peccatores impij. Hi
ſunt murmuratores, queruli, iuxta concupiſcentias ſuas ambulan
tes, & os illorum loquitur tumida, admirantes perſonas, utilitatis
gratia. Vos autem dilecti, memores eſtis uerborum, quæ antehac
1.Tim.4.a dicta fuerūt ab apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod dixe-
2.Tim.3.a runt uobis, *in extremo tempore futuros illuſores, qui iuxta ſuas
2.Pet.3.a impias cupiditates ambularent. Hi ſunt qui ſegregant, animales,
ſpiritum non habentes.

Vos autem dilecti, ſanctiſſimæ ueſtræ fidei ſuperſtruentes uoſ D
ipſos, per ſpiritum ſanctum orātes, uos inuicem in charitate Dei
ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri, Ieſu Chriſti
in uitam æternam. Et hos quidem commiſeremini, dum dijudica
mini: illos autem, per timorem ſaluos facite, ex incendio rapien-
tes, odio proſequentes, & eā quæ ex carne eſt maculatā tunicam.

Ei uerò qui poteſt illos ſeruare à peccato immunes, & ſtatuere in conſpectu gloriæ ſuæ, incontaminatos cum exultatione, ſoli ſapienti Deo ſeruatori noſtro, gloria & magnificentia, imperium & poteſtas, nunc & in omnia ſecula. Amen.

a Hæc epiſtola habet acrimoniam ſalis, & ſcripta eſt aduerſus eos, qui gratis licet iuſtificati ſint, & Deo reconciliati, nihilo minus iuſtitiam exercere grauantur. Hoc eſt, qui perducti ad ſpiritu ale deſertum Sinai רכיק, faſtidita obedientia legis fidei reſiliunt ad laſciuiam, & ad priorẽ rebellionem. Proinde & pios adhortatur, ut in iuſtitia perſeuerent, eamq́; ſedulò exerceant. Suis autem laboribus adiumento ſint fidei, quæ ſemel data eſt, ſanctis. Id eſt, cum fide operentur, quæ ſemel, nempe quum iaceretur fundamentum Chriſtianiſmi, data eſt ſanctis. Hebræorum. 6. Dicimur igitur tum adiuuare fidem, quum ferimur ad perfectionem: quæ quidem in uictoria ſita eſt.

EPISTOLAE IVDAE FINIS.

APOCALYPSIS BEATI IOANNIS THEOLOGI.

CAPVT PRIMVM.

REuelatio[a] Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus, *ut oſten-
A deret ſeruis ſuis, quæ oporteat fieri citò: & ſignificauit
quum emandaſſet per angelum ſuum, ſeruo ſuo Ioan- Ioan. 16. b
ni, qui teſtificatus eſt uerbum Dei, & teſtimonium Ie-
ſu Chriſti, & quęcunque uidit. *Beatus qui legit, & qui
audiunt uerba prophetiæ: & ſeruant ea, quæ in ea ſcripta ſunt. Apoc. 22. b
Tempus enim prope* eſt*.

Ioannes, ſeptem eccleſijs, quæ ſunt in Aſia. Gratia uobis & pax ab eo, qui eſt, et qui erat, & qui uenturus eſt: & a[b] ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt, & a Ieſu Chriſto, qui eſt

teſtis fidelis,*primogenitus mortuorum,& princeps regum ter-
1.Cor.15.e ræ ei qui dilexit nos,&*lauit nos à peccatis noſtris per ſanguinẽ
Col.1.b ipſius,& fecit nos reges,& ſacerdotes Deo & patri ſuo.Ipſi glo-
*Heb.9.b ria & imperium in ſecula ſeculorũ.Amen.*Ecce, uenit cum nu-
1.Ioan.1.b bibus,& uidebit eum omnis oculus,& *qui eum compunxerunt.
1.Pet.1.c Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ,etiam,Amẽ*.Ego
Apoc.5.b ſum Alpha & O,principium & finis, dicit Dominus: qui eſt,&
*Mat.24.c qui erat,& qui uenturus eſt,omnipotens.
Iudæ.1.c Ego Ioannes frater ueſter, & particeps in adflictione, & re- B
*Zach.12.c gno,& patientia in Chriſto Ieſu,fui in inſula, quæ adpellatur Pa
Ioan.19.d tmos,propter ſermonem Dei,& teſtimonium Ieſu Chriſti. Fui
*Eſa.44.b in ſpiritu *,in dominico die,& audiui poſt me uocẽ magnam,tan
Apo.22.a quam tubę dicentis:Ego ſum Alpha et O,primus & nouiſſimus.
Quod uides ſcribe in libro : & mitte ſeptem eccleſijs quæ ſunt in
Aſia,Epheſo , & Smyrnæ ,& Pergamo , & Thyatiræ , & Sar-
dis , & Philadelphiæ, & Laodiciæ.

Et conuerſus ſum,ut uiderem uocem quæ loquebatur mecum. C
Dan.7.b Et conuerſus,uidi ſeptem candelabra aurea : & in medio ſeptem
10.a candelabrorum*aureorum**ſimilem filio hominis , ueſtitum ue-
ſte ad pedes uſque demiſſa,& præcinctum ad mamillas zona au-
rea:caput autem eius & capilli*erant*candidi,uelut lana alba,&
Apo.2.c tanquã nix.*Et oculi eius tanquã flãma ignis,& pedes eius ſimi-
19.c les chalcolibano,uelut in camino ardẽtes,& uox illius tanq; uox
Apoc.19.c aquarum multarum,& habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem.*Et
Matt.17.a de ore eius gladius utraq; parte acutus exibat. Et facies eius,ſi-
cut ſol lucet in uirtute ſua.

Et quum uidiſſem eum,cecidi ad pedes eius tãquam mortuus,
& poſuit dexteram ſuã ſuper me,dicens mihi: Noli timere,*ego D
Eſa.44.b ſum primus & nouiſſimus,*& uiuus:& fui mortuus, & ecce ſum
Rho.6.b uiuẽs in ſecula ſeculorũ, Amẽ:& habeo claues inferni & mortis.
Eſa.22.d Scribe ergo * quæ uidiſti,& quę ſunt,& quæ oportet fieri poſt
Iob.12.b hæc. Sacramentũ ſeptẽ ſtellarũ, quas uidiſti in dextera mea , &
Apoc.3.b ſeptem candelabra aurea.Septem ſtellæ,angeli ſunt ſeptem eccle-
ſiarum:& candelabra ſeptem quæ uidiſti, ſeptem Eccleſiæ ſunt.

Fortaſſe

a Fortaſse abs re addubitatum eſt olim de hoc libro Apocalypſeos. Sed eo ingenio ferè ſumus omnes, ut quicquid ſtatim non adſequimur, id omne prorſus ceu prophanum reijciamus. Vnde quoque factum eſt, ut nonnulli hanc Ieſu Chriſti reuelationem nihilo pluris fecerint, quàm ſi ſomnium quoddam, & inanis fabula fuiſſet. Cæterùm exemplum nobis accipiendum eſt ab infantibus, ætatiſq; teneræ puellis. Hi enim quum ioglãdes, propter duriuſculos cortices effringere nequeunt, ſuis tradunt parentibus: & nucleum ab eiſdem expectant. Ita in Eccleſia Chriſti, ſunt pueri, quibus lacte opus ſit: ſunt quoque & patres. Quanquam hi rariores, qui in Chiſtianiſmo, inq; ſcripturarum ſcientia ſunt adulti. b Hi ſeptem ſpiritus, ſunt unus ſpiritus in ſeptem doctoribus ſeptem Eccleſiarum. Proinde ſenſus eſt: Et à ſeptem ſpiritibus, hoc eſt, à ſeptiformi ſpiritu. c Dies Dominicus, qui poſt Sabbatum Iudæorum eſt, nobis haud dubiè diem noui Teſtamenti adumbrat, quo ſol iuſtitiæ Chriſtus Ieſus, præterita nocte ueteris Teſtamenti, pijs exoritur, eoſq; illuminat.

CAPVT SECVDVM.

ANgelo *Epheſinę eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit, a qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua: qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quòd non potes ſuſtinere malos: & tentaſti eos, qui ſe dicunt apoſtolos eſſe, & non ſunt: & inueniſti eos mendaces, & tuliſti. Et patientiam habes, & laboraſti propter nomẽ meum, & non defeciſti. Sed habeo aduerſum te, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque unde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. *Sin minus, ueniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi reſipueris. Sed hoc habes, quia odiſti b facta *Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs. Vincenti dabo edere de *ligno uitæ, quod eſt in medio paradiſi Dei.

Mala.2.b
1.Cor.11.b
Apoc.3.a
Luc.13.a
Act.6.a
Gene.2.b

B Et angelo Smyrnęorum eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit *primus & notiſſimus, qui fuit mortuus c & uixit: Scio opera tua, & adflictionẽ & paupertatẽ, ſed diues es: & blaſphemiã eorum, qui ſe dicũt Iudæos eſſe, & nõ ſunt, ſed *ſunt *ſynagoga Satanæ. Nihil horũ timeas, quæ paſſurus es. Ecce, miſſurus eſt diabolus aliquos ex uobis incarcerẽ, ut tẽtemini: et habebitis adflictionẽ dierꝝ decẽ. Eſto fidelis uſq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã uitæ. Qui habet aurem audiat, qd ſpiritus dicat eccleſijs. Qui uicerit, nõ lædetur à morte

Eſa.41.a

Et angelo Pergamenſis eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit, qui habet*
Heb.4.c rhomphæam utraque parte acutam. Scio opera tua, & ubi habi-
tas, ubi ſedes*eſt* Satanæ, & tenes nomen meũ, & non negaſti fi- C
dem meam. Et in diebus meis Antipas teſtis meus fidelis, qui occi
ſus eſt apud uos, ubi Satanas habitat. Sed habeo aduerſus te pau-
Num.25.a ca: quia habes illic tenentes doctrinam* Balaam, qui docebat Ba-
31.c lac, ut mitteret offendiculum coràm filijs Iſraël, ut ederent ex his
quæ ſimulachris immolabantur, & fornicarentur. Ita habes & tu
tenentes doctrinam Nicolaitarum, quod odi. Reſipiſce, alioqui
ueniam tibi citò, & pugnabo cum illis gladio oris mei. Qui habet
aurem audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs. Vincenti dabo edere
ex manna abſcondito, & dabo illi calculum candidum, & in cal-
culo nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.

Apo.1.e Et angelo Thyatirenſis eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit filius Dei,*
19.c qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius ſimiles
chalcolibano. Noui opera tua, & charitatem, et miniſterium, & fi
dem, & patientiam tuam, & opera tua, & nouiſſima plura priori
3.Reg.16.d bus. Sed habeo aduerſus te pauca: quia permittis mulierem* Hie- D
4.Reg.9.e zabel, quæ ſe dicit prophetam, docere & ſeducere ſeruos meos,
ſcortari, & edere ex his, quæ ſimulachris immolantur. Et dedi illi
tẽpus, ut reſipiſceret à ſcortatiõe ſua, nec reſipuit. Ecce, ego mit-
to eam in lectum, & qui adulterio miſcentur cum ea, in adflictio-
Hier.17.b nem maximam, niſi pœnitentiã egerint ab operibus ſuis: et filios
Pſal.7.b eius interficiam morte. *Et ſcient omnes eccleſiæ, quòd ego ſim il
le ſcrutans renes & corda: & dabo unicuique ueſtrûm ſecundum
opera ſua. Vobis autem dico, & cæteris qui Thyatiræ eſtis: quicũ
que non habent doctrinam hanc, & qui nõ cognouerunt profun-
ditates Satanæ, quemadmodum dicunt: non mittã ſuper uos ali-
ud pondus, tamẽ* id* quod habetis tenete donec ueniã. Et qui ui-
Pſal.2.b cerit, & cuſtodierit uſque in finem opera mea, *dabo illi poteſta-
Apoc.9.b tem ſuper gentes, & reget eas uirga ferrea*&*tãquam uaſa figu-
lina confringentur. Sicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi
ſtellam matutinã. Qui habet aurẽ audiat, quid ſpũs dicat eccleſijs.

Hæc dicit Chriſtus, qui in dextera ſua, hoc eſt, qui in ſua poteſtate tenet & conſeruat ſeptem ſtellas, id eſt; ſeptẽ angelos, aut ſeptẽ Diuini uerbi nũcios, uerosq́; concionatores.

ſores. [b] *Nicolaitæ (ut teſtantur hiſtoriæ) malebant habete ſuas nxores cōmunes, quam in-*
iuriæ zelotypiæ inſimulari. Itaque horum nuptias faciebat Venus reſpciente eam Marte.
Atq; Nicolaus, qui unus è ſeptem diaconis Actorum 6. fuit huius erroris inter Chriſtia-
nos prima occaſio Lege Ireneæū lib. 1. ca. 27. Et Euſebium in Eccleſiaſtica hiſtoria. lib. 3.
ca. 29. [c] *Et uixit, id eſt, factus eſt uiuus. Græcis enim eſt: καὶ ἔζησεν.*

CAPVT TERTIVM.

A ET angelo eccleſiæ, quæ eſt Sardis ſcribe: Hæc dicit qui Apoc. 2. e
habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptē ſtellas. Scio opera tua:
quia nomē habes, quod uiuas, et mortuus es. Eſto uigilās,
& confirma cætera quę moritura erāt. Nō enim inueni opera tua
plena coram Deo. In mente ergo habe, qualiter acceperis & audi Matt. 24. d
eris, & ſerua, & reſipiſce. *Si ergo non uigilaueris, ueniā ad te tā- 1. Teſ 5. a
quā fur, & neſcies qua hora ueniā ad te. Habes pauca nomina & 2. Pet 3 b
Sardis, qui non inquinauerunt ueſtimenta ſua, & ambulabūt me-
cū in albis: quia digni ſunt. Qui uicerit, ſic ueſtietur ueſtimētis al
bis: & non delebo nomen eius de libro uitę, & *confitebor nomē Luc. 12. a
B eius coram patre meo, & coram angelis eius. Qui habet aurē au-
diat, quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et angelo Philadelphiēſis eccle
ſię ſcribe: Hęc dicit ſanctus ille uerax, qui habet clauē Dauid, qui Eſa. 22. d
*aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Scio opera tua. Iob. 12. b
Ecce dedi coram te oſtium apertum, & nemo poteſt claudere il- Apoc. 1. d
lud, quia exiguam habes [a] potētiam: & ſeruaſti ſermonem meum,
& non negaſti nomen meū. Ecce do de ſynagoga Satanæ, qui di-
cunt ſe Iudęos eſſe, & non ſunt, ſed mentiūtur. Ecce adigam illos
ut ueniant, & adorent ante pedes tuos: & ſciant quod ego dilexi
te, quoniam ſeruaſti ſermonem patiētiæ meę, et ego ſeruabo te ab
hora tētationis, quę uētura eſt in orbē uniuerſum, ut tētet habitā
tes in terra. Ecce uenio cito. Tene q̄d habes, ut nemo accipiat co
C ronā tuā. Qui uicerit, faciā illū columnā in tēplo Dei mei, et foras
nō egrediet amplius. Et ſcribā ſuper eū nomē Dei mei, & nomē
ciuitatis Dei mei nouę Hieruſalē, q̄ deſcēdit de cœlo à Deo meo,
et nomē meū nouū. Qui habet aurē audiat, q̄d ſp̄us dicat eccleſijs
Et angelo Laodicenſiū eccleſię ſcribe: Hęc dicit: Amē teſtis ille
fidelis & uerus, principiū creaturę Dei. Scio opera tua, quia neq;
frigidus es, neq; feruidus: utinā frigidus eſſes, aut feruidus. Itaq;
q̄m tepidus es, & nec frigidus, nec feruidus, incipiam te euomere

ex ore meo: quia dicis, diues ſum, & ditatus ſum, & nullius egeo,
& neſcis, quòd tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, ac
nudus. Suadeo tibi emere à me aurum [b] ignitum ex igni, ut locu-
ples fias: & ueſtimentis albis induaris, ut nõ adpareat dedecus nu- D
ditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos, ut uideas.
Prou. 3. b *Ego quoſcunq; amo, arguo & caſtigo. Aemulare ergo ac reſi-
Heb. 12. a piſce. Ecce ſto ad oſtium, & pulſo. Si quis audierit uocem meam,
& aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe
Luc. 22. b mecum. Qui uicerit, * dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut
& ego uici, & conſedi cum patre meo in throno eius. Qui habet
aurem audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs.

[a] *Penes unum Chriſtum, uerum noſtrum Ioſephum, eſt clauis & ſapientiæ & potentiæ diuinæ. Igitur ſine illo, nemo ſapit: nemo quicq̃ præſtat: imò nemo uiuit, aut ſeipſum mouere poteſt.* [b] *Eloquia Domini quæ munda ſunt, nunc auro adſimilantur, nunc argento. Pſal. 12. Et dicuntur aurum ignitum ex igni, quòd nullis perſequutionibus adflictionibus ue uincantur: ſed his omnibus ſuperiora ſint. Porrò qui hunc theſaurum ſapientiæ poßidet, is demum diues eſt.*

CAPVT QVARTVM.

POſt hæc uidi, & ecce [a] oſtiũ apertum in cœlo, & uox pri- A
ma quam audiui, tanq̃ tubæ loquentis mecũ, dicens: Aſcẽ
de huc, & oſtendã tibi quæ oportet fieri poſt hæc. Et ſta-
tim fui in ſpiritu. Et ecce, ſedes poſita erat in cœlo, & ſuper ſedem
ſedens. Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectu, lapidi iaſpidi & ſardio:
& iris erat in circuitu ſedis, ſimilis aſpectu ſmaragdino. Et in cir-
Dani. 7. b cuitu ſedis ſedilia * uiginti quatuor, & ſuper thronos uidi uiginti
Apoc. 20. b quatuor ſeniores ſedentes, circumamictos ſtolis albis, & habebãt
in capitibus ſuis coronas aureas.

Et de throno procedebant fulgura, & tonitrua, & uoces: &
ſeptem lampades ignis ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptẽ ſpi-
ritus Dei. Et in conſpectu ſedis tanq̃ mare uitreũ, ſimile cryſtal- B
lo, & in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia, plena
oculis ante & retro. Et animal primum ſimile leoni, & ſecundum
animal ſimile uitulo, tertium animal habens faciem uelut homo,
& quartum animal ſimile aquilæ uolanti. Et quatuor animalia, ſin
gula eorum habebant alas ſenas in circuitu, & intus plena erant o-
culis.

culis. Et requiem non habent die ac nocte, dicentia: *Sanctus, ſan- Eſa.6.a
ctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, &
qui uenturus eſt.

Et quum darent illa animalia gloriam & honorem, & benedi-
ctionem ſedenti ſuper thronum, uiuenti in ſecula ſeculorum, pro-
cidunt uiginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & ado-
rant uiuentem in ſecula ſeculorum: & abijciunt coronas ſuas ante
thronum, dicentes: Dignus es Dñe Deus noſter, accipere gloriã,
& honorem, & potentiã: quia tu creaſti omnia, & propter uolun-
tatem tuam ſunt, & creata ſunt.

a Hoc oſtium, apertum eſt in cœlo, per obedientiam & paſſionem Chriſti, in qua uelum templi, quod ante ſanctum ſanctorum pendebat, ſciſſum legitur in duas partes, à ſummo uſq; ad imum. Fuitq; figura prænuncians glorioſum regnum Chriſti, & Dei, cum ſuis electis.

CAPVT QVINTVM.

A ET uidi in dextera ſedentis ſuper thronum* librum ſcriptũ Ezech.2.b
intus & in tergo, ſignatum ſigillis ſeptem. Et uidi angelũ
fortem, prædicantem uoce magna: Quis eſt dignus aperi-
re librum, & ſoluere ſignacula eius? Et nemo poterat, neq; in cœ-
lo, neq; in terra, neq; ſubter terram, aperire librum, neq; aſpicere
illum. Et ego flebam multum, quod nemo dignus inuentus eſſet,
aperire & legere librum, nec uidere eum.

Et unus de ſenioribus dicit mihi: Ne fleueris. Ecce, uicit *leo
de tribu Iuda, radix Dauid, ut aperiat librũ, & ſoluat ſeptẽ ſigna- Gene.49.b
cula eius. Et uidi, & ecce in medio throni & quatuor ani- Eſa.31.b
malium, & in medio ſeniorum *a agnus ſtans, tanq̃ occiſus, habens
cornua ſeptem, & oculos ſeptem: qui ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei, miſſi
in omnem terram. Et uenit, & accepit de dextera ſedentis in thro-
no librum.

B Et quũ accepiſſet librum, quatuor animalia & uiginti quatuor
ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli citharas, et phia-
las aureas, plenas odoramentorum: quæ ſunt precationes ſancto-
rum, & canunt canticum nouum, dicentes: Dignus es accipere li-
brum, &

Heb.9.b
1.Pe.1.c
1.Ioan.1.b
Apoc.1.a

brum, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, * & redemiſti nos Deo per ſanguinem tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & feciſti nos Deo noſtro reges ac ſacerdotes: & regnabimus ſuper terram.

*Dan.7.b

* Et uidi, & audiui uocem angelorũ multorũ in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum, & milia milium, dicentia uoce magna: Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere uirtutem, & diuitias, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorẽ, & gloriam, & benedictionem. Et omnẽ creaturam, quæ in cœlo eſt, & quæ ſuper terram, & ſub terra, & in mari, & quæ in eis ſunt omnia, audiui dicentes: Sedenti in throno & agno benedictio, & honor, & gloria imperiumq́ꝫ, in ſecula ſeculorũ. Et quatuor animalia dicebãt: Amẽ. Et uiginti quatuor ſeniores ceciderũt* in facies ſuas*, & adorauerunt uiuentem in ſecula ſeculorum.

* *Noſtrum Paſcha Chriſtus Ieſus propter noſtra peccata & immolatus & occiſus, propterq́ꝫ iuſtificationem noſtri etiam reſuſcitatus eſt. Hic agnus habens cornua ſeptem, id eſt, ſeptem eccleſias, quæ eius maieſtatem regiam ac potentiam teſtificentur. Eccleſiæ enim quatenus unà cum Chriſto regnant, cornibus adſimilantur.*

CAPVT SEXTVM.

Zach.1.b.
6.a

ET uidi quum aperuiſſet agnus ª unum de ſigillis, & audiui unum de quatuor animalibus dicens, tanq̃ꝫ uocem tonitrui: Veni, & uide. Et uidi, & ecce* equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, habebat arcum, & data eſt ei corona: & exiuit uincens, & ut uinceret. A

Et quum aperuiſſet ſigillum ſecundum, audiui ſecundũ animal dicẽs: Veni & uide. Et exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt ei, ut tolleret pacem de terra, & ut inuicem ſe interficiant. Et datus eſt ei gladius magnus. Et quum aperuiſſet ſigillum tertium, audiui tertium animal dicens: Veni & uide. Et uidi. Et ecce ᵇ equus niger, & qui ſedebat ſuper eum habebat ſtateram in manu ſua: & audiui uocem in medio quatuor animalium, dicentem: ᶜ Chœnix tritici denario, & tres chœnices hordei denario, & uinum & oleum ne læſeris.

Et quum aperuiſſet ſigillum quartum, audiui uocem quarti animalis, dicentem: Veni, & uide. Et uidi. Et ecce ᵇ equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors: & infernus ſequi- B

tur eum. Et data eſt illis poteſtas interficiendi ſuper quartam partem terræ, gladio, & fame, morte, & à beſtijs terræ.

Et quum aperuiſſet ſigillum quintũ, uidi ſubter altare animas interfectorum propter uerbum Dei, & propter teſtimoniũ quod habebant. Et clamabant uoce magna, dicentes: Vſquequo Dñe, *qui es ſanctus & uerax, non iudicas, ac uindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, * & dictũ eſt illis, ut requieſcerent adhuc [e] puſillum temporis, donec complerentur conſerui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi eſſent, ſicut & illi. 4. Eſd. 15. b Dana. 12. b *Eſa. 26. c

C Et uidi, quum aperuiſſet [f] ſigillum ſextũ, & ecce, *terræ motus magnus factus eſt. Et ſol factus eſt niger, tanq; ſaccus cilicinus: & luna *tota* facta eſt ſicut ſanguis: & ſtellæ de cœlo ceciderũt ſuper terrã, ſicut ficus abijcit groſſos ſuos, quũ à uento magno mouetur. Et cœlũ receſſit, ſicut liber qui circũuoluitur: & oĩs mons & inſulę, de locis ſuis motę ſunt: *& reges terrę, & principes, & diuites, & tribuni, & fortes, & omnis ſeruus, & liber, abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium. * Et dicunt montibus & petris: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronũ, et ab ira agni: qm̃ uenit dies magnus irę illius, & quis poteſt ſtare? Matt. 27. f Eſa. 2. c Oſe. 10. b Luc. 23. c Apoc. 9. b

A [a] *Vnumquodq; ſigillum, ſuum continet myſterium. Atq; equus albus, cui inſidebat Ieſus Chriſtus inuictiſſimus rex, dominãs ac dominaturus hoſtibus ſuis, eſt legatus & præco pacis & uictoriæ. Opponitur aũt equo rufo, qui eſt nuncius ſanguinarius, & legatus belli, atq; miſeriæ.* [b] *Equus niger, eſt præco regni tenebrarum: & ſtatera eſt dictatura illius.* [c] *Budæus libro de aſſe & partibus eius, hac de re nonnihil cõmentatus eſt. Cui uacat, eũ conſulat.* [d] *Equus pallidus, eſt præco mortis & condemnationis. Porrò qui huic equo inſidere uidebatur, eſt Antichriſtus, filius ille perditionis. Nam ut Chriſtus uia, ueritas & uita eſt, ita Antichriſtus eſt ipſa ſeductio, eſt mendaciũ, & mors.* [e] *Hoc puſillũ tẽporis, eſt tẽpus regni Antichriſtiani, & altare, cuius antea meminit, uocatur in Hebræorũ Cabala, ſoliũ Maieſtatis diuinæ, aut ſolium gloriæ.* כסא ככבוד *Sunt itaq; animæ horum interfectorum cum Cſtriſto.* [f] *Myſterium ſexti ſigilli, eſt de miſeria & adflictione impiorum, hoc eſt, de die iræ & calamitatis. Vnde nullus erit euadendi locus. Quin & illud tempus, erit ſpecimen æternæ condemnationis.*

CAPVT SEPTIMVM.

A ET poſt hęc uidi quatuor angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor uentos terræ, ne flaret uentus ſuper terram, neq; ſuper mare, neq; in ullam arborẽ.

Et uidi alterum angelum, aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſi-
gillum Dei uiui, & clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus
Apo:9. datum eſt nocere terræ, & mari, dicens: Nolite * nocere terræ,
neq; mari, neq; arboribus, quoadusq; [a] ſignemus ſeruos Dei no-
ſtri in frontibus ſuis.

Et audiui numerum ſignatorũ, centum quadraginta quatuor B
milia ſignati, ex omĩ tribu filiorũ Iſraël. Ex tribu Iuda, duodecim
milia ſignati. Ex tribu Ruben, duodecim milia ſignati. Ex tribu
Gad, duodecim milia ſignati. Ex tribu Aſer, duodecĩ milia ſigna-
ti. Ex tribu Nephthalĩ, duodecĩ milia ſignati. Ex tribu Manaſſe,
duodecĩ milia ſignati. Ex tribu Symeõ, duodecĩ milia ſignati. Ex
tribu Leui, duodecĩ milia ſignati. Ex tribu Iſachar, duodecĩ milia
ſignati. Ex tribu Zabulõ, duodecĩ milia ſignati. Ex tribu Ioſeph,
duodecĩ milia ſignati. Ex tribu Beniamin, duodecĩ milia ſignati.

4.Eſd.2 f * Poſt hæc uidi, & ecce turba multa, quam dinumerare nemo
poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis,
ſtantes ante thronum, & in conſpectu agni, amicti ſtolis albis, &
palmę in manibus eorum, & clamabant uoce magna, dicentes: Sal
uatio ei, qui ſedet ſuper thronũ Dei noſtri, & agno. Et oẽs an-
geli ſtabant in circuitu throni & ſeniorum, & quatuor animaliũ,
& procubuerunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adoraue-
runt Deum, dicentes: Amen. Benedictio, & gloria, & ſapientia, &
gratiarum actio, & honor, & potentia, & fortitudo Deo noſtro,
in ſecula ſeculorum. Amen.

Et reſpõdit unus de ſenioribus, dicens mihi: Hi qui amicti ſunt C
ſtolis albis, qui ſunt? & unde uenerũt? Et dixi illi: Domine, tu ſcis.
Et dixit mihi: Hi ſunt, qui uenerunt ex afflictione magna, & [b] di-
latauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas per ſanguinem agni.
Ideo ſunt ante thronũ Dei, & ſeruiũt ei die ac nocte in tẽplo eius:
Eſa.49.c & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. * Nõ eſuriẽt amplius,
neq; ſitient amplius, nec cadet ſuper illos ſol, neq; ullus æſtus, quo
niam agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad
Eſa.25.b uiuos fontes aquarum: * & abſterſurus eſt Deus omnem lachry-
Apo.21.4 mam ab oculis eorum.

[a] *Die mali liberabit Dominus populum ſuum. Et iuxta exemplum Noæ & Loth impijs tã*

tiſper

tiſper parcere non grauabitur, dum fuerint pij ab impijs ſegregati. Aut ſigno Tau in ſuis frontibus notati. Vt legitur Ezechielis. 9. [b] *Hic alij legunt ἐπλάτυναν quod eſt dilatauerunt, alij ἔπλυναν lauerunt. Vt canit eccleſia.*

CAPVT OCTAVVM.

A ET quum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentiũ in cœlo, media ferme hora. Et uidi angelos ſtantes in conſpectu Dei, & datæ ſunt illis ſeptem tubæ. Et alius angelus uenit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data ſunt illi [a] incenſa multa, ut daret ⁺de⁺ precationibus ſanctorum omnium, ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum. Et aſcendit fumus incẽſorum, ⁺de⁺ precibus ſanctorum è manu angeli coram Deo. Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram: & facta ſunt tonitrua, & uoces, & fulgura, & terræmotus.

B Et ſeptem angeli, qui habebant ſeptem tubas, præparauerunt ſe, ut tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit, & facta eſt grando, & ignis, mixta ſanguine: & miſſa ſunt in terram, & tertia pars arborũ concremata eſt, & omne fœnum uiride combuſtũ eſt.

Et ſecundus angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus, igne ardẽs, proiectus eſt in mare. Et facta eſt tertia pars maris ſanguis, & mortua eſt tertia pars creaturarum, quę erant in mari, quæ habebant animas: & tertia pars nauium interijt.

Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit è cœlo ſtella magna, ardẽs tanquam facula, & cecidit in tertiã partẽ fluminũ, & in fõtes aquarum: & nomen ſtellæ dicitur Abſinthiũ. Et fit tertia pars in abſin-
C thiũ, et multi homines mortui ſũt ex aquis: quia amarę factę ſunt.

Et quartus angelus tuba cecinit, & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum: ita ut obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter. Et uidi, & audiui unum angelum, uolantem per medium cœli, dicentem uoce magna: Væ, Væ, Væ habitantibus in terra. E cæteris uocibus tubæ trium angelorum, qui erãt tuba canturi.

[a] *Complures loci huius libri, meminerunt incenſorum. Et alludunt ad incenſa ueteris Teſtamenti: quæ planè aliud non fuerunt, quàm figuræ fidelium præcationum in igni ſpiritus ſancti. Iuxta illud Dauidis: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo &c. Pſal. 141.*

CAPVT NONVM.

ET quintus angelus tuba cecinit, & uidi ſtellam de cœlo ce- A
Zach.9 b cidiſſe in terrã, & data eſt ei clauis * putei abyſſi. Et ape-
*Apo.14.c ruit puteum abyſſi, & * aſcendit fumus putei, ſicut fumus
19.a fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aër à fumo putei. Et de
Exo.10.d fumo exierunt * locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas, ſicut
Apo.7.a habent poteſtatem ſcorpiones terræ. Et præceptum eſt illis, ne
læderent fœnũ terræ, neq; omne uiride, neq; omnem arborẽ: niſi
tantum homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis. Et
datũ eſt illis, ne occiderẽt eos, ſed ut cruciarẽtur menſibus quinq;.
Et cruciatus eorum, ut cruciatus ſcorpij, quũ percuſſerit hominẽ.
Osee.10.b * Et in diebus illis, quærent homines mortem, & non inueniẽt B
*Apo.6.c eam: & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et ſimilitudines
locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium, & ſuper capita earũ
tanquam coronæ, ſimiles auro, & facies earum, tanquã facies ho-
minum. Et habebant capillos, ſicut capillos mulierum, & dentes
earum quaſi leonum erant. Et habebant loricas, ſicut loricas ferre
as, & ſonitus alarum earum, ſicut ſonitus curruũ equis multis cur-
rentibus ad bellum. Et habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & a-
culei erant in caudis earum: & poteſtas earum, nocere hominibus
menſibus quinq;. Et habent ſuper ſe [a] regem, angelum abyſſi, cui
nomẽ Hebraice Abbadon, & Græce Appollyon. Væ unũ abijt,
& ecce ueniunt adhuc duo uæ poſt hæc.

Et ſextus angelus tuba cecinit, & audiui uocem unam ex qua- C
tuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei, dicentem
ſexto angelo, qui habebat tubam: Solue quatuor angelos, qui alli-
gati ſunt in flumine magno Euphrâte. Et ſoluti ſunt quatuor an-
geli, qui parati erant in horam, & diem, & menſem, & annum, ut
occiderent tertiam partem hominũ. Et numerus equeſtris exer-
citus [b] uicies millies dena milia. Et audiui numerum eorum. Et
ita uidi equos in uiſione, & qui ſedebant ſuper eos, habebant tho-
races igneos, & hyacinthinos, & ſulphureos. Et capita equo-
rum, erant tanquam capita leonum, & de ore ipſorum pro-
cedebat ignis, & fumus, & ſulphur. Ab his tribus plagis
occiſa eſt tertia pars hominum, de igne, & de fumo & ſul-
phure

ſulphure: quæ procedebant ex ore ipſorum. Poteſtates enim eo-
A rum, in ore ipſorum ſunt, ⁺& in caudis ipſorū⁺. Nam caudæ eo-
rum ſimiles ſerpentibus, habentes capita: & per hæc nocent.

Et cæteri homines, qui non ſunt occiſi his plagis, neque reſipu
erunt ab operibus manuum ſuarum, ut non adorarent dæmonia,
& ſimulachra aurea, & argētea, & ęrea, & lapideą, & lignea: quæ
neque uidere poſſunt, neque audire, neque ambulare: & non ege
runt pœnitentiam ab homicidijs ſuis, neque à ueneficijs ſuis, neq;
à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.

a *Per regem angelum abyſſi, intellige Antichriſtum, filium illum perditionis, idq; iux*
ta etymologiam nominis Herbaici אבדון *& Græci* ἀπολλύων, *cuius pſeudapoſtoli &*
B *peruerſi epiſcopi locuſtis paulò ante adſimilati ſunt, quæ de fumo exierunt in terram. Cæ-*
terum pius lector ſingula diſcutiet & perpendet. *b* *Vide Budæum de aſſe & par-*
tibus eius, qui numerat bis millies centena milia.

CAPVT DECIMVM.

A ET uidi alium angelum fortem, deſcendentem de cœlo,
amictum nube, & ᵃiris in capite eius, & facies eius erat ut
ſol, & pedes eius tāquā colūnę ignis, & habebat in manu
ſua libellū apertū: & poſuit pedē ſuū dextrū ſuper mare, ſiniſtrū
aūt ſuper terrā. Et clamauit uoce magna, quemadmodū quū leo
rugit. Et quum clamaſſet, loquuta ſunt ſeptem tonitrua uoces ſu-
as. Et quum loquuta fuiſſent ſeptē tonitrua uoces ſuas, ⁺ego⁺ ſcri
pturus eram. Et audiui uocem de cœlo dicentem mihi: Obſigna
C quæ loquuta ſunt ſeptem tonitrua, & ne ea ſcribas.

*Et angelus quem uidi ſtantem ſuper mare, & ſuper terram, le Dani.12.b
uauit manum ſuam ad cœlum, & iurauit per uiuentem in ſecula
ſeculorum, qui creauit cœlum, & ea quæ in illo ſunt: & terram,
& ea quæ in ea ſunt: & mare, & ea quæ in eo ſunt, tempus non fo
re amplius, ſed in diebus uocis ſeptimi angeli, quum cœperit tu-
ba canere, conſummandum eſſe myſterium Dei, ſicut euangeliza
uit ſeruis ſuis prophetis.

B Et uox quam audiui de cœlo, iterum loquebatur mecum, et di
cebat: Vade, accipe libellum apertum in manu angeli ſtantis
ſuper mare, & ſuper terram. Et abij ad angelum, dicens ei: Da Ezech 3. a
mihi libellum. Et dicit mihi: Accipe ⁺libellum⁺, & deuora illum, 4 Eſd.14.c

* & faciet amaricari uentrem tuum: ſed in ore tuo erit dulcis, tanquam mel.

Et accepi libellum de manu angeli, & deuoraui illũ: & erat ori meo tanquam mel, dulcis. Et quum deuoraſſem [b] eum, amaricatus eſt uenter meus. Et dicit mihi: Oportet te igitur prophetare in gentibus, & linguis, & populis, & regibus multis.

[a] *Iris eſt Chriſtus Ieſus, noſtra pax & reconciliatio apud Deum patrem, quem hic angelus, id eſt, uerbi diuini præco in ſuo capite geſtare uiſus eſt. Atq; huc ſpectat prophetia Danielis capite 12.* [b]. *Libellus qui accipitur de manu angeli, dulcis quidem eſt in ore quum primo deuoratur. Quia uerbum ſalutis cum gaudio excipitur, iuxta illud: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua? Sed quum illud ipſum uerbum in uentre conceptum, denuò pariendum eſt, idq; in impium mundum, conciliat odium, amaritudinem, & adflictionem. Neque enim retineri poteſt, quin erumpat.*

CAPVT VNDECIMVM.

ET datus eſt mihi calamus, ſimilis uirgæ, à dicente* mihi: * A
Ezech. 40 Surge, * & [a] metire templum Dei & altare, & adoran-
41. 42. 43 tes in eo. Et atrium quod intra templum eſt, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum eſt gentibus, & ciuitatem ſanctam calcabunt [b] menſibus quadraginta duobus: [c] & dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta
Zach. 4. a amicti ſaccis. * Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra, in conſpectu Dei terræ ſtantia.

Et ſiquis uoluerit eis nocere, ignis exit de ore eorum, & deuorat inimicos eorũ. Et ſi quis uoluerit eos iniuria adficere, ſic oportet eum occidi. Hi habent poteſtatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorum: & poteſtatem habent ſuper aquas, conuertẽdi eas in ſanguinem, & percutiendi terram omni plaga, quotieſcunque uoluerint.

Dan. 7. d Et * quum finierint teſtimonium ſuum, beſtia quæ aſcendit de B
Apo. 13. b abyſſo, faciet aduerſus eos bellum, & uincet illos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur ſpiritualiter: Sodoma & Aegyptus, ubi & Dominus noſter crucifixus eſt. Et uidebunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium, & corpora eorum non ſinent poni in monumenta. Et inhabitantes terram gaudebunt ſuper illis, & lætabuntur, & munera mittent inuicem: quoniam hi

duo

duo prophetæ cruciauerunt eos, qui habitant ſuper terram.
C *Et poſt dies tres, & dimidium, ſpiritus uitæ a Deo intrauit in eos. Et ſteterunt ſuper pedes ſuos, & *timor magnus cecidit ſuper eos, qui uidebant eos. Et audierunt uocem magnam de cœlo dicentem ipſis: Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cœlum in nube, & uiderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus eſt terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem milia, & reliqui territi ſunt, & dederunt gloriã Deo cœli. Væ ſecundum abijt, *&* ecce uæ tertium ueniet citò. Et ſeptimus angelus tuba cecinit, & factæ ſunt uoces magnæ in cœlo, dicentes: Facta ſunt regna huius mundi Domini noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorũ. *Amen*. Et uiginti quatuor ſeniores, qui in cõſpectu Dei ſedẽt in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum,
D dicentes: Gratias tibi agimus Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui uenturus es: quia accepiſti potentiã tuam magnam, & regnaſti. Et iratæ ſunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, ut iudicẽtur: & reddas mercedẽ ſeruis tuis, prophetis & ſanctis, & timentibus nomen tuum, puſillis & magnis: & perdas eos qui perdunt terram. Et apertum eſt templum Dei in cœlo, & uiſa eſt arca Teſtamenti eius in templo eius: & facta ſunt fulgura, & uoces, & tonitrua, & terræmotus, & grando magna.

Dani. 12. d
*Dani. 11. f

a *Prophetia Ezechielis capite 40. & 41. huc pertinet. Atque hic ea duntaxat metitiri iubetur, in quibus Deo bene complacitum eſt. Et nominatim uetat metiri atrium, quod eſt intra templum, id eſt, locum ab Antichriſto eiusq́; miniſtris contaminatum, unde & nobis quidem ſignificatum eſt, quod Antichriſti, & ipſius diſcipulorum ficta ſanctimonia tandem patefiet ita, ut nihil aliud fuiſſe adpareat, quàm gentium impietas & blaſphemia in Deum, quæ foris ſunt, licet in Eccleſia eſſe uideantur, dum ſeſe pro ſanctimonia uenditant* *b* *Menſes quadraginta duo, ſunt tres anni & ſex menſes. Porro ſi dies horum quadraginta duorum menſium pro annis numeres, erunt mille anni, centum & ſeptuaginta ſex. Lege Danielem capite. 7. & 8.* *c* *Hi duo teſtes, ſunt duo præcipui prophetæ: duo præcones uerbi in ſpiritu Enoch et Heliæ. Et ijdem ſunt duæ oliuæ, unde promanabit oleum ſalutiferum. Item duo candelabra, quæ prælucebunt.*

CAPVT DVODECIMVM.

Et

ET ſignum magnum adparuit in cœlo. Mulier[a] amicta ſo- A
le, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtella
rum duodecim. Et in utero habens, clamat parturiens, &
cruciatur, ut pariat. Et uiſum eſt aliud ſignum in cœlo, & ecce
draco magnus, rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, &
in capitibus ſuis diademata ſeptem: & cauda eius trahit tertiam
partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram.

Et draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut quum pe-
periſſet, filium eius deuoraret. Et peperit filium maſculum, qui re
cturus erat omnes gentes uirga ferrea: & raptus eſt filius eius
Apoc.12.d ad Deum, & *ad* thronũ eius. * Et mulier fugit in ſolitudinem,
Dani 11 f ubi habet locum paratum à Deo, ut ibi paſcant eam diebus mille
ducentis ſexaginta.

Et factum eſt prælium *magnum* in cœlo. Michael & angeli B
eius prœliabãtur cum dracone: & draco pugnabat & angeli eius,
& non ualuerunt, neq; locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo.
Eſa.14.b Et *proiectus eſt draco ille magnus, ſerpẽs antiquus, qui uocatur
Luc.10.b diabolus & Satanas, qui ſeducit totum terrarũ orbem, *&* pro-
iectus eſt in terram, & angeli eius cum illo proiecti ſunt.

Et audiui uocem magnam dicentem: In cœlo nunc facta eſt ſa
lus & uirtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia
proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorũ, qui accuſabat illos an
te conſpectum Dei noſtri die ac nocte, & ipſi uicerunt eum pro-
pter ſanguinem agni, & propter ſermonẽ teſtimonij ſui, & non di
lexerunt animam ſuam uſq; ad mortẽ. Propterea lætamini cœli,
& qui habitatis in eis. Væ[b] habitatoribus terræ & maris, quia de
ſcendit diabolus ad uos, habens iram magnam, ſciens quòd paulu
lum temporis habeat.

Et poſtquam uidit draco, quòd proiectus eſſet in terram, per- C
Apo.12.e. ſequutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum. * Et datæ ſunt mu
lieri alę duæ Aquilæ magnæ, ut uolaret in deſertum, in locum ſu
Dani.7.d um: ubi alitur per* tempus & tempora, et dimidium temporis à fa-
12.c cie ſerpentis. Et eiecit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aqu am,
tanquam flumen, ut eam faceret rapi à flumine. Et adiuuit terra
mulierem, & aperuit terra os ſuũ, & abſorbuit flumen, quod eie-

cerat

cerat draco ex ore ſuo. Et iratus eſt draco aduerſus mulierem: & abijt ut faceret prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiunt mandata Dei, et habent teſtimonium Ieſu Chriſti. Et ſtetit ſuper arenam maris.

[a] *Hæc mulier, eſt eccleſia Chriſti, ſponſa ueri Solomonis, quæ uiſa eſt eſſe in regno Dei intra medios cœlos cum Chriſto, eiusq; duodecim apoſtolis, habens ſub pedibus ſuis lunã, hoc eſt, uerſans in fide in qua, et fundata & fulta fuit.* [b] *Pij eò quòd cœleſtia ſapiant, dicuntur habitare in cœlis, inq; regno Dei. Contra impij, qui tantum terreſtria & marina adfectant, ſunt habitatores terræ & maris. Quibus uæ, quia deſcendit (inquit) diabolus ad uos, habens iram magnam.* [c] *Duæ alæ, ſunt duo reges pii, aut duo regna quæ à parte uerbi diuini ſtabunt. De hoc autem poſtremo regno Rhomano, & reliquis decem alis illius aquilæ legitur apud Danielem capite. 7. & 17. Apocalipſeos apud Ioannem.*

A
CAPVT DECIMVM TERTIVM.

ET uidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, * & cornua decem. Et ſuper cornua eius decem diademata, & ſuper capita eius nomen blaſphemiæ. * Et beſtia quam uidi, ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut pedes urſi, & os eius ſicut os leonis. Et dedit illi [a] draco potentiam ſuam, & ſedẽ ſuam, & poteſtatem magnam. Apoc. 17.c. Dani. 7.a

Et uidi unum de capitibus eius, quaſi occiſum in mortem, & plaga mortis eius curata eſt. Et admiratio fuit in uniuerſa terra poſt beſtiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit poteſtatem beſtiæ: & adorauerunt beſtiam, dicẽtes: Quis ſimilis beſtiæ? * & * quis poteſt pugnare cum ea?

B Et datum eſt ei os loquens magna et blaſphemias, et data eſt ei poteſtas faciendi mẽſes quadraginta duos. Et aperuit os ſuum in blaſphemiam contra Deum, ut blaſphemijs adficeret nomẽ eius, & tabernaculum eius, et eos qui in cœlo habitant. Et * datum eſt illi bellum facere cum ſanctis, et uincere eos. Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum, et linguam, et gentem, et [b] adorabant eum omnes, * qui inhabitant terram: quorũ non ſunt ſcripta nomina in libro uitæ agni, qui occiſus eſt ab origine mundi. Siquis habet aurem, audiat. Siquis captiuitatem contraxerit, in captiuitatem abit: ſiquis * gladio occiderit, oporter eum gladio occidi. * Hic eſt patientia et fides ſanctorum. Apoc. 11.d * Dani. 11.f *Gene. 6.a Matt. 26.e *Apo. 14.c

Et uidi aliam beſtiam, aſcendentẽ de terra, et habebat cornua

duo, ſimilia agni: et loquebatur ſicut draco. Et poteſtatem prioris
beſtiæ omnem facit in conſpectu eius, et facit terram, et inhabitā
tes in ea adorare beſtiam primam, cuius curata eſt plaga mortis.
Et facit ſigna magna, ut etiā ignē faciat de cœlo deſcēdere in
terrā, in conſpectu hoīm. Et ſeducit habitātes in terra, propter ſi
gna quę data ſunt illi, ut faceret in cōſpectu beſtię, dicēs habitāti-
bus ī terra, ut faciāt imaginē beſtię, q̄ habet plagā gladij, et uixit. C
Et datum eſt illi, ut daret ſpiritū imagini beſtię, et ut loquatur
imago beſtiæ: & faciet, ut quicunque non adorauerint, imaginē
beſtiæ, occidātur. Et facit omnes puſillos, & magnos, & diuites,
& pauperes, & liberos, & ſeruos accipere characterem in manu
ſua dextera, aut in frōtibus ſuis. Et nequis poſſet emere aut uēde
re, niſi q habeat characterē, aut nomē beſtiæ, aut numerꝫ noīs e-
ius. Hīc ſapientia eſt. Qui habet intellectū, cōputet numerum be
ſtiæ. Numerus em̄ hoīs eſt, & numerus eius ſexcēti ſexagita ſex.

a *Draco (de quo ſupra) dedit beſtiæ aſcendenti de mari: id eſt, Antichriſto potētiam ſuā. Huc refer prophetiam 4. Eſdræ 11. & 12. Sed ex duodecim alis aquilæ tantum decem alas (quæ hic & apud Danielem decem cornua adpellantur) ad Antichriſtum pertinere intellige. Deinde obſerua, quod quēadmodum Chriſti regna ſunt cœleſtia, ita Antichriſti marina ſunt, aut de turbulento mari emergūt.* *b* *Græcus textus legit* καὶ προσκυνήσουσιν *id eſt, & adorabunt, per tempus futurum, ſed quo Hebræi crebro utuntur pro præterito imperfecto, quos quoq; Ioannes hic ſecutus uidetur.*

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

ET uidi, & ecce [a] agnus ſtans ſuper montem Sion, & cū eo A
centum quadraginta quatuor milia, habentia nomen pa-
tris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui uocē de cœ
lo, tanquam uocem aquarum multarum, & tanquā uocē tonitrui
magni, & uocem audiui citharœdorū citharizantiū citharis ſuis.
Et cātant quaſi canticū nouū ante ſedē, & ante quatuor animalia,
& ſeniores: et nemo poterat diſcere canticū, niſi illa centū quadra
gita quatuor milia, q empti ſūt de terra. [b] Hi ſunt q cū mulieribus
nō ſūt coinquinati: uirgines em̄ ſunt. Hi ſequūtur agnū, quocūq;
2.Cor.6.c ierit. Hi * empti ſunt ex hoībus primitię Deo et agno: et ī ore eo
Apo.5.b rū nō eſt inuētus dolus. Sine macula em̄ ſunt ante thronum Dei. B
Et uidi alterꝫ angelū, uolātē per mediū cœli, habentē Euange
lium ęternū, ut euāgelizaret habitantibus ſuper terrā, & oī gēti,

&

& tribui, & linguę, et populo, dicentē uoce magna: Timete Deū, & date illi honorē, quia uenit hora iudicij eius: & adorate eū qui *fecit cœlum & terram, mare, & fontes aquarū. Et alius angelus ſequutus eſt, dicens. *Cecidit cecidit Babylō, ciuitas illa magna, quia à uino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes. Pſal.145.a Act.14.c

C Et tertius angelus ſequutus eſt illos, dicēs uoce magna: Siquis adorauerit beſtiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua, & hic bibet de uino iræ Dei, quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius. Et cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu angelorum ſanctorum, & ante conſpectum agni. Et *fumus tormenti eorum aſcendit in ſecula ſeculorū. Nec habent requiē die ac nocte, qui adorant beſtiā & imaginem eius, & ſiquis acceperit characterem nominis eius. * Hic patientia ſanctorum eſt. Hic qui cuſtodiunt mandata Dei & fidem Ieſu. *Eſa.21.b Hier.51.b Apoc.18. Apoc.9.a 19.a Apo.13.b

D Et audiui uocem de cœlo, dicētem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodo etiam dicit ſpiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis: ſed opera illorum ſequuntur illos. Et uidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis, habentem in capite ſuo coronam aureā, & in manu ſua falcem acutam. Et alius angelus exiuit de templo, clamans uoce magna ad ſedentem ſuper nubem: *Mitte falcem tuam, & mete, quia uenit tibi hora ut metas, quoniam aruit meſſis terrę. Et miſit qui ſedebat ſuper nubē, falcē ſuam in terrā, & demeſſa eſt terra. Ioel.3.b Matt.13.c

E Et alius angelus exiuit de templo, quod eſt in cœlo, habens & ipſe falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat poteſtatē ſuper ignē, et clamauit uoce magna ad eū, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutā, & uindemia botros terræ, quoniā maturæ ſunt uuæ eius. Et miſit angelus falcē ſuā *acutā* in terrā, et uīdemiauit uineā terræ, & miſit in lacū irę Dei magnū, & calcatus eſt lacus extra ciuitatē: & exiuit ſanguis de lacu uſque ad frenos equorum, per ſtadia mille ſexcenta.

a. In hoc capite agitur de agno Chriſto, eiusq́; magno et apoſtolico munere in uirtute Dei per uniuerſam terram. Idq́; ex aduerſo Antichriſti & eius ſimulatæ functionis, quæ ſuperiori capite adumbrata eſt per beſtiam illam, habētem cornua duo, ſimilia agni. Præterea quod hoc poſtremum munus apoſtolicum Chriſti latius per ſuos poſtremos apoſtolos ex-

curret, quam olim tempore primorum duodecim apoſtolorum excurrebat, certò colligere licet ex centum illis & quadraginta quatuor milibus, habentibus nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et quod poſt prædicationem horum ueniet conſummatio ex Chriſti uerbis conſtat. Prædicabitur (inquit) hoc Euangelium regni in uniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet conſummatio. Mat. 24. [b] Hi prædicatores & apoſtoli per ſuam ſolidam fidem in Chriſtũ, ac ſynceram doctrinam uirgines uocantur, & ſequuntur agnũ, quocunq; erit.[c] Verè proſtrata eſt uniuerſa cohors Antichriſtianorũ. Non quidẽ corporalibus armis, aut machina mundi, ſed potẽti uerbo illius angeli uolantis per medium cœli, habentis Euangelium æternum.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Dan. 11. c — ET uidi aliud ſignum in cœlo magnum & mirabile,[a] angelos ſeptem, habentes* plagas ſeptem nouiſſimas: quoniam in illis conſummata eſt ira Dei. Et uidi tanquã mare uitreum mixtum igni, et eos qui uictoriam reportarãt de beſtia, et de imagine eius, et de charactere eius, & de numero nominis eius, ſtãtes ſuper mare uitreum, habentes citharas Dei, & cantant canticũ Moſi ſerui Dei, & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia *ſunt* opera tua Domine Deus omnipotẽs: iuſtæ & ueræ ſunt uiæ tuæ rex ſanctorum.* Quis non timebit te Domine, & glorificabit nomen tuũ? Quia ſolus ſanctus *es*, quoniam omnes gentes uenient, & adorabũt in cõſpectu tuo, qm̃ iudicia tua manifeſtata ſunt. A B

Hier. 10. b — Et poſt hæc uidi, et ecce apertum eſt templum tabernaculi teſtimonij in cœlo: & exierunt ſeptem angeli, habentes ſeptem plagas, de templo, ueſtiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et unum ex quatuor animalibus dedit ſeptem angelis ſeptem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei uiuentis in ſecula ſeculorum.* Et impletum eſt templum fumo à maieſtate Dei, & de potentia eius: & nemo poterat introire in templum, donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem angelorum.

Ecce. 44. c

[a] *Per hos ſeptem angelos, ſeptem iræ diuinæ præcones intellige, qui ſeptem diuerſis temporibus impiũ mundum à ſua impietate auocare conati ſunt.*

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

ET audiui uocem magnam de templo dicentem ſeptem angelis: Ite, effundite *ſeptem* phialas iræ Dei in terram. Et abijt primus *angelus*, & effudit phialam ſuam in terram, & factum eſt[a] ulcus malum ac noxium in homines, qui ha- A

bebant

bebant characterem beſtiæ, & in eos qui adorabãt imaginẽ eius.

Et ſecundus * angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tanquam mortui, & omnis anima uiuens mortua eſt in mari.

Et tertius angelus effudit phialam ſuam in flumina, & in fontes aquarum, & factæ ſunt ſanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem: Iuſtus es Domine, qui es & qui eras, & ſanctus: quia hæc iudicaſti, quia ſanguinem ſanctorum & prophetarum effuderunt, & ſanguinem eis dediſti bibere. Digni enim ſunt. Et audiui alterum de altari dicentem. Etiam Dñe Deus omnipotẽs, uera & iuſta iudicia tua.

B Et quartus angelus effudit phialam ſuam in ſolem, & datum eſt illi æſtu adfligere homines per ignẽ. Et æſtuauerũt homines æſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Dei, habentis poteſtatem ſuper has plagas: neq; reſipuerunt, ut darent illi gloriam.

Et quintus angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ, & factum eſt regnum eius tenebroſum, & cõmanducauerunt linguas ſuas prę dolore, & conuicijs adfecerunt Deum cœli prę doloribus ſuis, & prę ulceribus ſuis: nec reſipuerũt ab operibus ſuis.

C Et ſextus angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnũ Euphrâten, & ſiccata eſt aqua eius, ut præpararetur uia regũ ab ortu ſolis. Et uidi ex ore draconis, & ex ore beſtiæ, & ex ore pſeudoprophetæ⁺ exire⁺ ſpiritus tres immundos, in modum ranarum. Sunt enim ſpiritus dæmoniorum, facientes ſigna, ut procedãt ad reges totius terræ, ad congregandum illos in prælium diei illius magni Dei omnipotentis. Ecce, uenio ſicut * fur. Beatus qui uigilat, & cuſtodit ueſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & uideant turpitudinem eius. Et congregauit illos in locum, qui uocatur Hebraicè Armageddon.

Matt. 24.
Luc. 12.
1. Theſſ. 5.
2. Pet. 3.

D Et ſeptimus angelus effudit phialã ſuã in aërem. Et exiuit uox magna de tẽplo cœli à throno, dicẽs: Factũ eſt. Et facta ſunt fulgura, & uoces, & tonitrua & terræmotus factus eſt magnus, qualis non fuit ex quo homines fuerunt ſuper terram, talis terræ motus adeò magnus. Et facta eſt ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna uenit in memoriam

ante Deum, ut daret illi calicem uini indignationis iræ ſuæ. Et omnis inſula fugit, & montes non ſunt inuenti. Et grando magna, ſicut talentum, deſcendit de cœlo in homines, & blaſphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta eſt plaga eius uehementer.

• *In hoc decimo ſexto capite deliniantur ſeptem plagæ ſeptem angelorum, in quibus cõſummatur ira Dei, in eos, qui toties admoniti non reſipiſcunt. Fitq; alluſio ad plagas Aegyptiorum, qui tandem poſt multas plagas cum ſua beſtia dracone, hoc eſt, Pharaõe periiſſe leguntur. Itaq; de ſpiritualibus plagis, deq; ſpirituali Pharaone, hoc eſt, Satana, & illius Antichriſtiano regno hunc locum accipe.*

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

ET uenit unus de ſeptem angelis, qui habebant ſeptem phia- A
las, & loquutus eſt mecum, dicens mihi: Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas: cum qua ſcortati ſunt reges terræ, & inebriati ſunt qui inhabitant terram de uino proſtitutionis eius. Et abſtulit me ſpiritu in deſertum. Et uidi mulierem, ſedentem ſuper beſtiã coccinam, plenam nominibus maledicentiæ, habentem capita ſeptẽ, & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioſo, & margaritis: habens poculũ aureum in manu ſua, plenum abominationibus, & immunditia libidinis ſuæ. Et in fronte eius nomen ſcriptum myſterium: • Ba-
bylon magna, mater ſcortationum, & abominationum terræ. Et B
uidi mulierẽ ebriam de ſanguine ſanctorũ, & de ſanguine martyrum Ieſu: & miratus ſum, quũ uiderem illã, admiratione magna.

Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi myſterium mulieris, & beſtiæ quæ portat eam, quæ habet capita ſeptem, & cornua decem. Beſtia quam uidiſti, fuit & non eſt, & aſcenſura eſt de abyſſo, & in interitum abit, & mirabuntur in-
Luc.10.b habitantes terram: quorum * nomina ſcripta non ſunt in libro
Phil.4.a uitæ, à condito mundo, uidentes beſtiam, quæ erat & non eſt. Et eſt hîc mens, quæ habet ſapientiam.

Septem capita, ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet: & C
reges ſeptem ſunt. Quinq; ceciderunt, & unus eſt, alius nondum uenit. Et quum uenerit, oportet illum breue *tempus *manere. Et beſtia

beſtia quæ erat,& non eſt,& ipſe octauus eſt,& de ſeptem eſt, & in interitum uadit. Et* decem cornua, quę uidiſti, decē reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquam reges una hora accipiunt cum beſtia. Hi unum cōſilium habent,& uirtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt,& agnus uincet illos: quoniam* Dominus Dominorum eſt, & rex regum,& qui cum illo ſunt uocati,& electi,& fideles. Dan.7.b Apo.13.a 1.Timo.6.c Apoc.19.c

D Et dicit mihi: * Aquæ quas uidiſti, ubi meretrix ſedet, populi ſunt & turbæ,& gentes,& linguæ. Et decem cornua quæ uidiſti in beſtia: hi odio proſequentur meretricem,& deſolatam facient illam,& nudam,& carnes eius comedent, & ipſam in igne cōcremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod placitum eſt illi,& ut unā faciant uoluntatem,et ut dent regnū ſuum beſtię, donec conſummentur uerba Dei. Et mulier quam uidiſti, eſt ciuitas magna, quæ habet regnum ſuper reges terræ. Eſa.8.b

a *Quæ apud prophetas de Babylone, eiuſq; abominatione & deuaſtatione dicta ſunt, huc ipſe referes, ſed de ſpirituali Babylone, de Idololatris, & æterna condemnatione interpretaberis, metierisq; interitum huius meretricis, ex interitu Iezabelis.3.Regum.21.*

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

A ET post hæc uidi alium angelum, deſcendentem de cœlo, habentem poteſtatem magnam,& terra illuminata eſt à gloria eius, & clamauit per fortitudinem uoce magna, dicens: Cecidit* cecidit Babylon magna,& facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis uolucris immundæ & inuiſæ: quia de uino iræ ſcortationis eius biberunt omnes gentes. Et reges terræ cum illa ſcortati ſunt, & mercatores terræ de uirtute delitiarum eius diuites facti ſunt. Eſa.21.b Hier.51.b Apo.14.b

B Et audiui aliam uocem de cœlo dicentē:* Exite de illa populus meus, ne participes ſitis delictorum eius,& de plagis eius ne accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius uſque ad cœlum, & recordatus eſt Deus iniquitatum eius. Reddite illi, ſicut & ipſa reddidit uobis:& duplicate ei duplicia, ſecundū opera eius. In poculo quo miſcuit, miſcete illi duplum. Quantum glorificauit ſe,& in delitijs fuit, tantum miſcete illi tormentum & luctum. Quia in corde ſuo dicit: * Sedeo a regina,& uidua nō ſum, & luctū non uidebo. Gene.19.c Eſa.47.a

Ideo

*Dan. 8 d Ideo * in una die uenient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, &
2. Theſ. 1. a igne cōburetur. Quia fortis eſt Dominus Deus, qui iudicabit illā.
Et flebunt illam, et plāgent ſe ſuper illa reges terrę, qui cum illa C
ſcortati ſunt, & in delitijs uixerunt, quum uiderint fumum incen-
dij eius, longe ſtantes propter timorem tormenti eius, dicentes:
Hier. 51. b * Væ uæ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam
in una hora uenit iudicium tuum. Et negotiatores terræ flent et lu
gent ſuper illa. Quoniam merces eorū nemo emit amplius, merces
auri & argenti & lapidis precioſi, neq; margaritæ, et byſſi et pur
puræ, et ſerici & coccini, et omne lignū thyinum, et om̄e uas ebur-
neum, & omne uas de ligno precioſiſſimo, & ære, & ferro, & mar-
more, & cinamomum, & odoramenta, & unguentum, & thus, et
uinum, & oleum, & ſimilam, & triticum, & iumenta, & oues: &
equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animas hominum. D

Et poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt à te, & omnia pin-
guia, et pręclara perierūt à te, et amplius illa iā nequaq; inueneris.
Mercatores horū qui diuites facti ſunt, ab ea longe ſtabunt, pro-
Hier. 51. b pter timorem tormenti eius, flentes ac lugētes, & dicētes. * Væ uæ
ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo, et purpura, et coccino,
et deaurata erat auro, et lapide precioſo et margaritis, quoniā una
hora deſolatæ ſunt tantæ diuitiæ, et omnis gubernator, et omnis
in nauibus turba, et nautæ, et quicūq; in mari operant̄, lōge ſtete
runt, et clamauerunt, uidentes fumum incendij eius, dicētes: Quæ
ſimilis ciuitati huic magnæ? Et miſerūt puluerē ſuper capita ſua,
et clamauerunt flentes et lugentes, dicentes: Væ uę, ciuitas illa ma
gna, in qua diuites facti ſunt omnes, qui habebant naues in ma-
ri de pretijs eius, quoniam una hora deſolata eſt.

Exulta ſuper eam cœlum, et ſancti apoſtoli, et prophetæ, quo- E
niam iudicauit Deus iudicium ueſtrum de illa. Et ſuſtulit unus an
gelus fortis lapidem, quaſi molarem magnum, et miſit in mare, di-
Hier. 51. b cens: * Sic impetu mittetur Babylon, ciuitas illa magna, et ultra
iam non inuenietur. Et uox citharœdorum et muſicorū, et tibia
canentium, et tuba, non audietur in te amplius: et omnis artifex,
cuiuſcunq; artis nō inuenietur in te amplius: et uox molę, nō audie
Hier. 16. 25. tur in te amplius, et lux lucernæ non lucebit in te amplius, * et uox

ſponſi

ſponſi & ſponſæ non audietur poſthâc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in ueneficiis tuis errauerunt oēs gentes: & in ea ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt, & omnium qui interfecti ſunt in terra.

* *Habet Antichriſtus ſuam Babel pro regina, quæ ſe planè inuictam credit. Atqui uera Hieruſalem, quæ ſponſa & regina Chriſti eſt, meritò, ut quæ uerè inexpugnabilis, glorietur.*

CAPVT DECIMVM NONVM.

ET poſt hæc audiui + quaſi + uocem magnam turbæ multę in cœlo, dicētis: Alleluia. Salus, & gloria, & honor, & potentia Dño Deo noſtro: quia uera & iuſta iudicia eius, quia iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram proſtitutiōe ſui, & uindicauit ſanguinem ſeruorū ſuorum de eius manu. Et iterum dixerunt: Alleluia. * Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum. Et ceciderunt uiginti quatuor ſeniores, & quatuor animalia: & adorauerunt Deum, ſedentem ſuper thronum, dicentes: Amen, Alleluia. Et uox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo noſtro omnes ſancti eius, & qui timetis eum, puſilli et magni. Apoc.9.a 14.c

Et audiui uocem turbæ multæ, & ſicut uocem aquarum multarū, & ſicut uocem tonitruorū magnorum, dicentiū: Alleluia. Quoniam regnauit Dñs Deus noſter omnipotēs. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia uenerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit ſe. Et datum eſt illi, ut cooperiat ſe byſſino puro, & ſplendido. Byſſinum enim, iuſtificationes ſanctorum ſunt. Et dicit mihi, ſcribe: * Beati qui ad cœnā nuptiarū agni uocati ſunt. Et dicit mihi: Hęc uerba Dei uera ſunt. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarē eū. Et dicit mihi: Vide ne feceris. * Conſeruus tuus ſum, & fratrū tuorū, habentiū teſtimoniū Ieſu. Deū adora. Teſtimonium enim Ieſu, eſt ſpiritus prophetiæ. Matt.22.a Luc.14.b Act.10.c 14.c Apoc.22.b

Et uidi cœlum apertū: & ecce * equus albus, & qui ſedebat ſuper eū, uocabatur fidelis et uerax, & in iuſtitia iudicat & pugnat. * Oculi autem eius, ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe. * Et ueſtitus erat ueſte tīcta ſanguine. Et uocatur nomē eius, ſermo Dei. Et exercitus qui ſunt in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, ue- Apo.1.c.2.c Eſa.63.a

Apoc.1.c ſtiti byſſino albo & mundo, * & ex ore eius procedit gladius[a], ex
Pſal.2.b utraq; parte * acutus, ut eo percutiat gẽtes: * & ipſe reget eas uirga
ferrea, & ipſe calcat torcular uini furoris, & iræ Dei omnipoten-
Dani.12.a tis. Et habet in ueſtimento, & in femore ſuo nomen ſcriptum: *
1.Tim.6.c Rex regum, & Dominus dominantium.
Apoc 17.c Et uidi unum angelum ſtantẽ in ſole, & clamauit uoce magna, D
dicens omnibus auibus, quæ uolabant per mediũ cœli: Venite, &
congregamini ad cœnam magni Dei, ut edatis carnes regũ, & car
nes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & ſeden-
tium in ipſis, & carnes omnium liberorũ ac ſeruorum, & puſillo-
rum ac magnorum. Et uidi beſtiam, & reges terræ, & exercitus
eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui ſedebat
in equo, & cum exercitu eius.
Et adpræhenſa eſt [b] beſtia, & cum illa pſeudopropheta, qui
fecit ſigna coram ipſo, in quibus ſeduxit eos, qui acceperunt cha-
Dan.7.b racterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius, * uiui conie-
Apoc.20.c cti ſunt hi duo in ſtagnum ignis, ardens ſulphure, & cæteri occiſi
Matt.25.d ſunt * gladio ſedentis ſuper equum, qui procedit ex ore ipſius: &
Heb.4.c omnes aues ſaturatę ſunt ex carnibus eorum.

[a] De equo albo eiusq; inſeſſore, capite ſexto dictum eſt. Neq; enim idẽ temere repetitur. Quandoquidem quod ſupra certò promiſſum uidebat, illudq; futurum cognoſcebat. Hic uerè impletum uidet, & ob id additur, nomen fidelis & ueracis. [b] Membra Antichriſti nũc quidem ſunt, fuerũtq; tempore Apoſtolorum. Cæterùm ubi caput ipſum, & ille Antichriſtus in ſcripturis prædictus, uenerit, æditurus eſt ſigna atq; prodigia multa. Ac tale erit certamen, quale fuit cum Magis ipſi Moſi, & quale Petro cum Simone Mago.

CAPVT VIGESIMVM.

2.Pet.2.b ET uidi * angelum deſcendentem è cœlo, habentem clauem A
Iob.4.b abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et * adpræhen-
dit draconem, ſerpentem antiquũ, qui eſt diabolus, & Sata
nas, & ligauit eum per annos mille, & miſit eũ in abyſſum, & clau
ſit eum: & obſignauit ſuper illum, ut non ſeducat amplius gentes,
Dan.7.b donec conſummentur mille anni. Et poſt hæc oportet illum ſolui
Apo.4.a modico tempore.
* Et uidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt il- B
lis: & animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter
ſermonẽ

ſermonem Dei: & qui non adorauerunt beſtiam, nec imaginem eius, nec acceperũt characterem* eius* in frontibus ſuis, aut in manibus ſuis: & uixerunt, & regnauerunt cum Chriſto mille annis. Cæteri uerò mortuorum, non reuixerunt, donec conſummentur mille añi. Hęc illa reſurrectio prima. Beatus & ſanctus, qui habet partẽ in reſurrectione prima. In his ſecunda mors non habet poteſtatem, ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo mille annis.

C Et quum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Satanas de carcere ſuo: & exibit, ut ſeducat gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, * Gog & Magog, ut congreget eos in prælium, Ezech.38.a
quorum numerus eſt, ſicut arena maris. Et aſcenderunt ſuper latitudinem terrę, & circumierunt caſtra ſanctorum, & ciuitatem dilectam. Et deſcẽdit ignis à Deo de coelo, & deuorauit eos: & * diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris: ubi beſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Dan.7.b Apo.19.d Matt.25.d

D Et uidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit terra, & coelum, & locus non eſt inuentus eis. Et * uidi mortuos: magnos & puſillos, ſtãtes in cõſpectu Dei, Dani.12.a
& libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt uitæ, & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum: & dedit mare mortuos, qui in eo erant, et mors et infernus dederunt eos, qui in ipſis erant mortuos: et iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum. Et infernus et mors coniecti ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda. Et qui non inuẽtus eſt in libro uitæ ſcriptus, coniectus eſt in ſtagnum ignis.

* *Hic angelus, eſt præco uerbi diuini, qui gladio ſpirituali expugnaturus eſt Satanam draconem, ſerpentem antiquum. Itaq; Chriſtum in nube ſpirituali (quæ iuſtitiam pluat) deſcenſurum interpretamur, prius quam ueniat iudicaturus uiuos & mortuos.*

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

A ET * uidi * coelum nouum, & terram nouã. Primum enim coelum, & prima terra abijt, & mare iam non eſt. Et ego Ioannes uidi ſanctam ciuitatem, Hieruſalem nouam deſcẽdentem de coelo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatã uiro ſuo. Eſa.65.c 2.Pet.3.b

Ezec.45.a Et audiui uocem magnam de throno dicentem: * Ecce taberna-
culum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipſi populi e-
Eſa.25.b us erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus. * Et abſterſurus
Apo.7.c eſt Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et mors ultra non
erit: neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra: quia prima
1.Cor.5.c abierunt. Et dixit, qui ſedebat in throno: * Ecce, noua facio om-
nia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc uerba uera ſunt & fidelia.
Eſa.44.b Et dixit mihi: Factum eſt. * Ego ſum Alpha & O, initium & fi- B
Apoc.1.b nis. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. Qui uicerit, poſ-
22.c ſidebit omnia, * & ero illi Deus, & ipſe erit mihi filius. Timidis au
*Zach.8.b tem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & ſcortatoribus, &
Heb.8.c ueneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorū erit
in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.
Et uenit ad me unus de ſeptem angelis, habentibus ſeptem phia-
las, plenas ſeptem plagis nouiſſimis: & loquutus eſt mecum, dicēs:
Veni, & oſtendā tibi ſponſam uxorē agni. Et ſuſtulit me ſpiritu
in montē magnū & altū: & oſtēdit mihi ciuitatē magnā, ſanctam
Hieruſalē, deſcendentē de cœlo à Deo, habentē gloriā Dei. Et lu
men eius, ſimile lapidi pretioſiſſimo, tanq; lapidi iaſpidi cryſtalli-
zanti: et habebat murū magnū, & altū, habentē portas duodecim:
& in portis angelos duodecim: & nomina inſcripta, quæ ſunt no
mina duodecim tribuum filiorum Iſraël. Ab Oriente portę tres,
ab Aquilone portæ tres: ab Auſtro portæ tres, ab Occaſu portæ
tres: & murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis
duodecim nomina duodecim apoſtolorum agni.
Et qui loquebatur mecum, habebat menſuram arundineam C
auream, ut metiretur ciuitatem: & portas eius, & murum e-
ius. Et ciuitas in quadro poſita eſt: & longitudo eius tanta eſt,
quanta & latitudo, & menſus eſt ciuitatem de arundine aurea
per ſtadia duodecim milia: & longitudo, & altitudo, & latitu
do eius æqualia ſunt. Et menſus eſt murum eius centum qua-
draginta quatuor cubitorum, menſura hominis, quæ eſt an-
geli. Et erat ſtructura muri eius ex Iaſpide. Ipſa uero ciuitas aurū
mundum, ſimilis uitro mūdo: & fundamenta muri ciuitatis omni
lapide pretioſo ornata. Fundamentum primum, iaſpis: ſecundum,
ſaphirus

ſapphirus:tertiũ, calcedonius:quartum,ſmaragdus:quintum,ſar
donyx:ſextum,ſardius:ſeptimũ, chryſolithus:octauum,berillus:
nonum topazius:decimum, chryſopraſus:undecimum, hyacin-
thus:duodecimum,amethyſtus.

D Et duodecim portæ, duodecim margaritæ ſunt per ſingulas,
& ſingulæ portæ ſingulis margaritis: & platea ciuitatis aurum
mundum,tanquam uitrum pellucidum. Et templum non uidi in
ea. Dominus enim Deus omnipotẽs templum illius eſt,& agnus:
& ciuitas non eget ſole neq; luna, ut luceant in ea. Nam gloria
Dei illuminauit eam, & lucerna eius * eſt * agnus. Et ambula-
bunt gentes, quæ ſeruantur in lumine eius: & reges terræ adfe-
rent gloriam & honorem ſuum in illam. Et* portæ eius non clau- Eſa.60.b
dentur per diem. Nox enim non erit illic. Et adferent gloriam &
honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquid quod in-
quinat,aut abominationem facit, & mendacium:niſi qui ſcripti
ſunt in libro uitæ agni.

* *Qua gloria fruituri ſint pii poſt conſummationem ſeculi, mortalium accipit nemo Iuxta illud* 1. Cor. 2. *Quæ oculus non uidit, et auris nõ audiuit &c. Proinde ſpecimẽ illius tantum commemorat, & deſcribit reſtaurationem innouationemq́; cœli & terræ. Deſcribit ſtatum nouæ Hieruſalem, quem nobis certò polliceamur poſt hanc ſpiritualem captiuitatem Babylonicam, unde nondum plenè erept[i] ſumus. Huc autem referamus figuras ueteris teſtamenti, tanquam prænuncias rerum ſpiritualium in hoc nouo Teſtamento.*

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

ET oſtendit mihi* purum fluuium aquæ uiuæ, ſplendidũ
A tanquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei & agni. Ezec.47.a
In medio plateæ eius,& ex utraq; parte fluminis lignum Zach.14.b
uitæ,adferens fructus duodecim,per menſes ſingulos reddens fru
ctum ſuum,& folia ligni ad ſanitatem gentium. Et omne maledi-
ctum non erit amplius, ſed ſedes Dei & agni in illa erit, & ſerui
eius ſeruient illi. Et uidebunt faciem eius,& nomen eius in fronti
bus ſuis. * Et nox ultra non erit, & non egent lumine lucernæ,
neq; lumine ſolis:quoniam Dominus Deus illuminat illos,& re- Eſa.60.d
gnabunt in ſecula ſeculorum.

B Et dixit mihi: Hęc uerba fidelia ſunt & uera. Et Dominus De
us ſanctorum prophetarum emãdauit angelum ſuũ, oſtẽſurũ ſer-

Apoc.5.a uis ſuis,quæ oportet fieri citò.*Et*ecce uenio uelociter.*Beatus,
qui cuſtodit uerba prophetiæ libri huius.Et ego Ioannes,uidens
hæc & audiens. Et poſtquã audiſſem & uidiſſem, cecidi ut ado-
Act.10.c rarem ante pedes angeli,qui mihi hęc oſtendebat.Et dicit mihi:*
14.c Vide,ne*feceris*.Conſeruus enim tuus ſum,& fratrum tuorum
Apo.19.b prophetarum,& eorum qui ſeruãt uerba*prophetię*libri huius.
Deum adora.

Et dicit mihi: Ne obſignaueris uerba prophetię libri huius. C
Tempus enim prope eſt.Qui iniuria adficit, iniuria adficiat ad-
huc:& qui ſordidus eſt,ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus, iuſtifice-
tur adhuc: & ſanctus,ſanctificetur adhuc, & ecce uenio citò, &
merces mea mecum*eſt*,ut reddam unicuiq;,ut opus illius erit.*
Ego ſum Alpha & O principium & finis,primus & nouiſſimus.
Eſa.44.b Beati,qui ſeruant mandata illius,ut ſit poteſtas eorum in ligno ui
Apoc.1.b tæ,& per portas*intrent in ciuitatem,*foris autem canes & uene
21.a fici,& ſcortatores,& homicidę,& idolis ſeruientes,& omnis qui
*1.Cor.6.b amat & facit mendacium.
Gala.5.c
Ephe.5.a Ego Ieſus miſi angelum meum, ut teſtificaretur uobis hæc in D
eccleſijs:ego ſum radix & genus Dauidis, ſtella ſplẽdida & matu
tina.Et ſpiritus & ſponſa dicunt, ueni:& qui audit,dicat:Veni.
Eſa.55.a *Et qui ſitit,ueniat:& qui uult,accipiat aquam uitæ gratis.Con-
Ioan.7.d teſtor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius.* Siquis
*Deut.4.a adpoſuerit ad hæc,adponet Deus ſuper illum plagas, ſcriptas in
libro iſto.Et ſiquis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius,
auferet Deus partem eius è libro uitæ,& à ciuitate ſancta, & ex
his,quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Dicit qui teſtimonium perhibet
iſtorum.Etiam uenio citò. Amen,Etiam. Veni Domine Ieſu.
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus uobis. Amen.

* *In hoc capite pii ab impiis ſegregantur:& deſcribitur uita longe amœniſſima in paradiſo,ac ciuitate Dei Hieruſalem. Contra, calamitas & miſeria deploratiſſima eorum, qui iſthinc ſua culpa excluduntur.*

NOVI TESTAMENTI TOTIVS FINIS.

HAud equidē ſum neſcius, optime lector, nos & quotquot homines ſumus in multis pariter & cæcutire & labi. Cæterum quando id genus lapſus aut errata ſunt, quæ non niſi ab imprudētibus committi ſoleant, quis, quæſo, eis ueniam negauerit? Quis? quibus & ipſe Deus (ueniam poſtulantibus) ignoſcit, moleſtus eſſe poterit? Vnuſquiſq; igitur pro ſuo candore, ſuaq; humanitate, quod ſub nouo prælo per feſtinationem peccatum eſt, corrigat. Ego uerò ea quæ præcipua ſunt, hîc duntaxat adnotabo. Vale.

Errata.

In præfatione quaternione b.1.facie.2.linea à fine.7.lege.65.b.3 facie 1. in annotatio. lege, qui quibuſq;. c.2.linea.1.lege, œconomum. c.3.facie.2.in margine, lege, Aggei.2. Hebr.12. *e.1.facie.2.linea.8. à fine lege, priore. e.4.facie.2.linea.5.à fine, lege, dignata, & limea ultima, lege non à legiti. fol.1. facie.1.linea 16.lege cogitabundus. folio 2.fa. 1.linea 3.à fine lege filios ſuos fol.3 fac.2 lin.16.lege fratrē eius. & linea.27 lege, dæmoniacos fol.5.fa 1.lege,* דבר *fol.7.lin-7.à fine expunge ita. fol.8 fac.2.leg,* ἐσωπλαγχνίσθη. *fol.11.linea.4.à fine, uerti, iudices ueſtrûm erūt, ad uitandā amphibologiā* Ne igitur hoc *ceu nouo ſermonis genere offendaris, & linea.12.,lege, cœperunt. fol.12.lin.à fine.4.lege. uideant, & lin 3.à fine audiant & corde intelligant. fol.13 fa.2.lege* πετρώδη, *item offendebantur & paulopoſt,* Tetrarcha; *fol.18 fac.1.lin.11.lege tentantes, & fac.2.linea.15.lege diſcipuli eius, & in annota.* φευδομαρτυρήσεις. *fol.20.fac.1.lin.8.lege, & quæ ſequebantur. fac.2.linea à fine.10.lege, aliū quidē cæciderunt, aliū aūt occiderūt. fol.21. line.1. lege dicit, & fa.2.doctrina fol.25.fac 2.linea à fine. 5.lege, & cœperūt ſinguli dicere ei. fol.28 fac.2.linea.11.à fine, lege peior priore. fol. 30 fac.2 line.4.lege,* Vide, *ne cui quicquā. fol.31.fac.2.linea.7.à fine lege, & ut emandaret eos. fol.32.lin.1.lege, & ueniunt, & in annota. lege, perculſionem. fol.33.fac.2.linea.18.lege, qui paſcebatur. fol.34 fac. 1.lin.1 lege, traieciſſet* Ieſus *naui. fol.35 fac.2.linea 4.à fine, lege, pallij eius. fol.38 fac.1 linea.11 lege, accurrētes. fo.43 lin.3.lege, abominationē. fol.44.fac.2.lin.22.lege, præbendūt illū. fol.50.face.2.lina. 13. lege, ſuper* Ioannem. *fol.52.fac.2.in annotati. lege,* Græcus *hic & paulò ſuperius. fol.59 fac.2.in annota. lege,* λόξη. *fol. 66. fac 2.linea.2.à fine. lege, non enim poteris. fol.68.fac.1.lin.12.à fine, adde in alterā quæ ſub cœlo eſt, fo.69 fac. 2. line. ulti. lege,* Dixit *ergo. fol.70 fac.2 in annota. lege* ἔμπροσθεν. *fol.71.fa.2.linea.11.lege* Similiter *aūt & illi. fol.74.fac.2.in annota. lege, qui habet ſacculū. fol.81.fa.1.linea à fine.5 lege,* Et *dixerūt ei. & fac.2.lin.21.lege grabbatum tuum. fol.82.fa 1.linea.4.à fine, lege, ut uos ſalui ſitis. fol.88.facie 2.linea ultima. lege, circundederunt. fo.89 fa.2.linea.15.leg.* Si *quis autē. fol.90 fa.1.linea.5.lege, qui erant cum ea. Itē linea.10.lege, & dicit ei. fo.93. fa.2.lin.13.lege,* Si *diligeretis fol.98 fa.2.lin.6 lege, nō cū linteaminibus. Linea uerò à fine.6.lege,* Et *quū hoc dixiſſet. fol.101.fac.2 linea 14.lege, loquutus eſt. fol.102 fa.2.lin 10 lege, cōcurrit. fol.104.fa.1.lin.7.lege, quæ poſſidebant. facie uerò 2.linea.21.lege, in tem-*

Errata.

plo populo .fo 108. line 13. lege, quempiam magnũm. fol. 112 fac. 1. linea. 4. lege, peruenit aũt rumor. fol. 114. fa. 2. linea. 12. lege, Lycaoniæ, & linea penultim, lege. Iconio.. fol. 115. line. 22. lege ,Barnabæ, & fa. 2. linea. 17. lege inuocatũ fol. 116. in annot. lege, cũ. 2. cap. ad Eph. fol. 121 fa. 1. linea. 19. lege, Erga. fol. 128 fa. 1. lin. 15 lege, iniuriã hãc. fol. 129 fac. 2. linea. 4 lege notũ eſt nobis, ibidem linea penultima, lege, nemine prohibente. & linea ultima Nazaræorum. fol. 131. fa. 1. lin. à fine. 9. lege, Cogitas aũt hoc. fol. 135 fac. 2. lin. 20. lege porrò ueniente. fol. 137. fa. 1 linea. 3 in annota. lege, Eſt lex ſpiritualis. fa. 2. linea. 7. à fine. lege, Quid adhuc conqueritur . fol. 142 fac. 2. linea à fine. 3. lege, Adiutores meos. folio. 146. in annota. [illegible]. fol. 151. lin 25. lege comata. fo. 154. lin. 23. lege, morimur. fol. 155. fac. 2. linea 2 Hos mittam ut perferant. & linea penultim i Stephanam. fol. 160. fac. 2. linea 13. lege æquabilitas, & 22. ne quis nos. fol. 161. in annota. lege, πλεονεξία. fol. 166. in anno. lege, μεσίτου. fol. 167 linea. 25. lege, cultus. folio 170. fac 2 linea. 7. lege tumor. fol. 173. fac. 2. linea à fine 27. lege, lucrifaciam, & 28. ſed eam quæ, & 29. cognoſcam illum. fol. 174. in annota. lege, rectius diceretur. fol. 175. linea. 4. lege, Ieſu Chriſto. fol. 176. fac. 2. linea. 6. lege augmento. fol. 177. fa. 2. lin. 11. lege Teſtimoniũ enĩ, & 20. lege, impleas. fol. 178. fa. 2 linea penultima, lege expleant. fol. 179. linea. 18. lege miſi, & fac. 2. lin. 2. lege à nobis. fol. 180. linea. 10. lege, qui dormiunt, nocte dormiunt. linea. 14. ut ſiue uigilemus, & lin. 18. leg. inter uos. & fac. 2. linea. 8. à fine, iuſti iudicij. fol. 181. linea. 6. lege, Domini noſtri, & fac. 2. lin. 8. à fine, lege, audimus enim. fol. 182. fa. 2. linea. 19. & bonã conſcientiã. fol. 183. linea 21. leg. ſobriũ. fol. 186. fac. 2. lin. 2. lege, paſtionẽ. fol. 187. fac. 2. lin. 19. ab omni, & in annota. lege, καὶ fol. 192. lin. 1. credidimus, & in annota. excepto peccato. fol. 193. in annota. lege, percupit, fac. 2. linea. 15. lege ab eo quod maius eſt, linea. 21. legem . & linea penulti. lege quod præceſſit præceptũ. fol. 194. in annota. lege, opima ſpolia, fac. 2. linea. 13. adde, & unuſquiſq; fratrem ſuum. fol. 197. linea. 1. lege , quòd Deus ſit, linea. 9. lege in tabernaculis habitaſſet. fol. 199. linea. 12. lege, qui fuerit exitus. fol. 200. linea. 20. lege, ut malis tentari. fac. 2. linea. 1. lege, tardus ad loquendum. fol. 202. fac. 2. à fine linea. 3. leg. ut nos fo. 204. in annota. lege, neceſſariam eſſe, ut referatur ad crucem. fo. 207. linea. 2. lege in hoc ipſum, & 25. delata huiuſmodi à magnifica gloria. fo. 208. fa. 2. linea. 25. lege, errore abducti. fo. 211. linea. 2, lege, & uiciſtis, fa. 2. linea penul. lege, pro illo. fol. 216. in annota. lege, habere ſuas uxores. fol. 212. linea. 6. lege, filio eius. fol. 219. linea. 6. lege, & uidi angelos ſeptẽ. fo. 220. fa. 2. linea. 5. lege, oportet te iterum, & 7. à fine, adde, & occidet illos. fo. 223. fa. 2. in annotatio. lege ierit. Diſtinctiones autem, & interrogationum notas, quæ non ſuis in locis ubiq; obſeruantur, oculatus lector facile deprehendet, quas ideo hic unà cum omiſſis crucibus prudens prætereo.

AD hæc, te candidum lectorem hîc prętmonitum uelim, me nihil anxiè laboraſſe de diſcrimine inter uerbum proficiſcēdi, & uerbnm digrediendi. Vnde quoqꝫ factum eſt, ut alterum pro altero ſubinde uſurpârim. Vt Matthæi.22. Tunc profecti Phariſæi, pro digreſſi &c. Deinde ὅτι, id eſt, quòd, imitatus Eraſmum ſæpe omiſi ubi fortè locum habebat, aut certè eo addito ſenſus nihilo obſcurior reddi potuit, ut Fol.9.linea.1. Quòd adpropinquauit regnum cœlorum. Et Fol.43.fac.2.linea.32. Dicite patriſfamiliâs, quòd magiſter dicat. Et Fol.44.linea.4. Amen dico uobis, quòd unus ex uobis &c. Illam autem phraſim, In quo mihi benè placui: quam quidem fateor magis Græcam eſſe, quàm Latinam. Latinis uero legendam permiſero in hunc modum: Hic eſt filius meus dilectus, de quo mihi benè placeo. Pręterea tu pie lector perpende, poſſétne præpoſitio in, per Propter, iuxta Hebraicam conſuetudinem reddi. Matth.8. Vt ſit ſenſus: Et offer munus quod iuſſit Moſes offerri illis propter teſtimonium, aut mercedem teſtimonij. Poſtremò, quòd nouis etiam uocabulis latinis uſus ſum, in explicandis compoſitis uocibus Græcorum, id nemo mihi uitio uerterit. Alioqui enim quî poſſit quiſquam exprimere citra periphraſim, eam quæ eſt apud Græcos in compoſitionibus, fœlicitatem? Et quòd compluribus in locis difficilioribus, ceu traulus ac hæſitabundus plura moueam, quàm explicem, Chriſtianæ modeſtiæ uelim adſcribas. Porrò ſi dederit Dominus, hoc ſolidum nouum Teſtamentum prælecturus ſum, quo tum demum hoc ipſum cum pijs, Chriſtiqꝫ membris conferam: & ea quæ animo concepi, candidus impertiam. Iterum uale.

Londini. Anno à Meſſia nato 1540. Menſe Februario.

Excudebat Ioannes Mayler.
Cum priuilegio ad imprimendum ſolum.

pœn
eſt, c
pecc
cipia
pœn
cia: S
ceo,
(inq
din l
to ai
miſe
obec
iran
& cı
nob
reſu
ſcen
ſint
rum
min
fuer
hoc
uita
ſecu
ſurr
atq;
tion

PLEONEXEGESIS

præfationis, & aliorum paſſim locorum noui Teſtamenti: per eundem Galterum Delœnum.

SI quæratur, qui nam de Dei iuſtitia, iuxta ſcripturam, ſit ſentiendum? dicitur enim: quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius. *De iuſtificatione.* Reſpondeo me quidem docere, id quod primùm docuit Ioannes Baptiſta, & poſt hunc Chriſtus Ieſus ſeruator noſter: pœnitentiam agite, in propinquo enim eſt regnum cœlorum: *Matth. 3.* hoc eſt, quòd ſimulatq; homo admonitus ſit, per uerbum Dei, quod peccatori obijcit, dicens: Ecce peccaſti: homo à ſui recognitione incipiat, ſua peccata agnoſcat, eorundemq; ipſum pœniteat, imo ex pœnitudine, ſe ipſũ proſternat, ac humiliet, abiecta omni ſui fiducia: Sentiens uerò ſe perditum, ex animo ingemiſcat. Iſtud ſanè doceo, accepto exemplo ab Adamo Geneſeos. 3. uocem tuam audiui (inquit) in horto, et timui: quod nudus eſſem, et abſcondi me. Audin legem, quæ peccatorē occidit, & ad inferos deducit? Contrito aũt & ingemebũdo unicũ ſalutis portũ cõmonſtro, nempe dei miſericordiam, quæ nobis in Chriſto exhibetur: is enim ſua ſolius obedientia, tranſgreſſiones noſtras aboleuit: ſuo ſolius ſacrificio, iram patris placauit: ſuo ſanguine, maculas noſtras abſterſit: quin & cruce ſua, maledictionem noſtram ſuſtinuit; ſuaq; morte, pro nobis omnibus ſatiſfecit. Hoc tandem Euangelium, quòd mortuũ reſuſcitat, & ad ſuperos reducit, poſt legem annuncio. Itaq; reſipiſcentibus, & corde compunctis, ſi credant, & de ſua ſalute ſoliciti ſint reſpondeo id quod Petrus, & reliqui apoſtoli, Acto. 2. delictorum pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum, in nomine Ieſu Chriſti. Hic certè ordo in adultis, & nondũ baptizatis, fuerit ſeruandus. Porro ut plenius atq; perfectius intelligatur, hoc iuſtificationis negotium: morti primæ (ſi placet) opponamus uitam, aut iuſticiam primã: & morti ſecundæ, uitam aut iuſticiam ſecundam: intelligamuſq;, nos tum demum eſſe in iuſticia, ſiue reſurrectione prima, quum reſurgimus iuſtificati à peccatis noſtris: atq; hanc eſſe iuſticiam primam, aut (ſi malimus) priorem iuſtificationis noſtri partem: hæc enim eſt illa reconciliatio noſtri, eſt gra

tuita condonatio peccatorum noſtrorum, eſt iuſticia per imputatationem, eſt deniq; ſalus in ſpe. Sed iuſticia ſecunda, ſiue poſterior iuſtificationis noſtri pars, eſt perfectio Chriſtiana, aut ſaltem huius appetentia, qua ad perfectionem feramur, & ſita eſt, partim in obedientia: & partim in uictoria. Eſt ſalus, cum in uirtute ac operatione: tũ in poſſeſſione & fruitione, quæ eſt uita æterna: atq; huic opponitur mors ſecunda, quæ eſt condemnatio æterna. Proinde iuſtificationẽ, haud aliud eſſe dixerimus, quàm redintegrationem, quę fit dum collapſi erigimur: dum corrupti ac rimoſi reſtauramur: dũ perditi & reuocamur & ſeruamur. Meminerimus igitur, quid primùm in Adamo protoplaſto, ante lapſum fuerimus, & quid poſt lapſum facti ſimus. Primo omnium, quia per inobedientiam Adæ, Deo patri fuimus inuiſi, per Chriſti obedientiam, illi contra reconciliamur: fuimus quidem ceu perfidę uxores, ſtupri cauſſa repudiatæ, denuo tamen in gratiã recipiendi: ſed ſimul atq; in gratiam redimus, nobis cauendum eſt, ne à gratia denuo excidamus, neue uiam iuſticiæ prætercurramus: ſed etiã atq; etiã uidendum, ut in perfectionis ſtudio perſeueremus. Nam quum datur redire in gratiam, accipimus & ſpiritum ſanctũ, qui nos dirigat, quiq; nos ad bona opera excitet, accipimus uerò poteſtatem benè uiuendi, idq; iuxta mandata Dei. Accipimus ut qui ante reconciliationem uiximus ſecũdum carnem, uiximus ut idololatrę, & Dei oſores, iam poſt recõciliationẽ, uiuamus (modo uelimus) tum piè, tum chriſtianè: uiuamus autem ſecundum ſpiritum, & ut unius Dei cultores amantiſſimos uiuere decet. Hinc itaq; colligamus nos nihil boni tanquàm ex nobis uel cogitare uel facere poſſe: atq; hoc diſcriminis eſſe inter priorem iuſtificationis noſtri partem, & poſteriorem doceamus, ut quantum ad priorem attinet, iuſtificatio aliud non ſit, quàm gratuita imputatio remiſſionis peccatorum noſtrorum, propter Chriſtum fide adpræhenſum, ad poſſidendam uitam æternã. Quantũ uerò ad poſteriorẽ attinet, quod dum in hac uita ſumus, Deum depoſcere à nobis bona opera ſuæ legis, & legittimum certamen, quo tandem coronemur: ſubiugandũ utiq; eſſe corpus noſtrum ieiunijs, precibus & laboribus uerè Chriſtianis: qua de re, & ipſum Auguſtinũ audiamus, qui in libro de gratia & libero arbitrio ad Valentinum ſic ſcribit: ad apoſtolum

lum

ſum Paulũ redeamus, quẽ certe inuenimus ſine ullis meritis bonis, imo cũ multis meritis malis, Dei gratiam conſecutum, reddentis bona pro malis: uideamus quid dicat ſua iam propinquãte paſſione, ſcribens ad Timotheũ. Ego enim iam immolor (inquit) & tempus reſolutionis meæ inſtat: Bonum certamen certaui, curſum cõſummaui, fidem ſeruaui. Iſta utiq; iam merita ſua bona commemorat, ut poſt bona merita conſequatur coronã, qui poſt merita mala conſecutus eſt gratiam. Deniq; attendite quid ſequatur. Supereſt (inquit) mihi corona iuſtitię, quã reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Cui redderet coronã iuſtus iudex, ſi non donaſſet gratiam miſericors pater? Et quomodo eſſet iſta corona iuſticiæ, niſi preceſſiſſet gratia, quæ iuſtificat impiũ? Quomodo iſta debita redderet, niſi prius illa gratuita donaretur? hactenus ille. Porro ad priorem partem comprobandam, citemus Paulũ apoſtolũ. Rho.3.&.4. Colligimus (inquit) fide iuſtificari hominẽ, abſq; operibus legis, & iuſticia Dei, per fidẽ Ieſu chriſti, in oẽs & ſuper oẽs eos qui credũt. Itẽ abſq; lege, iuſticia Dei manifeſtata eſt, & uocatur hæc, Dei iuſticia, quandoquidem hic ſolus Deus iuſtificat, & non cooperatur homo, ut qui hãc ſibi gratiã oblatã, dumtaxat acceptet. Gratis itaq; iuſtificatur, per illius ſolius gratiã. Et ex fide datur hęreditas, ut ſecundum gratiã, quo firma ſit promiſſio uniuerſo ſemini. Itẽ ad Eph.2. gratia eſtis ſeruati, per fidẽ. Sic Dauid explicat beatificationẽ hominis, dicẽs illũ beatũ, cui Deus imputat iuſticiã, abſq; operibus: & de hac iuſtificatiõis parte, ſcripſit diuus Ambroſius, diſſerens de uocatione gentiũ: uileſceret (inquit) redẽptio ſanguinis Chriſti, nec miſericordiæ Dei, humanorũ operum prærogatiua ſuccũberet, ſi iuſtificatio quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur: ut nõ munus largientis, ſed merces eſſet operãtis. Et tantũ de prima iuſticia, adeóq; & ipſa ſalute in ſpe, de qua apoſtolus: ſpe (inquiens) ſeruati ſumus. Sed iuxta poſteriorẽ iuſtificationis partem, iuſticia eſt in operatione, & uirtute: igitur opera bona in homine per imputationẽ dũtaxat iuſtificãdo negamus ullas habere partes: atqui in iuſtorũ uita regnũ illis uindicamus: eſt enim in iuſtis appetẽtia & conatus perficiẽdi, ideóq; Deus eiuſue ſpiritus conatus eorũ iuuerit: ſic Philip.1. perſuaſum habens hoc ipſum quòd is, qui cœpit in uobis opus bonũ perficiet,

uſq; ad diē Ieſu chriſti, atq; huc ſpectat illud Baſilij μόνον θέλησον, καὶ ὁ θεὸς προαπαντᾷ. Mēs certe pia, etiamſi interdū ad exteriora opera non progreditur (non data quippe opportunitate) ipſa tamem ad bene operandum (quia ſpiritū Dei accepit) iam intus parata eſt, promptum'q; gerit ſtudiū, ut Deo in cunctis rebus obſequatur, qui tum uerus diuinæ iuſticiæ in nobis eſt habitus. Quomodo autem poſt acceptū baptiſmū delinquentibus, neceſſaria ſit imploratio uenię, delictorū cōfeſſio, et pœnitētia, uaria multa'q; ſcripturę exēpla nos docēt. Hactenus de iuſtificatione & regno Dei, eiuſue uerbo, quo ceu ſceptro, ipſe Chriſtus Ieſus Rex ille cœli & terræ plebē ſuam moderatur.

De libero arbitrio.

Sed pergendum ad liberū arbitriū dictū Gręcis αὐτεξούσιον, quo'd ſignificat ſuæ poteſtatis ſui'ue iuris eſſe, ita ut actio ſit libera. Et dicetur is liberi arbitrij eſſe, qui ex ſe ipſo, ſuo'q; arbitratu operatur. Pendet aūt liberū arbitriū a' iuſtificatione, atq; tantum donatur quiſq; ſuo libero arbitrio, in quo primus homo creatus eſt, quantū originali iuſticię ſuę redditur: unde quū ea non in integrū reſtituatur (idq; propter malum quo'd tantiſper manet in carne mortali quidem illa & mortificanda dū in hac uita degimus) liberū arbitrium, poſt lapſum imperfectius ſit oportet: nouus tamen homo, ſi tātus quātus eſt, renouatus fuerit, totus eſt ſpiritualis, totus ad imaginem Dei denuo creatus eſt, totus deniq; liberū arbitriū habet, licet interim uetus homo nullam habeat libertatem, præterquā in rebus externis rationi humanę ſubiectis. Quo'd uero' totus homo ante lapſum, liber fuerit, liquido' patet ex illo Eccleſiaſtici loco cap. 15. Deus ab initio conſtituit hominē, & reliquit illū in manu conſilij ſui, adiecit autem mandata, & præcepta ſua. Si uolueris mandata, conſeruabunt te &c. adpoſuit tibi aquam & ignē, ad quod uolueris, porrige manū tuā, ante hominē, uita & mors, bonum & malum. Cęterum de nouo & ueteri homine poſt lapſum, prænominatum caput exorditur in hæc uerba: Qui timet Deū, faciet bona, & qui continens eſt iuſticię, adpręhēdet illam &c. Proinde in uno eodem'q; homine poſt lapſum iuſtificato, ſunt duo (ut ita dicam) homines. Nouus qui timet Deum, & facit bona, inſeruiens legi diuinæ. Vetus aūt qui quum ſit ſtultus & impius, nō percipit ea quæ ſunt ſpiritus: & ſeruit legi peccati. Præterea quū Deus ſit omnis rei bonæ autor, (teſtante Iacobo

capite

capite primo: Omnis donatio bona, & omne donū perfectum ē ſupernis eſt deſcendens à patre luminum) libertatem nō à nobis, ſed à Deo denuo accepimus. Nam quū ſpiritu liberè amandi, & ſectādi quæ iuſta ſunt, à Dño fuerimus donati, tū demū liberi ſumus, atq; huc ſpectat illud Pauli, Rho. 8. lex ſpiritus uitæ, per Chriſtū Ieſum, liberū me reddidit à iure peccati et mortis. Item huc Auguſtinus libro de ſpiritu & litera cap. 3. Nos aūt dicimus humanā uolūtatē, ſic diuinitus adiuuari ad faciendā iuſticiā, ut præter quod creatus eſt homo, cū libero uoluntatis arbitrio, præterq; doctrinā, qua ei præcipitur, quemadmodū uiuere debeat, accipiat ſpiritū ſanctū, quo fiat in animo eius delectatio, dilectioq; ſummi illius atq; incōmutabilis boni, quod eſt Deus. Etiā nūc quū per fidē ambulatur, nondum per ſpeciem, ut hac ſibi uelut arra data gratuiti muneris, inardeſcat inhærere creatori, atq; inflammetur accedere ad participationē illius ueri luminis, ut ex illo ei bene ſit, à quo habet ut ſit: nā neq; liberū arbitriū quicq; niſi ad peccandum ualet, ſi lateat ueritatis uia. Et quū id quod agendum, & quo nitēdum eſt, cœperit non latere, niſi etiā delectet & ametur, nō agitur, non ſuſcipitur, nō bene uiuitur. Vt aūt diligatur, charitas Dei diffūditur in cordibus noſtris, non per arb. liberū, quod ſurgit ex nobis, ſed per ſpiritū ſanctū qui datus eſt nobis. Non igitur impetu ſenſuum agimur, ut beſtiæ: neq; ui externa rapimur, ut lapides: ſed agimus libero iudicio, deliberatione et uoluntate. Iſtud tamē quod agimus, immūdū & peccatū eſt, niſi amor eius per ſpiritū ſanctum in nobis accendatur.

De prædeſtinatione.

Iam de prędeſtinatione, quæ eſt rerū quarūlibet præcognitio, qua Deus unamquamq; rem ſuo in officio ab ęterno deſtinauit. Atq; hinc electio, & uarius ille regēdi diſponendiq; modus, de quo apud Eſaiam cap. 10. qui unū Deū adpellat dominatorē exercituū Dñm: ut qui ſolus regat & diſponat uniuerſa. Doctrinā uero hanc de prædeſtinatione, quatenus ad ſeruandos nos attinet, non aliūde ſumpſero, quàm ab uniuerſali promiſſione diuina, unde mortaliū excluditur nemo, Illa enim ex æquo omnibus ſalutē pollicetur, illa uult omnes homines ſaluos fieri, & uindicat conſciētias à deſperatione: ſtatuitq; liberū arbitriū: quin & prædeſtinationē conditionis, quēadmodum & diuus Auguſtinus de prædeſtinatione diſſeruit, ut ſi ambulauerit Iſraël in præ-

ceptis meis ſeruabitur. Si euãgeliũ ſuſceperitis, & ſi ſecundũ ſpiritũ uixeritis, ex prædeſtinatione & promiſſione diuina, haud dubie ſeruabimini. Prædeſtinauit enim deus hominẽ ut ſibi eſſet obediens, & à guſtu uetiti pomi abſtineret, inq; uita permaneret. Sin autẽ inobedien s, ſententiã mortis ſubiret. Proinde quantũ humanæ diſputationi ſatis eſt, prædeſtinatio quæ conditionis eſt accipiatur, quæ planè abſq; libero arbitrio intelligi neutiquã poteſt, & nullum eſt (uti diximus) in homine liberum arbitriũ, abſq; diuina quæ præcedat illuminatione, & gratia. Vnde equidẽ cenſeo, Pelagiũ nihil quicquam ſenſiſſe recti, qui merita noſtra præcurrere diuinæ gratiæ, & beneficentiæ uoluit: uel prouiſa ante à Deo pędiſfiniente electos ſuos, non enim ullũ noſtrũ meritũ electionem Dei de nobis prouocat, ſed cauſſa eſt ipſius Dei pręcognitio. Pręcognoſcit enim futuros nos miniſtros ſui glorificandi nominis, nõ quidẽ uirtute noſtra idoneos, nõ meritis, nõ ingenij, aut animi noſtri facultatibus, ſed accepta prius ab eo gratia, & miſericordia ſua electos, nos fore ductu faciles, nos nõ aſpernaturos, neq; repudiaturos eius mandata & uocatiões. Et ut diuus Auguſtinus ſcribit in libro de pędeſtinatiõe ſanctorũ: quoniã ſi nõ ex operibus, ſed miſericordia Dei uocamur, ut credamus, & credentibus præſtatur, ut benè operemur, nõ eſt gentibus iſta inuidẽda miſericordia. Itẽ Deus qui ſumme miſericors eſt, nemini ſeſe ſubducit, ſed ſecundũ ineffabilẽ miſericordiã ſuam, omnium citra perſonarũ reſpectum miſeretur, trahitq; ac tracturus eſt, ſi quẽ nondum traxerit, quãtũ ſatis ſit ad reſipiſcẽdum. Hoc autẽ in confeſſo eſt, quòd nemo inanis & indotatus à Deo abeat, ſed culpandi ſunt illi, qui quod offertur, nõ recipiunt. Si adhuc uelatũ eſt Euangelium noſtrum, in his qui pereunt uelatum eſt: in quibus Deus huius ſeculi, excęcauit ſenſus incredulorũ, ne illuceſceret illis lumen Euangelij glorię Chriſti. 2. Cor. 4. Itaq; qui ad Chriſtũ non ueniũt, non ideo non ueniunt, quod nihil ſint tracti, aut quod nihil diſcere ſiue audire cõtigerit, ſed quia nõ ita didicerint, non ita audierint, ut eos tum diſcere, tum audire oportuit. Deus autẽ cui propriũ eſt miſereri, uult omnes ſaluos fieri. Omnes (inquã) qui iuxta propoſitum Dei electi ſunt. Porrò propoſitum Dei eſt, quod in Chriſto filio ſuo uult ſaluos facere credentes, & damnare diffidentes. Et ſicut

iuſtifica-

iuſtificatio uniuerſalis eſt,ita quoq; prædeſtinatio,ſequitur enim ab effectu ad cauſſã. Deinde & hoc in cõfeſſo eſt,quod Deus qui ab æterno fuit,hoc eſt,ante omne creaturarum exordiũ,et in æternũ permanſurus eſt immutabilis , omnis finis neſcius(ipſe enim alpha & ω)præcognouerit quidẽ ab æterno, quo ſe quiſq; mortaliũ uerteret . Sed hoc pijs expendẽdum relinquo,an nemo iuxta ſcripturam diuinã ſeruandus queat denũciari , niſi per obediẽtiã,primum quidem illam quæ Chriſti,poſtea & ipſius cuiuſq; ſuã,ſi non denegata fuerit opportunitas,tempus & locus.Itẽ nemo ne condẽnandus ſit,niſi addat & ſuam inobedientiã inobedientiæ prioris Adæ, ijſdẽ ſimiliter diſcutiendũ permitto. Quin & hoc iudicio eccleſiæ permitto,an ab inobedientia & condemnatione prioris Adę,humanũ genus liberatum fuerit,propter poſteriorẽ Adamũ Chriſtũ Ieſum,redieritq; in gratiã cum Deo, priuſquam è ſemine Adæ,quiſquã conciperetur: & hæc ſit condemnatio (ut teſtatur Ioannes cap.3.)quòd lux uenit in mundum, & dilexerũt homines magis tenebras quàm lucẽ:ita ut per ſuã quiſq; inobedientiã,aut contemptũ lucis,quæ in mundum uenit,condẽnetur:quo palã cõprobetur æquitas diuina,quæ unicuiq; reddit iuxta opera ſua,citra perſonarũ reſpectũ. Poſtremo & ea penes eccleſiam relinquo, quæ ſpectant ad quæſtionẽ de Eſau & Iacob :iudicet autẽ eccleſia an Iſraëlitæ ſemel electi,exciderint & repudiati ſint:Itẽ an Eſauitæ non electi,ſed Deo exoſi, poſſint adhuc inuenire gratiam corã Deo & elegi,ſi a ſua carnali uita reſipiſcant. Et an ea uerba, Eſau odio habui hanc poſtulent ſententiã, Eſau in meo fauore non eſt, niſi ex animo reſipiſcat. An hanc , Eſau ad cõdemnationem æternã irreuocabiliter prædeſtinaui.Si aũt hic genuinus ſenſus eſt, uidebuntur oẽs quotquot carnaliter adfecti ſunt, (eo quod pariter omnes Deo inuiſi ſint) eſſe irreuocabiliter ad æternam cõdemnationem prædeſtinati. Cæterũ hîc ipſe nihil definio ,ſed omne iudiciũ eccleſiæ Chriſti defero. Et ne hîc prolixior ſim, colophonẽ addo: & diſtinctionẽ inter filios carnis,& filios promiſſionis prudẽs prætermitto,unà cũ electiõe illa,quæ officia & miniſteria domus Dei ſpectat:quęq; ideo uniuerſalis eſſe nequit:nõ enim omnes iuxta electi ſumus ad apoſtolatum:Non oẽs ſumus doctores: non oẽs prophetæ,aut interpretes ,nõ omnes etiã diaconi. Iuxta quàm ue-

ro electionē, Dauid rex fuit, Hieremias propheta, & Paulus apoſtolus: dona enim & miniſteria ſunt uaria, & aliis alia contingunt: ſed gratia Dei ſalutifera, adparuit omnibus hominibus, ad Tit. 2.

In primo capite Matthæi.

SAlomon aūt genuit Booz ē Rachab. Huius mentionē facit (ut ſcribit Theophylactus) quo declaret, quod queadmodum ipſa ſcortum fuit, ita & gentiū congregatio: fornicabantur enim in ſtudiis ſuis, ſed hoſpitio exceptis exploratoribus Ieſu, Apoſtolis (inquā) omnes qui illorū crediderunt ſermonibus, ſaluati ſunt, hactenus ille.

Quod dictum fuerat à Dño per prophetā, dicentem: Ecce uirgo prægnans erit. Non dixit dictum ab Eſaia, ſed à Domino. Nō enim homo loquutus eſt, ſed Deus per os hominis, unde fide dignum oraculum eſt.

In. 2. capite Matthæi.

Si hîc Theophylacto credimus, Euangeliſta meminit Herodis, ut eo diſcamus, tum demū defeciſſe à tribu Iuda, reges & principes iuxta prophætiā Iacob. Erat enim Herodes idumęus, antipatri filius, ex uxore Arabe. Porro Magorū meminit, quos ferūt fuiſſe ex Balaam coniectore progenitos. Nā ut inuenerūt oraculum illius, orietur ſtella ex Iacob, intellexerūt myſteriū Chriſti, & idcirco natum adire uoluerunt, hactenus Theophylactus.

Quod nos uertimus à bimulo & inferius, uetus interpres reddidit à bimatu exiſtimans διετοῦς deductū à διετία, atqui nihil uetat quo minus & à διετής idē genitiuus deformetur. Deinde quod uertimus, quod dictum erat ab Hieremia, licebit legas per perfectū preteritū, quod dictum fuit uel fuerat. Et quū paulo poſt habeamus græcè coniunctionem καὶ, non fuerit abſurdum, loco participii plorans, uertere plorabat uerbum imperfectè præteritum, hoc enim hebræis peculiare eſt.

In. 5. capite Matthæi.

Beati mundo corde, quoniā ipſi Deum uidebunt. Queadmodū ſpeculum ſi mundū fuerit, accipit imagines: ita & anima pura faciem Dei, & ſcripturarum ſcientiam.

Beati pacifici, quoniā ipſi filii Dei uocabūtur. Et ſi filii Dei igitur

ur et Chriſti fratres, præſtabuntq́ id officij inter homines, quod Chriſtus inter deum & homines. Illud autē omne malum uerbum aduerſus uos, quia hebraiſmum ſapit, uetus interpres, haud perperam uocem uerbi omiſit.

Vos eſtis ſal terræ &c. Hinc collige concionatorum officium eſſe, & ſalire, & illuminare. Saliūt aūt, quum pœnitentiam docēt, & uiam ad Chriſtum parant. Tum uero illuminant, quum remiſſionē peccatorum, per unum Chriſtum Ieſum expectandā inculcant. Ita Ioannes ſal fuit & lux, dicens: pœnitentiā agite: Et ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi.

Non ueni ut diſſoluam, ſed ut impleam. Chriſtus uerum pictorem egit, qui prima ſanè lineamenta non corrūpit, ſed ea magis illuſtrat, dum quippe magis ad uiuū, ſuo penicillo ea explicat. De illo autem hebraiſmo, minimus uocabitur in regno cœlorum, pro erit: frequens facta eſt mentio. Hebræi enim pro ſubſtantiuo uerbo, uocatiuū hic & alijs in locis reponunt. Prͤter cauſſam ſtupri, lege (ſi malis) excepta cauſſa ſtupri.

Neq́ in Hieroſolymam. Nemo hic demiretur quod uerterim neq́ in Hieroſolimā, quin potius expendat, hoc nō eſſe temerè factum ab Euangeliſta, qui præpoſitionē ἐν in εἰς mutauit: uoluit enim tollere eorum confidentiam, quam in ſua Hieroſolymorum urbe habebant.

Ne reſiſtatis malo &c. Nemo ſeipſum ulciſcatur, ne mente quidem, nedum uerbis aut factis. Atqui hæc, nihil derogant magiſtratui, ſiquidem non fruſtra gladium geſtat: quia Dei miniſter eſt, ultor ad iram, ei qui quod malum eſt, fecerit. Rho. 13.

In capite 6. Matthæi.

Quia ſolent in ſynagogis, & angulis platearum ſtantes, orare. Fortaſſè rectius uertiſſem, quia gaudent aut amant.

Sicut in cœlo etiam in terra. Hic uerti etiam, quo omnes intelligant, et, poſitum pro etiam.

Etenim ſi remiſeritis hominibus. ἐὰν γὰρ propriè ſonat ſi enim.

Ne ſitis igitur ſoliciti in craſtinum. Latinius fuerit, Ne ſitis igitur ſoliciti de craſtino.

In capite. 7. Matthæi.

Neue proieceritis margaritas. Græcis eſt μηδὲ neq́, aut, ne aūt.

Qui ueniunt ad uos in ueſtitu ouiū. ἐν ἐνδύμασι uoce pluratiua.
Carioſa aūt arbor. Carioſa opponitur bonę, proinde haud male uertit uetus interpres dicens: Mala autē arbor.
Nunq̃ noui uos. Nunq̃ dilexi uos, quia charitas hoc in loco cognitio (teſte Theophylacto) uocatur.

In capite. 8. Matthæi.

In teſtimonium illis. Theophylactus hunc locum ſic explicat: Offer donum in teſtimoniū Iudęis, ita ut quū ego ab illis accuſor, ut deſtructor legis, tu mihi teſtis ſis, qui nūc iuſſus es à me, ut offeras ea quæ in lege perficiuntur.
In regionē Gergeſenorū. Dæmones petunt ut ſi ipſos eiecerit, demigrare ꝑmittat in gregē porcorū: adeo enī hominibus, modis omnibus officere ſtudēt. Cęterū Chriſtus uolens docere gergeſenos, nō tā ſui ſtudioſos eſſe, quàm mammonę, dæmonibus permittit, & ait: abite.

In capite. 9. Matthæi.

Et deridebant illum. Iſtud nos docet, illā fuiſſe ueré mortuam, & addit multum ponderis miraculo Chriſti.
Diuolgârunt famam illius. Reddi poteſt, famoſum fecerunt eū, famoſus nanq̃ & in bonam partem ſumitur.

In capite. 10. Matthæi.

Cauetę autem ab illis hominibus. Hîc illis iuſté omitti poteſt.
Et infra legas, Et ſeruus ut Dominus ipſius. Nihil opus eſt de noſtro admiſcere has duas uoces, ut fiat.
Qui recipit prophetam in nomen prophetæ. Ita præpoſitionē in accipias, ut connotet adhęrentiam & indubitatā fidem, eius nimirum qui iuſtum recipit, aut poculum frigidæ dat: niſi malis eā dictam pro propter, in hunc ſenſum. Qui recipit iuſtum, propter nomen iuſti, id eſt propter iuſtum: aut eò quod iuſtus ſit. Et qui recipit prophetam, eò quòd propheta ſit. &c.

In capite. 11. Matthæi.

Qui ſedent in foris. Vſus ſum foris uoce pluratiua, tametſi apud latinos illud non legam.
En hominem comedonem & uinibibonem. Propter homœoteleuton, uſus ſum uocabulo uinibibonis, loco uinipotoris aut meribibi.

Quia

Quia ſic fuit beneplacitū apud te. Latinius, Sic tibi uiſū eſt, aut ita placitum tibi fuit.

In capite.12. Matthæi.

Et panes propoſitionis ederit. Duodecim erant panes propoſitionis, qui quotidie proponebātur in menſa: ſex in dextera parte, & totidem in ſiniſtra. hæc Theophylactus.

In quem ſibi bene cōplacuit anima mea. Latinius fuerit, de quo ſibi placet anima mea, aut potius, de quo mihi placeo: ſiquidē anima hı̄c ſynecdochicῶs ponitur.

Necq; in præſenti ſeculo. Græce necq; in hoc ſeculo. Theophylactus aūt ſcribit, quod ſi quis imprudens peccet, eundem non redditurum rationem, etiamſi non pœniteat: contra, ſi in ſpiritū ſanctum blaſphemet, et prudens peccet in ſpiritualia opera Chriſti, dicens ea eſſe diabolica, niſi pœnitentam egerit, ueniā non adſequetur. Itacq; Iudæi quando uiderunt Chriſtū manducantē & bibentem, ac uerſantem cum publicanis & meretricibus, aliacq; omnia more filij hominis facientem, arguentes eum, ut comedonem & uinipotorē uenia digni erāt: necq; pœnitentia, ea in re ab eis exigebatur, uidebantur enim rationabiliter offendi. Porro quando uiderunt eum clarere miraculis, & ea præſtare quæ ſolius ſpiritus diuini ſūt, & tamen perinde cōuitiarētur adſcribentes ea uirtuti beelzebub, quomodo remittetur hoc peccatum, niſi pœnitentiam egerint? Hactenus Theophylacti ſententiam retulimus.

In capite.13. Matthæi.

Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorū, illis aūt nō eſt datū. Non adhibentibus ſtudiū, non eſtdatum: nam qui quærit, accipit: querite (inquit) & dabitur uobis. Hæc Theophylactus, & addit homines non eſſe creatos malos, Imo Deū feciſſe omnes bonos, omnibuscq; tantum dediſſe intellectus, quantum opus ſit: quia illuminat omnem hominem uenientem in mundum.

Qui quum inuenerit unā pretioſam margaritam, abiens uendidit oīa, quæ poſſidebat. Hı̄c malim legere, Qui quum inuenit unam pretioſam margaritam, digreſſus uendidit omnia quæ habebat.

Sicut de margarita traditur quod in concha naſcatur, quæ ſe aperit tempore fulguris, & deinde iterum claudit: concipitur itacq; tū ex fulgure & rore, atcq; ideo candida eſt. Sic & chriſtus in uirgine conceptus eſt, ex ſuperno fulgure, ſpiritus ſancti ſcilicet: hęc Theophilactus.

phylactus.

In capite.14.Matthæi

Attamen propter iura iuranda. Eraſmus ſecutus ueterem interpretem ſeruauit ſingulare,nam mihi quidē non ſit ueriſimile hoc plurale latinis auribus unquàm auditum eſſe.

Id quum audiſſet Ieſus. Nempe quod Herodes diceret,ipſum eſſe Ioannem,ut interpretatur Theophylactus.

Quotquot tetigiſſent,ſalui facti ſunt. Vel ſic lege,quotquot tetigerunt ſalui facti ſunt.

In capite.17.Matthæi.

Et poſt dies ſex: Non eſt hoc diuerſum ab eo quod Lucas dixit quod poſt ſermones illos facti ſunt quaſi dies octo. Lucas enim cōmemorat & primum & ultimū quo aſcenderūt in montem. Cæterum Matthæus tantum intermedios ponit, ut ſcribit Theophylactus.

Helias quidem uenit prius. Dicens Helias quidem ueniet prius, docet Heliam nondum ueniſſe,hic uero præcedens ſecundū Chriſti aduentū reſtituet omnia. Et Hebræos uerbo obediētes,aut dociles,reducet ad fidē Chriſti,tanquā ad hæreditatē paternam unde exciderunt.Sed dicēs Helias uenit, pręcurſorē Ioānē intelligit.

Acceſſerūt qui didrachma ſolent accipere. Græca habent , qui didrachma accipiebant.

In capite.18.Matthæi.

Vbi enim ſunt duo , uel tres congretati,in nomen meum: Hic quoqꝫ præ poſitionem,in,loco præpoſitionis,propter , poſitā accipe,ſic tamen ut firmam adhærentiam & indubitatam fidem intelligas,eorum uidelicet qui conueniunt ,hos enim in ſui magiſtri Chriſti uerba iuraſſe oportet.Ex eius aūt iuſſu pendere , eiusqꝫ ſolius gloriam quærere.

In capite.19.Matthæi.

Et adglutinabitur uxori ſuæ. ab initio unum coniunxit Deus uni:atqꝫ ita non oportet uirū unum coniūgi multis: neqꝫ mulierē unā,uiris multis, hæc Theophylactus.

Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire . Nonnulli hic camelum(ut ſcribit Theophylactus)animal eſſe exiſtimant,atqui nō eſt anīal ſed craſſus funis quo nautę utūtur ī ꝓijciēdis ancoris.

In ca-

Exijt circiter ſextã. lege egreſſus circiter ſextam.

Exijt & inuenit alios. lege, egreſſus inuenit alios.

Vtq; daret animã ſuam, redẽptionẽ pro multis. Pro multis (Inquit Theophylactus) hoc eſt omnibus, Omnes enim ſuut multi.

In capite.21.Matthæi.

Dominus his opus habet. lege, quod Dominus his opus habeat Confeſtim autem emittit eos.

& eum ſuper illam collocârunt. Quædam exemplaria habent. ἐπάνω αὐτῶν ſuper illa, atq; ita uertit Eraſmus.

Niſi folia tantum. Ficus habens folia tantum, & nullos fructus, adumbrat nobis hypocritas: qui ſuam inutilem ſanctimoniam uẽditãt, & nobis hiſtrionũ more oſtẽtant. Adũbrat itaq; populũ iudaicum, habentem literam & nullum fructũ ſpiritus.

Oẽs enim habent Ioannẽ. Vetus interpres legit εἶχον habebãt

Iterũ dixit eis per parabolas, & ait: Græca, per parabolas dicẽs.

In capite.22.Matthæi.

Multi enim ſũt uocati, pauci uerò electi. Eo quod non audierint, aut non obedierint, ut ſcribit Theophylactus.

Quomodo filius eius eſt? Chriſtus uerus homo, eſt dauidis filius & Dominus, eſt enim eius rex & redemptor, cui etiam huc promiſſus fuit & natus, accepitq; omnẽ poteſtatẽ in cœlo & in terra.

In capite.23.Matthæi.

In cathedra Moſi conſederunt ſcribæ & phariſæi. lege ſederũt. Porro eos qui docẽt diuinã legẽ, Theophylactus audiendos, hinc colligit: etiam ſi ipſi nõ faciant. Et onera grauia quæ phariſæi imponunt, adpellat mandata legis.

Secundum uerò opera eorum. lege, cæterũ ſecundũ opera eorũ.

Et ſalutationes in foris. Foris numero pluratiuo uſus ſum, tam&ſi non ſim neſcius, hoc carere genitiuo, dtõ & abltõ pluralibus.

Qui aũt iurauerit per aurum templi. Si quis iuraſſet per aurũ, tantumdẽ debebat ſacerdotibus, ſed ſi quis per templum iuraſſet, quum non poſſet ex ſua facultate ędificare templum, aut tantundẽ repẽdere, ab eis abſoluebatur. Vnde quoq; factũ eſt, ut tãdẽ minoris fecerit iuramẽtũ per tẽplũ. Pluris aũt iuramẽtũ per aurũ tẽpli. Idẽ planè ſentiẽdũ de dono altaris propter phariſęorum auaritiã.

Qui autem perſeuerauerit uſq; in finem. Ne igitur hoc nobis eueniat quod Iſraelitis a tranſitu maris rubri eueniſſe legitur, qui quũ pertęſi eſſent diutinã cunctationen Moſi, ipſi ſibi deos finxerunt. Exod. 3. Nam & noſter Moſes Chriſtus Ieſus, reuertetur quidẽ cœlitus e mõte ſancto: ſed ne eius moræ impatiẽtes ſimus.

Vnus adſumitur, & alter relinquitur. Vnns in occurſũ Chriſti adſumitur in aerẽ alter autẽ peccator uidelicet, infra relinquitur. Ita Theophylactus.

In capite.25.Matthæi.

Hoſpes eram & collegiſtis me. Omiſſo hebraiſmo, dicendũ foret hoſpes erã & hoſpitio excepiſtis me.

In capite.26.Matthæi.

Super caput ipſius recũbentis. Legendum eſt, accumbentis.

Præcedã uos in Galilæã. indicat (teſte Theophylacto) ſe relicturũ Hieruſalẽ, & ad gẽtes cõceſſurũ. Galilęã enĩ gẽtiles inhabitabãt

Et poſt puſillum, acceſſerunt. lege poſt puſillũ uero, aut paulo autem poſt.

In capite.27.Matthæi.

Peccaui, tradens ſanguinem innoxiũ. Non ſatis eſt agnouiſſe peccatum, id quod & in Iuda depræhendimus, ſed poſt agnitum peccatum, confugiendum eſt fide ad Chriſtum, qui illud nobis, & ignoſcat & tollat

In capite.28.Matthæi.

Quidam ex cuſtodia uenerũt in ciuitatem. Omiſſo hebraiſmo dilucidius fuerit, quidam e cuſtodibus.

In nomen patris, & filij, & ſancti ſpiritus. ita ut renuncient ſatanæ, & eo faſtidito adhęreant patri, filio, & ſpiritui ſancto, inq; huius triadis uerba iurent. Sentiant autem de patre, ac uere credãt, quod is eſt Deus, & quod præter hunc, nullus ſit neq; fuerit, neq; futurus unquã expectetur. Item quod is per ſuum uerbum crearit quicquid uſq; extitit. Huic eadẽ ex cauſſa deferant omnem gloriã & honorem, hunc deniq; ſolũ adorandũ fateantur, unde omne bonum pro eius quidem uoluntate poſtulent. Nam hoc ſane patris officium eſſe adfirment oportet. Porro de filio hanc ſententiã concipiãt, quod is hoc ipſum uerbum ſit, per quod facta ſunt uniuerſa: & quod Chriſtus Ieſus is ipſe Deus ſit, qui ab æterno apud patrẽ fuit

fuit,cōſubſtantialis patri: factus autē tandē homo,& nos ſua morte emit,& redemit,ſubſiſtitq; apud patrem, ubi pro nobis intercedit,manēs noſtra quotidiana hoſtia,ad expiandum noſtra delicta, quæ imprudentes deſignamus. Quin & noſter ſupremus rex ſit, noſter epiſcopus,& paſtor bonus.In hunc planè modū, ipſius officium habet.Poſtremo de ſpiritu ſancto hæc profiteantur, quod & is Deus ſit eiuſdem ſubſtantiæ & eſſentiæ,cū patre & filio,per quem homo & dirigitur & docetur ad capeſſendam ueram ſapiētiam,uerum intellectum,& ueram fidē. Hocq; eius officium eſſe, ne quid ambigant. In ſumma,ſanctam triadem unum Deū eſſe ſciant,Deum uerum & indiſtinctum, licet ipſa officijs & nominibus ſit diſtincta.

In Marco,capite primo.

RESipiſcite,& credite in Euangelio. Græcus quidē legit in Euāgelio ſecutus phraſim Hebræam,non temerè tamen inuenias apud probatos autores latinos,uerbū credo, cū prepoſitione in,conſtructum.

Vide,ne cuiquā dicas. lege uide ne cui quicquam dicas.

Ita ut iam non poſſet Ieſus manifeſtè introire. Lege, ita ut ipſe amplius non poſſet &c.

In. 3.capite Marci.

In ſtuporem uerſus eſt. id eſt,in furorē aut parum ſui cōpos eſt.

In capite.4.Marci.

Et alij ſunt ſimiliter. uel ſic lege,Et hi ſunt ſimiliter.

In capite.5. Marci.

Statim occurrit è monumentis homo. Græcus legit,occurrit ei.

In capite.6.Marci.

Nónne hic eſt faber? lege,nōne hic eſt ille faber.

Et ungebant oleo multos ægros,& ſanabant. adhibebatur oleum corpori,in ſiguum unctionis internę ſpūs ſancti,eoq; apoſtoli non ſunt uſi tanquā ſanandis neceſſario: multos enim abſq; oleo ſanauerant,ſed ſolent iſtiuſmodi ſigna adhiberi,ne ægrotantes gētilium more,ſuam ſanitatem peterent,aut ab incantoribus,aut dęmonum oraculis.

Et quotquot tangebant eum,ſalui fiebant. Malim legere eam, ut ad uocem fimbriam referatur.

In ca-

In capite.7.Marci.

Cor aūtem eorum longè eſt à me. Lege,longe abeſt à me.

In capite.9.Marci.

Vt multi dicerent, mortuus eſt. Aut, ut multi dicerent,quòd mortuus eſſet.

At illi ignorabant quòd dixerat. Græcus habet τὸ ῥῆμα id eſt uerbum illud,aut eam rem.

Quis eſſet maior. id eſt uter maior, ſed comparatiuus ſuperlatiui loco,hîc poſitus eſt.

Et unaquæq; uictima ſale ſalietur. Explanatur ueteris Teſtamenti umbra:nam per uictimam quę ſaliri ſolet, & unde pars exurebatur in holocauſtum,adumbratū eſt corpus noſtrum. Rho.12.

In capite.10.Marci.

At ille mœſtitia adfectus propter ſermonem. lege,propter eum ſermonen.

Et increpabant illū multi,ut taceret. Hinc diſce quod qui exēplo huius cæci,à Chriſto illuminari uelit, ut etiam increpantem & reclamantem mundum nihil moretur.

In capite.11.Marci.

Cœpit eijcere eos qui uendebant & emebant. Chriſtus die palmarum eiecit uendentes & ementes,ut ſcribit Matth.cap.21.Rurſum poſtero die idem fecit ut hîc docemur à Marco. Item primo anno prædicationis ſuæ,idem feciſſe perhibetur.Ioan.2.

In capite. 12 .Marci.

Hos quidem cæciderunt,alios uerò occiderunt. Hos quidem cædentes,illos uerò occidentes.

Vt eum captarent ſermone. Lege,caperent in ſermone:ne quis exiſtimet ſenſum eſſe,ut blandiloquentia eum caperent.

In capite.15.Marci.

Erat autem hora tertia,& crucifixerūt eum. hora tertia cœperunt tractare de crucifigēdo Chriſto,& ſexta hora crucifixus eſt, ut teſtantur & alij euangeliſtæ. Ioannes autē capite.19. ſic ſcribit: Erat paraſceue Paſchę hora fermè ſexta &c. Deinde ſequitur,tradidit eum illis ut crucifigeretur.

In Luca capite ſexto.

Accidit autem ut in Sabbato ſecundo primo tranſiret per ſata.

ἐν σαββ.

ἐν σαββάτω δευτεροπρώτω, Hoc ſabbatum ſecundū primū, eſt primus dies ſubſequens ſolenne feſtum feriarū, germanice de Naſabbath: & de huiuſmodi multis ſabbatis alicuius ſolennis feſti, perhibet & Matthæus, capite.28. dicens: ueſpera autem ſabbatorū quæ luceſcit in unam ſabbatorum, ſi pluratiue legas.

Apud Lucam capite.12.

Vendite quæ poſſidetis, et date eleemoſynam. Hæc nos docent, ne ſupra Deum, eiuſue uerbū, quicquā diligamus, aut quęramus: Ita enim & Paulus monet.2, Cor.6. Vt nihil habentes. Item Dauid, Cor non adponentes. Pſal.61.

Apud Ioannem capite.5.

Nec uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Hæc ad inobediētes dicta ſunt. Proinde qui audiunt Chriſti uerbum, ea libertate donantur, qua poſſint uenire (modo attendant) ad Chriſtum. De his & Petrus.2. Petri.3. Nam illud uolentes neſciūt &c. & in Exodo, Pharao noluit dimittere populum Iſraël.

Apud Ioannem capite.14.

Et aliū cōſolatorē dabit uobis. Paracletū non perperā per aduocatum reddi poſſe, iſthic admonui: quandoquidem eius officiū eſt patrocinari reo, & illum in iudicio conſolari, ac iubere ut bono ſit animo, hæc uerò operatur ſpiritus ſanctus in cōſcientijs noſtris, idq; pro tribunali Dei aduerſus peccatū & accuſationem ſatanę.

Apud Ioannem capite.18.

Quid eſt ueritas? Sunt qui hæc uerba ironice dicta exiſtiment, & Pilatū hoc animo concepiſſe, quod ueritas odium pariat, unde ſi de ueritate eius ſermo eſſet, illius ergo eum perijſſe, deq; eo conclamatum eſſe.

Apud Ioannem capite.21.

Et quum tot eſſent, non eſt ſciſſum rete. Piſcatores, adumbrāt nobis diuini uerbi prædicatores: & magni piſces, qui capiuntur ſunt credētes: qui in littus trahuntur, ubi Chriſtus qui ob ipſorum iuſtificationē à mortuis reſurrexerat ſtetiſſe dicitur. Porro quòd rete inſciſſum manet, ſignificat nullum inter uerè credentes ſciſma oriri: nullam ueræ fidei diſcordiam.

Actorum primo

Dum per dies quadraginta conſpicitur ab illis. Chriſtus Ieſus

qui æque propinquus nobis atq; ijs eſt, qui ſunt in cœlo: dñatur utrobiq;, & datum eſt illi nomen quod eſt ſupra omne nomẽ. Phi. lip. 2. imo ſimulatq; à mortuis reſurrexiſſet, fuit ſuo glorioſo regno inauguratus, fuitq; in gloria patris, & regno cœleſti: nam quadraginta hoſce dies quibus poſt reſurrectionẽ ſuam ſe prebuit uiſibilem, quod quæſo hoſpitium habuit?

Actorum. 2.

Et baptizetur unuſquiſq; ueſtrum. De baptiſmo aquæ, hoc docendum eſt, quod quia Deus terram in principio, ſuo quidem ſpiritu, ex aquis fecit: eamq; adparere uoluit, unde poſtea & primũ hominẽ finxit. Ita iubere Dominũ ut ex aquis renaſcamur per baptiſmum, ut qui ex prima natiuitate noſtra corrupti, & perditi ſumus. Habetq; hic baptiſmus adnexam promiſſionem diuinam de extrahendis & liberandis nobis, idq; exemplo miſericordiæ diuinę cum Noah, quem ab aquis diluuij ſeruauit: nequando cum impio mundo periret, & exemplo immenſæ miſericordię, propter promiſſionẽ cũ Iſraële, ne hic una cũ Pharaone in aquis maris rubri ſubmergeretur.

Actorum 5.

Collapſus expirauit. Punitur hypocriſis, aut ficta religio: Ananias enim & ſaphira, prætextu pietatis, ſeipſos quærebant.

Actorum. 8.

Generationem autem eius quis enarrabit? Hũc locũ nonnulli ita explicant. Quis enarrabit quanto tempore ſit Chriſtus regnaturus? quum regni eius, eiuſq; generationis nullus ſit finis.

Actorum. 10.

Beſtiæq;, & reptilia, & uolatilia cœli. Per has immũdas beſtias intelligimus gẽtes, quas Petrus uerbo diuino, & mactare et mactatas incorporare iubet. Vt & illę fiant mẽbra in corpore Eccleſiæ Chriſti. Tum autem mactãtur, quum doctore uerbo agnoſcũt, ſe nihil quàm peccatores eſſe.

Actorum. 13.

Barieſu, qui erat cum proconſule, ſergio Paulo. Barieſu ſonat filius ſeruatoris, & nomen Elymas fortaſſe alludit ad Eli Meſſiã, id eſt Dei mei regem. Iſtiuſmodi autem ſuperbis atq; magnificis nominibus, captabant popularẽ plauſum, & ſibi maiorẽ fidem ex uulgo pollicebant. Hoc quoq; ingenio ſũt & noſtri ſeculi incãtatores q̃ ſacris uerbis abutũtur. Itẽ ſignis, quibus uulgo imponũt.

Annis

Annis circiter quadringentis quinquaginta. Hos annos nume res ab exitu terræ ægypti, & non à temporibus primi Iudicis. Nam huius progenies etiã ſumus. Quia ab eo, ceu patre ac creatore noſtro, progeniti ſumus.

Primo capite ad Rhomanos.

Ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti. Ex eo enim tempore, ſpiritus ſanctus ſanctificauit chriſtianos, glorificans, famoſumq; faciens Chriſtum Ieſum, in toto orbe.

In capite. 2. ad Rhomanos.

Ad pœnitentiam te inuitat. Fortaſſe rectius, deducit, aut manu ducit.

In capite. 3. ad Rhomanos.

Multum per omnem modum. Id eſt omnino multum.

In capite. 7. ad Rhomanos.

Non enim quod uolo, hoc facio. Accipe hominem iuſtificatum et regeneratum, in ſeipſo hoc certamen ſpiritus et carnis cotidie experiri: in eo enim, duo cenſentur eſſe homines. Proinde ſenſus erit, quod enim ago, nempe carne aut ueteri homine, hoc nõ probo, meo quippe ſpiritu aut mente, hoc eſt meo nouo et interiore homine. &c. Vtrumq; igitur uocabulum hominis, animæ cõpetit, ſed alterum, qua parte eſt regenerata: alterum, qua naturalẽ adhuc adfectum retinet.

In capite. 8. ad Rhomanos.

Spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Id eſt ſpiritus, animos noſtros excitat ac erigit ad ea uota, quibus ſolicitari eos cõuenit, deinde adficit ſuſpirijs ac gemitibus corda noſtra Omnia ſimul adiumento ſunt in bonũ. Memineris Paulum per uocem omnia, nihil quàm res aduerſas deſignare. Et ſequenti gradatione, non alio pertinere fidelium afflictiones, quibus nunc humiliantur, quàm ut regni cœleſtis, gloriam adipiſcantur.

In capite. 12. ad Rhomanos.

Carbones ignis coaceruabis in caput illius. Coge illum per tua beneficia, ut ipſe ſibi iraſcatur, utq; ſibi doleat, quod te unquàm leſerit, hoc enim eſt coaceruare carbones in caput inimici tui. Vincendũ eſt aũt malũ bono, quia nõ igni extinguitur ignis, ſed aqua.

1. Corinthiorum. 9.

Num boues curę ſunt Deo? Boues haud dubie Deo curæ ſunt,

ipſe enim paſcit uniuerſa, et omnium rerum curam habet. Cæterũ non ita illi curæ ſunt, ut ſecus quàm in figuris, de illis ſcriptum ſit.

1. Corinthiorum. 10.

Omne quod in macello uenditur, edite, nihil interrogantes, propter conſcientiam. Domini ſiquidẽ eſt terra. Adeoq; & noſtri, qui Chriſti ſumus: & unà cum illo ſumus liberi, quantũ ad hanc libertatem ueſcendi quibuſlibet attinet.

1. Corinthiorum. 11.

Propter hoc debet mulier poteſtatem habere in capite. Hoc eſt calyptram, qua ſe ſub uiri poteſtate eſſe declaret.

1. Corinthiorum. 15.

Alioqui quid facient hi, qui baptizantur pro mortuis. Ad confirmandam mortuorum reſurrectionem, etiam Chriſtiani catechumeni, pro mortuis baptizabãtur, ſuper mortuorũ ſepulchra, ſignificabantq; ſe uiuos mortificãdos. Et deinde mortificatos, certò reſurrecturos. Itaq;, hîc duplicis reſurrectionis mentionem factam fuiſſe accipe. Alij tamẽ, etiam ex uetuſtioribus, ſcribũt hoc fuiſſe tempore Pauli receptum, ut pro mortuis non baptizatis, baptizarentur.

Seminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale. Corpus animale, ab anima. Eſt enim gręcis ψυχικὸν, & uocari poteſt corpus naturale, quod uidelicet edat, bibat, dormiat, habeatq; naturales adfectiones. Contra, corpus ſpirituale dicitur, quod prædictis nihil omnino eget, & tamen uerum corpus eſt.

Nam oſtium mihi apertum eſt magnum. Intelligit ſibi eſſe frequens auditorium.

2. Corinthiorum. 1.

Vt ex multis perſonis. Nempe iunioribus ſimul & ſenioribus. Itẽ Dominis & ſeruis. Viris pariter & mulieribus.

2. Corinthiorum. 2.

Vt plerîq; cauponantes uerbum Dei. Ideſt deprauantes uerbũ Dei, idq; cauponum more, qui per auaritiam, perq; inſatiabilẽ uẽtrem, uinum aut ceruiſiam, ſua immixtura uitiant.

2. Corinthiorum. 3.

Inſpeculantes. Quemadmodum enim imago cõcipitur in aliquo ſpeculo, ita cognitio de Chriſto, concipitur in cordibus noſtris.

2. Corin-

Sed reiecimus occultamēta dedecoris. Occultamēta dedecoris, ſunt occulta dedecora. Perſtringit autem pſeudapoſtolos, qui licet foris ſancti & puri uideantur, Intus tamen ſunt pleni immundicia, & omni ſpurcitia.

2.Corinthiorum.11.

Iuxta cōtumeliam loquor, perinde, quaſi nos infirmi fuerimus. Hoc eſt nos ipſos exhibere uolumus quaſi infirmos, quos uos ſuffe ratis, quod certe nobis pudori fuerit, quia noſtri officij eſt, ut ſuffe ramus nos.

Ad Galatas.2.

Per legem, legi mortuus fui. Per legem fidei, mortuus fui legi operum: hoc eſt per ſpiritum, mortuus fui literæ: ita, ut huic non ſim amplius obnoxius.

Ad Epheſios.4.

Captiuam duxit captiuitatem. Hoc eſt peccatum, mortem, & conſcientiam, ita ut poſt hac nequeant nos captiuare, aut nos captos detinere.

Qui etiam aſcendit ſupra omnes cœlos, ut impleret omnia. Id eſt omnia in omnibus operetur & ſine eo, nihil aut fiat, aut dicatur cogiteturue.

Ad Philippenſes.2.

Quin etiā ſi immolor ſuper hoſtia. Si morior propter uos, quos Dei miniſtros, per Euangelium et fidem fecerim, gaudendum plane mihi eſt et uobis quoq; congaudendum.

Ad Philippenſes.3.

Cauete conciſionem. Adpellat pſeudapoſtolos cōciſionem, quādoquidem circumciſionem uti rem ad ſalutem neceſſariam, docebant: eaq; doctrina, corda à uera fide abſcindebant.

Quatenus et adpræhenſus ſum à Chriſto Ieſu. Chriſtus Ieſus adpræhendit me, daboq; operam, ut & illum adpræhendam, ne ſcilicet in uacuum gratiam Dei recepiſſe uidear.

Eadem procedamus regula, ut ſimus concordes. Ne talis reuelatio, ſit aduerſus fidem & ſpiritualem concordiam.

Ad Philippenſes.4.

Sanè rogo & te compar germane. Videtur locutus de præcipuo Philippenſium Epiſcopo, quem hîc adpellat collegam germanum & fidelem, in negotio prædicandi Euangelij.

1. Timothei. 2.

Suſtollentes puras manus, abſq; ira & diſceptatione. Id eſt ne quid Deo obmurmurent, aut de eius miſericordia, quicquam diffidant.

1. Timothei. 3.

Iuſtificatus eſt in ſpiritu. Spiritus ſanctus Chriſtum laudat, atq; commendat: quem tamen mundus condemnat.

1. Timothei. 6.

Et ſeipſos implicuerunt doloribus multis. Quia curis, & perpetuis ſolicitudinibus infeſtatur: unde & christus, diuitias ſpinis quã aptiſſime adſimilaſſe legitur.

2. Timothei. 3.

Sed & omnes qui uolunt pie uiuere in Chriſto Ieſu. Ergo poſt cognitum Chriſtum Ieſum, poſſumus (modo uelimus) pie uiuere.

Ad Hebræos.

In hac epiſtola ad Hebræos, prætermittitur nomen Pauli, cui Iudæi, uelut legem impugnanti, offenſiores erant: & primo ſtatim aſpectu, ex illius nominis inuidia, ab hac ſaluberrima Epiſtola fuiſſent dimoti.

Iacobi quinto.

Vt in die mactationis. Per diem mactationis, intelligit diem celebrem, cuiuſmodi eſt dies nuptiarum, aut dedicationis, quo & cerealiter, & bacchanaliter uiuitur.

1. Petri. 4.

Dum per ignem exploramini. per ignem intellige perſecutionẽ, quæ facit periculum, de fide noſtra: quemadmodum ignis, de probitate auri

1. Petri. quinto.

Neq; ceu dominium exercẽtes aduerſus cleros. Per cleros, accipe populum, qui alicui preſbytero ſorte obuenit: hoc eſt populum parœciæ, reſpectu ſui cuiuſq; parochi.

1. Ioannis. 2.

Quoniã omne quod eſt in mũdo &c. Concupiſcentia carnis eſt fornicatio, cõcupiſcẽtia oculorũ, eſt auaritia: et faſtus uitæ, eſt ambitio.

1. Ioannis quinto.

Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roges. Ita eccleſia quem iudicat peccare non ex ignorantia, ſed ſuperbia & contemptu, excommunicat quin & ut putidũ membrum abſcindit, ne ſit amplius particeps precationum fidelium, neq; remiſſionis peccatorum:

rum:

rum: quandoquidẽ peccatorũ remiſſio, nõ habet locũ, niſi in eccleſia. Contingit tamen nonnullos ab eccleſia excommunicatos, reſipiſcere: unde & eccleſia (quæ de rebus tantum externis iudicat) hac cõditione excõmunicat, ut ſi excõmunicatus reſipiſcere queat, denuo in eccleſiam recipiatur: ut docet quintum caput prioris epiſtolæ ad Corin. de fornicatore.

.Ioannis .I.

Senior, electe dominæ & filijs eius. Videtur hæc epiſtola, ad quandam priuatam dominam, eiusq; filios ſcripta: Sicut tertia, ad priuatum uirum nomine Gaium.

In epiſtola Iudæ.

Ac ſequutæ fuerant carnem alienam. Id eſt innaturalem uſum, in carnalibus peccatis.

Finis.